This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

WIDENER LIBRARY
HX J8WB Y

Ital 4838.1.1

BOUGHT WITH

THE INCOME FROM

THE BEQUEST OF

CHARLES MINOT,

OF SOMERVILLE,

(Class of 1828,)

16 May, 1881.

ECCLESIÆ VENETÆ
ANTIQUIS MONUMENTIS
NUNC ETIAM PRIMUM EDITIS ILLUSTRATÆ
AC IN DECADES DISTRIBUTÆ.

AUTHORE
FLAMINIO CORNELIO
SENATORE VENETO.

DECADIS UNDECIMÆ PARS POSTERIOR.



VENETIIS,
MDCCXXXXIX.

Typis Jo: BAPTISTÆ PASQUALI
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

~~III, 1081~~
Ital 4838.1.6

1881, May 16.
Minot fund.

DE

ECCLESIA PAROCHIALI SANCTI BLASII EPISCOPI & MARTYRIS.

Dominico Contareno Duce Venetiarum XXIX. Rempublicam adminiſtrante, atque altero pariter Dominico Contareno Ducis conſanguineo Epiſcopatum Olivolenſem regente, familia Boncilia anno Domini MLII. Eccleſiam Divo Blaſio Epiſcopo Sebaſteno, & Martyri erexit, ad cujus Sanċti honorem ex ſuprema Majoris Conſilii authoritate deinde conceſſum fuit, ut piorum Sodalitium inſtitueretur, per quos celeberrimi Martyris cultus majora in dies incrementa ſuſciperet.

1360. Indiċt. 13. die XXVI. Julii

Capta in Majori Conſilio.

„ Quod concedatur de gratia Plebano, & hominibus San-
„ ċti Blaſii, qui ad reverentiam diċti Sanċti diſpoſuerunt

„ facere unam ſcholam, quod poſſint dictam ſcolam facere
„ ſub nomine dicti Sancti de gratia ſpeciali.

Cum autem Eccleſia non procul ab Inſulis Geminis erecta fuiſſet, eo loci ſcilicet, ubi e maritima regione accedentibus, facilior in urbem introitus patet, ea ſitus commoditate allecti nonnulli ex Græcorum natione, qui frequentius commercii cauſa Venetias ventitabant, vel certam in ipſa urbe ſedem fixerant, ejus Eccleſiæ portionem Divinis Officiis ritu Græco excolendam ſibi delegerunt. Quo tempore, quibusve conditionibus hoc actum ſit, ignoratur: ante annum 1470. hoc in uſu fuiſſe patet ex ms. Codice nationis quem Matriculam vocant. In eo Decemvirale Decretum exhibetur, quo una tantummodo Sancti Blaſii Eccleſia more Græco frequentanda decernitur.

„ 1470. 25. Martii in Conſilio X. Vadit pars quod ordine-
„ tur, & jubeatur, quod in Civitate Venetiarum non poſſit
„ celebrari more Græco alibi, quam in S. Blaſio tantum ſicut
„ alias captum fuit &c.

Ut autem ad Divini cultus augmentum res ſervato ordine procederet, anno 1498. Græci, qui Venetiis degentes nationis corpus efformabant, ſupplices Decemvirali Conſilio libellos obtulerunt enixe flagitantes, ut ſibi ea facultas concederetur, quam Dalmatæ, & Albanenſes obtinuerant, nempe ut certis legibus ſodalitium Græcorum in Eccleſia Sancti Blaſii erigeretur, quod Deo ſub invocatione & patrocinio Sancti Nicolai Magni Myrenſis Epiſcopi, devotum Domino impenderet famulatum, hoc ad Divini nominis honorem, atque ad animarum ſalutem profuturum certa ſpe confidebant. Excepit facilis ſupplicantium vota Pietas Publica, atque die 28. Novembris anni MCCCCIIC. lato Decreto permiſit, ut ſodalitium Divo Nicolao ſacrum erigeretur, ea tamen lege, ut numerum CCL. perſonarum non excederet.

„ 1498. 28. Novembr. in Conſilio X. Quod auctoritate
„ hujus Conſilii ſupradictis ſupplicationibus concedatur, quan-
„ tum ſupra ſupplicarunt, quod poſſint elevare unam ſcho-
„ lam in Eccleſia S. Blaſii Venetiar. ſub titulo & nomine
„ S. Nicolai, non potendo excedere numerum ducentarum
„ quinquaginta perſonarum.

Ex una itaque parte ritu Græco, ex altera vero Latino

more

more exculta fuit Eccleſia ad annum usque MDXIII.; eo enim anno ſuprema Principis largitione Eccleſiam ſibi Græci extruxerunt, quam ex integro ſuo peculiari ritu excultam frequentarent; de qua fuſius alibi dicendum erit.

Ignotis Anno & Antiſtite die 8. Maii conſecrata dicitur hæc Eccleſia, quæ ex longioris ævi vetuſtate corruens anno MDCCXXXXVI. fervido & indefeſſo Leonardi Ferrutii, ejus Plebani, ſtudio a fundamentis in ornatiorem formam dilatato ſpatio reædificari cœpit.

Pretioſa Dominicæ Coronæ Spina in hac Eccleſia aſſervatur, cujus donationem, & donatorem affert antiquus Codex MS. vulgo Matricula artis Ciſtariorum, quæ pretioſum pignus ad aram ſui juris aſſervat.

Rubrica como ſo dada la Spina dela corona de Chriſto ala Scuola.

MCCCLXXVIII. delo mexe de Setembre ſiando Plovan della Gliexia dello glorioſo martore & egregio confeſſore miſier Sen Blaxio, lo diſcreto ſignor miſier pre Franceſco Spalatin Egaſtoldo dela ſcuola delo dito Santo el diſcreto homo ſier Marco Benado orexe dela contrada de Sen Salvador de Veniexia, so ſcrivan ſer Marco trivixan dela contrada de Sen Piero de Caſtello, e tuti li altri ſuo conpagni degani & officiali. De voler don e gracia dela divina providencia. Fo prexentado e dado alo dito miſier lo Plovan, e alo Gaſtoldo & officiali dela dita Scuola per nome dela dita Scuola, & ala dita Scuola per ſer Zorzi Todeſco de Sen Za-

Rubrica quomodo data fuit Spina Coronæ Chriſti Sodalitio.

Anno MCCCLXXVIII. menſe Septembris cum eſſet Plebanus Eccleſiæ glorioſi Martyris & egregii Confeſſoris Domini S. Blaſii, diſcretus vir Dominus Presbyter Franciſcus Spalatinus, & Cuſtos Sodalitii ejusdem Sancti, diſcretus Vir Dominus Marcus Benadus Aurifex ex vicinia S. Salvatoris Venetiarum, & Scriba Marcus Treviſanus ex Parœcia S. Petri de Caſtello, cum reliquis omnibus Sociis Decanis & ufficialibus. Ex voluntate dono & gratia providentiæ divinæ oblata, & data fuit prædicto Domino Plebano, & Cuſtodi & Ufficialibus ejusdem Sodalitii nomine, & jure Sodalitii a Domino Georgio Todeſco

Zane Griſoſtemo, inſpirado da Spirito Santo. Una de le Spine che ſo dela corona delo glorioxo Signor noſtro miſier Gieſu Chriſto, la qual ſpina ſie adornada delo ben dela noſtra Scuola como a tuti apar maniſeſto. E ſtagando la dita Spina ſempre in guarda & ſalvamento deli officiali de la dita Scuola con ogno ſo adornamento, e per honor de quella volemo che ſempre la domenega che vien infra la octava dela Aſcenſion, debia eſſer di ordenado, come li oltri di ordenadi de lo anno fazando ſempre in quello di per tuti fradeli eſeror dela Scuola honor ala dita corona de officio ſolenemente, e de meſſa como ſe faxe li oltri di ordenadi.

E per plu amplificamento de devocion, eloldo e reverencia de queſta ſantiſſima Spina, facemove a ſaver a tuta bona zente e fedel crixtiani lo muodo como la dita Spina, e pervegnuda in queſte noſtre parte el qual ſie queſto, che abiando lore de Franza quatro de queſte ſacratiſſime ſpine con grandiſſima devocion le tegniva e un ſo nevodo gran Conte & Baron dele contrade de Franza volſe per ſoa devocion andar alo ſancto ſepulcro per cercar quelli ſantuarii de Jeruſalem. Alo qual Conte e Baron lo-re

deſco ex Parœcia S. Joannis Chriſoſtomi, ſuadente Spiritu Sancto una ex Spinis Coronæ glorioſi Domini Noſtri Jeſu Chriſti, quæ ornamentis ditata eſt ex impenſis Sodalitii noſtri, ut omnibus eſt manifeſtum, & permanente prædicta Spina ſemper in loco tuto, & in cuſtodia Ufficialium dicti Sodalitii, cum omnibus ornamentis ſuis in honorem ejus volumus ſemper die Dominica infra octavam Aſcenſionis ſolemnia celebrari, ſicuti aliis anni diebus apud nos celebrantur, exhibendo ſemper eadem die per Confratres omnes Sodalitii honorem prædictæ Spinæ, celebrando ſolemniter Ufficium & Miſſam, ut fit in aliis ſolemnibus diebus.

Et ut augeatur magis devotio, laus, & reverentia erga hanc Sanctiſſimam Spinam, ſignificamus omnibus piis viris, & Chriſtifidelibus modum, quo dicta Spina pervenit in noſtras haſce partes, qui eſt hujuſmodi. Habebat Rex Galliæ quatuor ex his ſacratiſſimis Spinis, quas ſumma cum devotione aſſervabat, ejuſque Nepos ſpectabilis Comes, & Baro in regionibus Galliæ ſtatuit devotionis ergo ſe ad Sanctum Sepulcrum conferre, ut inviſeret ſacra illa Hieruſalem loca, cui Comiti & Baroni Rex Gal-liæ

re de Franza so Barba recomanda e de ſecretamente queſte quatro Spine pregandolo devotamente che con quelle elo doveſſe tochar tuti queli ſantuarii de Jeruſalem, e che ala ſoa tornada elo voleva meter in lo theſoro de Franza. E lo dito Conte tornando da lo ſepulcro elo mori su un navilio armado, su lo qual navilio era lo dito Zorzi Todeſco, el qual Zorzi compra un zupon delo dito Conte, e ſoto lo ſcajo delo dito zupon ello trova molto ben cuxido, e affermado le dite Spine revolte orevolmente in un pano de ſeda intorno ale qual Spine ſi era una cetola ſcrita coſſi digando. Charo nievo ſiate racomandade le mie Spine per amor de Chriſto e mio.

liæ ejus Patruus commendavit, & clam dedit has quatuor Spinas, devote rogans, ut eas per tactum applicaret ad illa omnia Sanctuaria Hieroſolimæ, quandoquidem poſt reditum Spinas easdem locare meditabatur in theſauro Galliæ. Idem Comes redux a ſepulchro obiit ſupra navim bellicam, in qua erat prædictus Georgius Todeſco, qui emit thoracem dicti Comitis, & intra ſubſutam telam invenit prædictas Spinas probe firmatas, & in ſerico velo honorifice involutas. Circa Spinas erat ſcheda involuta, quæ hæc verba ferebat. Nepos chariſſime Spinas meas per Chriſti amorem, & meum commendatas habe.

Salutiferæ quoque Crucis fragmentum, Os brachii Divi Blaſii Epiſcopi Titularis, Digitus S. Anaſtaſiæ Martyris, Os brachii S. Gratæ Viduæ, atque alia Divorum Martyrum Oſſa ad aras diſpoſita in hoc Templo honorifice aſſervantur.

Ordo Chronologicus Plebanorum Eccleſiæ Sancti Blaſii.

114.. Joannes Nani. Ex Archivo Abbatiæ S. Gregorii.
1296 Marcus. Ex Teſtam. Bartholomæi Epiſc. Caſtellani.
1301 Jacobus de Molino Pleb. S. Blaſii Canon. Torcell. atque Sede Torcell. vacante Vicarius Generalis. Ex cod. Judicum Super bona publica Com. Venet.
1323 Zanottus. Ex ipſius Teſtamento.

1337

1337 Nicolaus de Decanis Not. Capell. S. Marci, tranſiit ad Plebanatum S. Baſilii. Ex rog. ejusdem.

1361 Franciſcus Spalatino olim Presb. Sancti Barnabæ Not. Pleb. S. Blaſii, & Prior Hoſpitalis S. Bartholamæi de Caſtello. Ex rog. ejusd.

1371 Jo. Jacobus de Caravagio. Ex Cataſt. Eccleſiæ.

1393 Diomeldes vel Diomedes. Ex rog. Petri Gerardo Presb. S. Caſſiani & Not.

1397 Servus Dei Mazor Presbyt. Sancti Moyſis, Capell. Sancti Marci, & Not. poſtea Pleb. S. Blaſii & Canon. Ducalis. Ex rog. ejusd.

1400 Petrus Penſaben Presb. Sancti Raphaelis & Notar. Ex rog. ejusdem.

1417 Jacobus Raffa Baſilicanus Capituli S. Marci. Ex Teſtam. ejusd.

1465 Baptiſta Roſſo ſeu de Rubeis, Prior Hoſpitalis S. Marci & Not. Ex rog. ejusd.

1470 Antonius Borgi: ita in pagella Eccleſiæ.

1480 Sebaſtianus Naſcimben, olim Titul. S. Agnetis & Not. Ex rog. ejusd.

1494 Sebaſtianus de Epiſcopis benedixit campanam Eccl. S. Agnetis: ita ex lib. Fabricæ dictæ Eccl. pag. 35.

1512 Hieronymus Biſſolus. Ex rog. Chriſtophori Rizzo Pleb. S. Moyſis Not.

1525 Joannes a Vinea, olim Presbyt. Sanctæ Mariæ Formoſæ. Ex rog. Marci de Michaelibus Presbyt. Sancti Raphaelis & Not.

1534 Nicolaus Licinius Not. Ex rog. ejusd.

1541 Hieronymus Licinius Not. Ex Cataſt. Sancti Martini. Obiit 14. Maii 1546.

1546 20. Maii Marcus Bonpan, olim Sacriſta S. Martini. Obiit 22. Oct. 1552.

1552 26. Oct. Joannes Niger, olim Diac. Titul. S. Gervaſii, Can. Ducal. Obiit 28. Febr. 1569. M. V.

1570 8. Martii Antonius Cathaneo Subdiac. S. Juliani, & Capell. Sodalitii Magni Sancti Marci, Canon. Caſtell. Obiit 2. Decemb. 1571.

1571 Joan. Baptiſta Beltramius, olim Presb. Alumnus Eccleſ. Cathedralis.

1590

1590 Jo. Jacobùs de Taaſcheris, olim Presb. Titul. S. Martini Canon. Caſtell.

1624 Stephanus de Vianis, olim Presbyt. Alumnus Cathedr. Baſilicæ.

1634 Matthæus Solta, olim Presb. Alumnus Patriarch. Eccleſiæ.

1664 Dominicus Zanolli, olim Subdiac. Cath. S. Petri, Presbyteralis tituli inſtitutor, ad quem titulum Jo. Franciſcum Moretti Nepotem extulit, ejusque inſtitutionis vi Clerici, & Alumni, poſtea ad Titulum ſervitutis Eccleſiæ ordinati fuerunt: obiit 22. Januarii 1709.

1709 Jo. Franciſcus Moretti, olim Presb. S. Geminiani, poſtea Presbyt. Titul. Sancti Blaſii. Obiit die 13. Novembr. 1714.

1714 Angelus Cimegotto, olim Alumnus S. Lucæ, poſtea Presb. Tit. S. Blaſii, Can. Cath. S. Petri. Obiit repentina morte 29. Maii 1741.

1741 2. Junii Leonardus Ferrutius, qui primus Titulo Servitutis Eccleſiæ fuit ſacris initiatus, nec non Presbyt. Titulatus, pariterque primus ex gremio hujus Eccleſiæ ad Plebanatum evectus, in cujus primordiis, Diaconalis, & Subdiaconalis Tituli inſtituti fuerunt. Canon. Cathedr. S. Petri; quo Parœciam adminiſtrante Eccleſia a fundamentis reædificatur.

DE
MONASTERIO
SANCTI FRANCISCI
A VINEA.

Singularem, qua Seraphicum Fratrum Minorum inſtitutum proſequutus fuerat, dilectionem Marcus Ziani Comes Arbenſis, Petri Ziani laudabilis memoriæ Ducis piiſſimus filius, etiam in ſuo teſtamento palam oſtendit, quod anno Incarnationis Dominicæ MCCLIII. die V. Junii Marcum Grilionum tunc Presbyterum, poſtea Eccleſiæ Sanctiſſimæ Trinitatis Plebanum, & Notarium ſcribere rogavit. In eo conſtitutis primum extremæ voluntatis ſuæ Commiſſariis, cum emortualem ſibi requiem *apud Sanctam Mariam de Fratribus Minoribus*, *in ſepultura ipſorum elegiſſet*, mille deinde libras denariorum Venetorum, tum pro ſacris Eccleſiæ vaſis, tum pro communi ipſorum Fratrum utilitate legavit, certoſque domorum redditus per ſuos Commiſſarios in eorumdem Fratrum Minorum tunicis juſſit expendi. Vineam quoque in confinio S. Juſtinæ poſitam, certiſque ter-

terminis deſignatam, atque Eccleſiam in eadem exiſtentem, cum uni ex tribus Religioſis Ordinibus quos nominatim connotarat, aſſignari mandaſſet, primum ex eis Fratrum Minorum inſtitutum enuntiavit his verbis: " De vinea noſtra po-
" ſita in confinio Sanctæ Juſtinæ, ſecundum quod vadit foſ-
" ſatum nuper factum in ipſa vinea retro tramite usque ad
" riellum poſitum inter ipſam vineam, & campum Secretum
" cum Eccleſia in eadem exiſtente, cum officinis conjunctis
" cum ipſa Eccleſia, dimittimus, ut in perpetuum in ipſa vi-
" nea, & Eccleſia, & in officinis conjunctis cum ipſa Eccle-
" ſia, ut ſex Fratres in eadem vinea ſtare, & habitare in
" perpetuum debeant cum duobus ſervitoribus, videlicet: quod
" ſint Fratres de Ordine Fratrum Minorum, aut Fratrum
" Prædicatorum, vel de Ordine de Ciſtello, & ſi de iſtis
" Ordinibus non poſſent inveniri ad ſtandum in eadem, or-
" dinamus, & volumus, ut remaneat in poteſtate dictorum
" commiſſariorum noſtrorum ad tollendum, quousque volue-
" rint, tamen faciant hoc cum conſilio Miniſtri Fratrum Mi-
" norum de Rivoalto. Et volumus, ut in perpetuum per no-
" ſtros commiſſarios de bonis noſtris ſupraſcriptos Fratres de-
" beant tractari tam in victu, quam in veſtitu, ita ut bene
" poſſint vivere perpetuo. Rogantes, ut noſtrum omni anno
" faciant anniverſarium ". Quod autem ſupralaudatus Comes Teſtator primo loco ad inhabitandam Vineam Fratres Minores evocaverit, id potiſſimum in cauſa fuit, ut ex documento ſententiæ mox afferendæ colligitur, quod *in principio, quando ipſi Fratres* (Minores) *venerunt in Venetias ad permanendum, ipſi ſteterunt in dicta vinea*: Quamquam autem *ſanitate felici* gaudens de rebus ſuis diſpoſuerit Marcus anno MCCLIII. paulo tamen poſt ad æternam vitam evocatum fuiſſe comperimus; ſiquidem anno ſubſequenti Innocentius Papa IV. cui pium defuncti Teſtatoris legatum innotuerat, datis die x. Julii ad *Miniſtrum Fratrum* Minorum Marchiæ Tarviſinæ Pontificiis litteris, *quod ab eodem Marco pie, & provide factum fuerat, ratum, & gratum habens, Apoſtolica authoritate confirmavit*, eidemque Miniſtro, *ut in eadem vinea juxta ordinationem præfati Marci libere domos conſtruere, & in eis* cum aliis Fratribus *habitare, poſſet ſine juris præjuditio alieni* conceſſit. (K) Dum igitur religioſam demortui voluntatem con-

cordes exequi diſponunt ipſius commiſſarii, quidam Joannes Campolus, qui ex ſupralaudati Marci Teſtamento inter ipſos Commiſſarios adnumeratus fuerat, vanam cauſam prætendens, quod *teſtamentum prædictum per Tabellionem Civitatis Venetiarum confectum non fuiſſet*, pia defuncti mandata perficere renuebat, ea propter *Conſtantia Marchionis Eſtenſis filia*, Marci Ziani olim uxor, Alexandrum IV. Pontificem Maximum tunc temporis Neapoli commorantem humiliter ſupplicavit, ne, dum reliqui coexecutores ad *legitimi teſtamenti exequutionem procedere* parati eſſent, unius viri pervicacia exequutionem hujusmodi impediri, pateretur. Juſtis Matronæ precibus annuit Pontifex, atque Priori S. Joannis in Monte Bononienſi per Apoſtolica ſcripta mandavit die xx. Martii anno MccLv. ut præfatum Civem ad Teſtamenti exequutionem, quantum ad ipſum noſcebatur pertinere, compelleret. (B)

Hæc itaque, cum de religioſæ ædis inſtitutione ſollicitus Pontifex, Joanni Campolo, cæterisque Teſtamenti exequutoribus dediſſet in mandatis, ſcilicet *ut locum, qui Vinea dicitur, ſitum in Venetiis* Fratribus Minoribus *ab eodem Marco pro animæ ſuæ remedio in ultima voluntate relictum*, ipſis Fratribus *ſine aliqua difficultate aſſignarent*, eodem deinde anno, die xviii. Septembris *Miniſtro, & Fratribus Ordinis Minorum de Venetiis præcipiendo* mandavit, *quatenus locum ipſum ab eisdem exequutoribus ſine aliqua dilatione reciperent:* (C) Ipſos deinde Fratres in loci poſſeſſionem ab exequutoribus inductos intelligens idem Pontifex, quod *ſuper hoc a Marco, & ab exequutoribus prædictis factum* fuerat, Apoſtolica authoritate confirmavit, ac Pontificii diplomatis die xvi. Septembris anno MccLvi. Anagniæ dati patrocinio communivit concedens, *ut aliqui ex Fratribus dicti Ordinis, prout Miniſtro Marchiæ Tarviſinæ, qui pro tempore fuerit, videbitur expedire, juxta præfati Marci ordinationem in ipſo loco libere* commorari valerent; Statuto inſuper Epiſcopi Caſtellani, a (Patriarcha Gradenſi primum, moxque a Sede Apoſtolica confirmato,) quo inhibitum fuerat, ne ullus religioſus locus juxta alium intra centum quinquaginta paſſus in Caſtellana Dioeceſi ædificaretur, pro hac vice derogari decrevit. (D)

Nec tamen ad rem perficiendam negotium defuit; *Procuratores* enim *operis Eccleſiæ* S. Marci, quos inter ſuos Commiſ-

ſarios

ſarios Marcus cooptaverat, ægre ferentes Seraphici Ordinis viros in vineæ locum inductos, eos inde expellere conabantur, varias rei cauſas prætendentes, tum quia fas non eſſerebant, ut unius inſtituti viri *duas domos in uno Epiſcopatu* poſſiderent, tum quia Pontificia Privilegia Ordini Ciſtercienſium indulta, nullam religioſam domum prope Monaſterium S. Mariæ de Cœleſtia, intra ſpatium centum & quinquaginta paſſuum ædificari ſinebant. Iis e contra abſiſterunt tres alii e Commiſſariis, Marcus videlicet Baduarius, & Marcheſina ipſius uxor defuncti Marci olim Soror, atque Joannes Campulo, qui cæteris a Commiſſariæ onere, vel morte interveniente, vel alia de cauſa abſolutis, ſoli ad exequutionem ipſius teſtamenti ſupererant. Controverſia igitur ad Judices delata, cum *per textum ipſius teſtamenti* extrema Marci Ziani voluntas innotuiſſet, nempe quod *ipſi Fratres Minores*, qui primo loco enuntiati fuerant, *deberent ipſam vineam habere*, hocque fuiſſe teſtatoris conſilium, ipſe etiam Marcus Grilionus, qui teſtamentum ſcripſerat, aſſeruiſſet; Judices *viſo, & intellecto tenore ipſius Teſtamenti, habitoque tam ſupra tenore ipſius teſtamenti, quam ſupra his, quæ hinc inde dicta, & allegata pro utraque parte fuerunt conſilio diligenti, dixerunt, quod ſupradicti Domini Jacobus Barozi, Philippus de Molino, atque Philippus Belligno Procuratores S. Marci, & Commiſſarii ſupradicti Domini Marci Ziani, ſimul cum ſupradictis Dominis Marco Baduario, Marcheſina ejus uxore, atque Joanne Campulo Commiſſariis ſimiliter ipſius Domini Marci Ziani incipere debeant a ſupradictis Fratribus Minoribus ad dandum eis dictam vineam, ſi ipſi Fratres eam habere volunt, cum omnibus ſuis pertinentiis, & officinis in eodem teſtamento plenius denotatis.* (E)

His ex ſolemni Judicum ſententia ſtatutis, ſex ex Minoritico inſtituto Sacerdotes, atque alii duo ex iis, quos *Laicos*, & *Converſos* vocant, in pacificam ipſius Vineæ, Eccleſiæ, & domuncularum poſſeſſionem mox fuerunt admiſſi, atque ex iis, quæ de bonis Teſtatoris ipſius Commiſſarii ſuppeditabant, ali cœperunt. Exinde præexiſtentia loca novis aucta ædificiis in Cœnobium coaluerunt, & Eccleſia aptiorem in formam redacta fuit, cui ædificandæ Archetypum Marinus de Piſis eodem illo ſæculo XIII. (ut annales Piſani teſtantur) celebris

bris Architectus, impenſas vero Familiæ Marcimanæ viri (ut traditur) contulerunt.

Erecti loci deſcriptionem affert Marcus Antonius Sabellicus in ſuo *De ſitu Urbis* opere lib. II. de Olivolenſi regione:
„ Anguſto vico eunti herbidus aperitur campus: cum anti-
„ quo in Murianum trajectu, qui frequenti deſiit, excurrit
„ planicies illa, utpote in urbis receſſu, aliquanto licentioſius
„ ad alteros Franciſci gymnopodas, qui ad novam Divi aram
„ ſacris operantur; tenuis Templi hujus ornatus, ſed ædificia
„ ædi circumjecta; quæque in ſtagnum protenduntur, ampliſſi-
„ ma: ingentes undique explicant porticus, & ſupra illas fre-
„ quens *Bibliotheca Andreas Bragadinus* (1) *ſexaginta auri*
„ *pondo in id opus contulit: Hieronymus Badovarius, quadra-*
„ *ginta, uterque vivens dono aurum dedit:* monſtratur in vi-
„ cinis hortis *ædicula Divo Marco ſacra a Principum, & Pa-*
„ *tribus veteri inſtituto quot annis ſtato die adiri ſolita:* (2)
„ hic quum ab gymnopodum uno queſiviſſem, ecquid eſſet,

„ quod

(1) Andreas Bragadenus agnomine Fazella ex Jacobo olim Michaelis filio, & Paula Bragadena progenitus, cujus uxor Maria Arimundo Andreæ filia, Vir pius, & Cœnobio huic beneficus non ſolum Bibliothecam ære erogato auxit, ſed ad renovanda Cœnobii ædificia vetuſtate labentia non levem pecuniæ ſummam detulit. Hoc de ipſius liberalitate teſtimonium affertur in Archivi codice, quem ſæculo XVI. conſcripſit Frater Hieronymus Patavinus Cœnobii Procurator.

El ditto Magnifico miſ. Andrea, ſi dimandava el Bragadin Faxella, el qual magnifico era de ecta vegio, & non aveva fioli niuno, & quando el compi de fabrichar el Monaſterio, el Signor Dio li dette gractia & hebbe fioli maſcholi, per li quali rinovo la chaſa ſua, & li laſſo grandiſſima richezza & facultade. El cognoſette tal don dal Signor Dio, & da San Franceſco che ex audi le oratione ſue.

Prædictus magnificus Dom. Andreas cognominabatur Bragadenus Faxella, qui erat provectæ ætatis, nec habebat filios, cum autem ædificationem Monaſterii compleſſet, Dominus Deus ei conceſſit, ut maſculos filios gigneret, ex quibus Familia ipſius continuata fuit, quos etiam multarum opum, & bonorum hæredes reliquit. Hoc autem divinæ gratiæ munus a Deo ſe cognoſcere fatebatur, atque a divo Franciſco, qui orationes ſuas exaudivit.

Ipſius ſepulcrum olim in veteri Eccleſia poſitum ad novam translatum eſt ad aræ Principis pedes hac oppoſita Epigraphe.

„ Andreas Bragadeno F. M. D. Jacobi & Domine Marie ejus Conſortis
„ ac Heredum ſuorum de confinio Sanctæ Marie Formoſe 1487. 20. Aprilis.

(2) De hac divi Marci ædicula nonnulla inferius notabimus.

„ quod locus vinea diceretur; quum nulla circumjecta eſſent
„ vineta: inſulam eſſe ab urbe reſpondit ad quinque millia
„ paſſuum: quas vineolas hodie vocant: ibique divum Ber-
„ nardinum præfuiſſe aliquandiu æditui nomine: unde poſtea
„ translatam in urbem religionem loci nomen retinuiſſe (3)
„ viſitur in ædis veſtibulo *Ludovici Siciliæ Regis ſepulchrum*
„ corpore ex Hieroſolymis in urbe pro ſanctiore quodam de-
„ portato verum cognito errore, placuit purpureo pallio ejus
„ arcam editiore loco ſitam operiri. (4)

Eo itaque in loco tenuis Familia primitus congregata rigidæ ſui inſtituti obſervantiæ adeo adhæſit, ut nullum unquam (ut præfertur) mitigatæ regulæ privilegium admiſerit, nec a Seraphicæ paupertatis ſpiritu ullo tempore declinaverit, eamque vitæ rationem per duo fermæ ſæcula Fratres hujuſce Monaſterii excoluerunt, nihil in commune commodum poſſidentes, eaque tantummodo eleemoſinæ largitione contenti, quam ſupralaudatus Marcus Ziani (ut dictum eſt) pro ipſorum victu, cultuque legaverat.

Cum autem anno MCCCCXXII. divus Bernardinus Senenſis, ut verbum Dei diſſeminaret Venetias primum acceſſiſſet, & ad Monaſterium S. Franciſci a Vinea divertiſſet, cœpit eo duce, ac magiſtro, iis in ædibus Fratrum numerus Regulæ rigorem ſectantium ita augeri, ut cum dilatatum quamvis Monaſterium eos nullatenus poſſet continere, aliam in extrema Urbis parte domum exceperint S. Job nuncupatam, in qua juxta antiquæ regulæ auſteritatem Domino famularentur.

Nec Divus Bernardinus tantummodo, ſed & clariſſimi ipſius diſcipuli Sancti Joannes de Capiſtrano, & Jacobus de Marchia Venetum *de Vinea* Monaſterium ſuo incolatu decorarunt, quorum primus ut affert Wadingh. Tom. V. Eugenio IV. Pontifice jubente Venetias anno 1436. Delegatus Apoſtolicus miſſus fuit, ut una cum S. Laurentio Juſtiniano tunc temporis Caſtellano Epiſcopo ad examen vocaret crimina, & ſcandala quæ in Jeſuatorum ſodalitate graſſari, malignorum hominum invi-

(3) Ex ſuperius allatis agnoſcimus locum hunc ideo de Vinea vocatum fuiſſe quia ibi erat Vinea a Marco Ziani ad ædificationem Monaſterii legata.

(4) Corpus Ludovici Siciliæ Regis ſupra tabulatum tecti modo quieſcit in lignea capſa aſſervatum.

invidia finxerat, iterumque Venetias venit anno 1441. ut conſtat ex authentico documento, quo ejusdem anni die 18. Aprilis Sanctus Vir eo tempore Obſervantis Familiæ Vicarius Generalis, in ſpiritualium bonorum Ordinis participationem admiſit Franciſcum Urbinum Civem Patavinum, & Notarium, de Minorum inſtituto optime meritum; poſtremo Venetias rediit anno 1451. ubi ſacris concionibus cum magna, & aſſidua omnium Civium frequentia operam dedit. Jacobum vero Picænum diuturnam in hac domo moram traxiſſe, atque ibidem Evangelica præcepta explanaſſe anno 1464. ex Marci Barbo Epiſcopi Vicentini Epiſtolis patet, quas annis 1464. & 1465. Romæ degens ad ipſum Jacobum dedit. (F)

Beati quoque Albertus Sarthianenſis & Angelus a Clavaſio hoc in Monaſterio aliquandiu commorati ſunt, quorum primus ibidem hoſpitium ſibi delegit, navem conſcenſurus, ut in Orientem Legati Apoſtolici titulo inſignitus traiiceret, ſecundus vero, dum ſuper Fratres de Obſervantia Vicarii munus ageret, Venetias data opera advenit, proceresque Ordinis viros in Vineæ Monaſterio coegit, ut Fratres Dalmatas adverſus Raguſinos Fratres contendentes pro jure, & ratione ad concordiam adduceret. Nec minorem contulit huic ædi decorem Beatus Bernardinus Tomitanus a Feltria, qui in ipſo juventutis flore in hoc Conventu per biennii ſpatium Theologiæ operam dedit, deinde anno 1477. ſub Bartholomæo Lauretano loci Cuſtode (Guardiano) Concionatoris Evangelici munere in Vineæ Eccleſia ſanctiſſime functus eſt, quod & iterum pari laude, & populi frequentia præſtitit anno 1481, Venetam Divi Antonii Provinciam moderante Franciſco Arimundo viro generis nobilitate, doctrina, & pietate clariſſimo: Huic cum in munere ſuffectus fuiſſet Bernardinus Feltrenſis, ſedem ſibi in hoc Vineæ Conventu delegit, easque ibidem conſtitutiones edidit, quas regulari obſervantiæ opportunas eſſe putavit.

His addendos puto primo Michaelem ex Nobili Carcana Gente Mediolani ortum, ad quem in Parœciali Divi Pauli Eccleſia verbum Dei diſſeminantem adeo frequens Veneti populi accurſus eſt factus, ut in patenti Eccleſiæ area coactus ſit conciones habere, de quo Wading. in Annal. Tom. VII. & in Martyr. Franc. cum Beati titulo Arturus. Secundo Antonium

nium de Paganis Civem Venetum, virum virtutibus, animarum zelo, & ſolitudinis amore conſpicuum, quem pia Demiſſarum, ut vocant, Collegia, authorem, & Patrem agnoſcunt. Ipſius virtutum teſtimonia in proceſſus redacta S. Rituum Congregationi pro obtinenda ejus apotheoſi (quod faxit Deus) oblata fuerunt, ejus vitam pio calamo exaravit Gennesius Soderinus Abbas Patritius Venetus, typisque edidit anno 1713.

Decus Cœnobii quoque auxit incolatu ſuo Frater Petrus de Aſſiſio, qui Venetias, ut verbum Dei diſſeminaret, appulſus, quum ibi identidem videret infantes ab inhumanis matribus per vias plateasque expoſitos, multosque ipſorum, antequam ſalutari lavacro abluerentur, cognoviſſet morte præventos, divino plane impulſu, piiſſimi loci, quo exciperentur, & alerentur, exordia diſpoſuit. Publicam itaque pietatem obteſtatus eſt, ut ſibi Sodalitium, atque Oſpitale, quibus infantes exciperentur, erigere liceret, cujus potiſſimum ſtudio infelicitati, & innocentiæ projectorum infantium conſuleretur; Annuit ex animo Veneti Senatus Religio, latoque ad diem Julii XVIII. anno MCCCXLVI. ampliſſimo decreto, domicilii extruendi facultatem indulſit. His actis, Vir Dei fidelium eleemoſinis, quas undique conquiſierat, adjutus, accitisque piis hominibus, Sodalitium in Eccleſia S. Franciſci ſub ipſius Divi titulo, & invocatione inſtituit, ut utriusque ſexus infantes, quos per vicos, & plateas expoſitos inveniſſent, pia cura in aptatum ad id hoſpitium colligerent, & enutrirent. Regulas, quibus ab exordio ſacra hæc ſocietas regebatur, ignoramus, anno enim MDCCII. die II. Novembris antiquum ſupralaudati Sodalitii hoſpitium ex fortuito incendio conflagravit, hoc unum ex Archivo Hoſpitalis de Pietate addiſcimus, primis inſtitutæ rei temporibus ex Confratrum numero eligi ſolitum fuiſſe Rectorem, & Prorectorem loci (Gaſtaldo, e Sottogaſtaldo) atque quatuor Proviſores, queis cuſtodia loci, & eleemoſinarum adminiſtratio demandabatur. Et hæ quidem ex prudenti Fratris Petri conſilio ſtatuta fuerunt, cujus hortatu recens erectum Sodalitium decem & ſeptem domos Cœnobio proximas, pacta penſione, conduxit, ut in eis collecti infantes enutrirentur, unde loco poſtea nomen inditum *Corte della Pietà*, quæ deinde ædes pio Lucretiæ Delphinæ teſtamento anno MCCCCLXXV. die V. Aprilis eidem Pietatis Hoſpitali le-

gatæ fuerunt. Cum autem, ex venditione ab Hoſpitali facta, in alterius jura deveniſſent, ex novi Domini mandato lapidea urna ibidem a loci fundatione poſita, vulgo *la Scafetta*, qua infantes excipiebantur, ſublata fuit, nullumque ibidem inſtituti piiſſimi operis documentum ſupereſt, niſi lapis elevato loco affixus, in quo duo hæc verba inſculpta leguntur *Infantium Pietatis*.

Quum vero numerus infantium in dies augeretur, ad quorum neceſſitates ſublevandas, & anguſtia ædium, & Sodalitii opes minores eſſent, Petrus, qui Prior loci conſtitutus fuerat, ne viris gravior ultra vires eſſet impenſa, cenſuit opportuno conſilio mares ſodalitio alendos relinquere, pro fœminis autem recipiendis diverſum parare domicilium, in quo piis Matronarum ſumptibus enutrirentur. Conſilium itaque ſuum proceribus Civitatis aperuit, quibus rem collaudantibus, in proximo S. Mariæ ad Cœleſtia Templo novum fœminei ſexus ſub titulo Sanctæ Mariæ de Humilitate Sodalitium inſtituit, cui Præfectam, Propræfectam (Gaſtalda, e Sottogaſtalda) & quatuor pariter Gubernatrices præpoſuit. Harum itaque mulierum corrogata pecunia, ad piam infantium debilioris ſexus receptionem amplam in vicina Sancti Joannis Baptiſtæ in Bragora domum conduxit, quam haud multo poſt fidelium ære coemit, atque pio teſtamento, (quod authoritate Pontificia concedente confecit anno MCCCIII. die XII. Junii) ipſi Pietatis Hoſpitali ex legato dimiſit.

His adjuvante Domino optime conſtitutis, evocatur vir omni laude digniſſimus ad præmia laborum anno 1353. poſt cujus obitum cum inter conſtituta virorum & fœminarum ſodalitia controverſiæ exorte eſſent, ſuprema Majoris Conſilii lege anno MCCCLIII. XV. Decembris lata, ſancitum fuit, ut hujusmodi Hoſpitalis regimen ad mulieres tantummodo pertineret, quarum libera electione, Prioriſſa operis procurationi, & curæ præficeretur, hoc tamen addito, ut electa Prioriſſa Ducis Decreto confirmaretur, ad quem ſupremum patronatus jus eo in loco ex publica voluntate tunc demandatum in ipſius ſucceſſoribus magna cum pii operis utilitate ad noſtra uſque tempora perſeverat. Rem teſtatur publicus Cancellariæ Codex, cui titulus *Spiritus*, in cujus rubrica legitur 1353. 15. Decembris. Dux confirmat Prioriſſam Hoſpitalis Pietatis.

De-

Defuncto igitur religioſiſſimo fundatore, cum mulierum cætus majora in dies Chriſtiane charitatis exempla conſtanter ederet. Virorum Sodalitium brevi adeo tempore ab antiquo fervore defecit, ut anno MCCCLVI. die IX. Maii Sodalitii Rector, ejusque ſocii vulgo *Banchali* non modo ſuſcepti inſtituti exercitia deſeruerint, ſed & Sodalitium ipſum ad Eccleſiam S. Mariæ Glorioſæ Fratrum Conventualium tranſtulerint. Ipſorum tamen illaudabile exemplum, cum imitari renuiſſent cœteri Confratres, Sodalitium in utramque Eccleſiam diviſum aliquo tempore ſtetit, donec die X. Junii anni inſequentis MCCCLVII. Majoris Conſilii decreto ſancitum fuit, ut Rector & ipſius Collegæ ad ſacras Divi Franciſci ædes reverti cogerentur, neque ab eis unquam Sodalitium ipſum ſubducere, amplius liceret. Hæc ad benemeritì viri elogium huc afferre placuit, cum ipſius laudes mox ad Hoſpitale Pietatis iterare neceſſe ſit.

Talium itaque virorum meritis, & virtutibus cum Obſervantium cætus omnium Civium ſibi demeruiſſet amorem, Monaſterium, quod ab initio anguſto ſpatio continebatur, opportunis, & ad excipiendos Fratres neceſſariis ædibus augeri cœpit, ex ſuprema Veneti Senatus potiſſimum liberalitate, quæ certum terræ ſpatium publici juris, dilatando Cœnobio conceſſerat die XXIX. Novembris anno MCCCCXLV. hac tamen appoſita conditione *ne extra territorium eis concedendum* ullo unquam tempore cæmeterium inſtituerent. (G)

His ſæcularis poteſtatis beneficiis Eccleſiaſtica etiam adjecit munera Romanorum Pontificum authoritas, ſiquidem & Caliſtus III. & Paulus pariter hujus nominis III. Eccleſiam S. Franciſci viſitantibus certas criminum remiſſiones indulſerunt alter die XXII. Julii anno MCCCCLV. alter vero MDXXXVI. die X. Septembris. (H)

Ut vero plurimorum devotioni ſatis fieret, qui apud Seraphici Patris Eccleſiam tumulari exorabant, de conſtruendo Cæmeterio ad pauperum ſepulturas cogitatum eſt; cumque ad emendum *terræ ſpatium* huic operi valde neceſſarium præſenti pecunia opus eſſet, Antonius S. R. E. tit. SS. Quattuor Coronatorum Presbyter Cardinalis Pœnitentiarius *de ſpeciali Clementis Papæ VII. Decreto*, quasdam eleemoſinas tribus Venetis Fratrum Obſervantium Cœnobiis piarum mulierum te-

ſtamento legatas huic Sancti Franciſci de Vinea Cœnobio aſſignavit, ut ex eis *petium terræ pro conſtruendo Cæmeterio valde neceſſarium emeretur*. (I)

Templum interea, quod ex Marcimanæ gentis pietate extructum fuerat, cum jam ad ruinam vergeret, Fratres, ut adventantium Fidelium multitudini ſatis fieret, novam ædificari Eccleſiam, eamque laxiori ſpatio dilatari, decreverunt. Corrogatis itaque iis, quæ ad magnifici operis exordia neceſſariæ videbantur, piorum eleemoſinis, primus Novi Templi lapis rite benedictus in fundamentis injectus fuit anno MDXXXIV. die XV. Auguſti, cui appoſita fuerunt gemina argentea numiſmata opus Andreæ Spinelli Patavini ex una parte Ducis Andreæ Gritti imaginem, ex altera vero Templum *Divi Franciſci* exhibentia, quorum exemplum Graphice expreſſum dedimus Operis hujus Tom. V. poſt Præfat. Memoriam rei exhibet lapidea Epigraphe: *Sub Andrea Gritti Principe Primus lapis hujus Templi poſitus fuit* XV. *Auguſti* MDXXXIV. Archetypum ſacræ ædis conſtruendæ aptavit Jacobus Sanſovinus, in cujus delineationem, cum ea, qua præditus erat ſcientiarum, & artium eruditione, inquirere prius diligenter voluiſſet Franciſcus Georgius Ordinis Minorum alumnus nobilitate, & doctrina conſpicuus, omnia ex architecturæ legibus ſibi convenire, cognovit, ac propterea Templum quaqua verſus juſtis dimenſionum proportionumque regulis diſpoſitum magnificum æque ac elegans evaſurum. Archetypo præter Sanſovinum proprio nomine ſubſcripſerunt Fortunius Spira Viterbienſcis, Jacobus Zanabelli, Sebaſtianus Serlius a Bononia, & Titianus Vecellius laudatiſſimus Pictor.

Joannem Barbarum Patritium Venetum Ordinis Minorum Obſervantium alumnum operi Eccleſiæ promovendo, & adminiſtrando Commiſſarium & Proviſorem inſtituit anno 1537. die 25. Maii Frater Cherubinus in Provincia S. Antonii Generalis Commiſſarius; mox, ut incepta laudabiliter Eccleſia ad perfectionem deduceretur, eundem Joannem ampliſſimis verbis laudatum ſuum Commiſſarium declaravit Joannes Calvus totius Seraphici Ordinis Generalis Miniſter die 28. Maii anno 1546. (K)

Ut autem Eccleſia ad laudati Archetypi formam amplo ſpatio extrueretur, obſtabat quoddam terræ ſpatium ad uſum vineæ

neæ excultum, quod Petrus Contarenus Philoſophus nuncupatus Joannis Ruggerii filius Fratribus vivens primo denegaverat, mox erigendis pro Familia Contarena ædibus condito die XXX. Julii anno MDXXVII. teſtamento moriens aſſignaverat. Ne autem ornatiſſimum opus ex hoc præpediretur, ſolemni Majoris Conſilii lege ſancitum fuit, ut ad Eccleſiæ perfectionem cederetur locus Vineæ; Cœnobii autem impenſis locus alius pro conſtruendis ædibus aſſignaretur, quas deinde in loco prope Divi Franciſci Eccleſiam non multo poſt ædificatas fuiſſe teſtatur marmorea Epigraphe ipſis affixa.

„ Ædes quondam Petri Contareni Philoſophi Joannis quon-
„ dam Rugeri ex Teſtamento Contarena e Prole. Pauperum
„ uſui dandæ Michael Contarenus Thadea Mater erigi Fidei-
„ commiſſo curarunt MDXXXVI.

Unica navi totius Templi corpus compactum eſt, Sacella hinc inde diſpoſita, quorum altaria ex ſelectis marmoribus vario, & eleganti opere ædificata viſuntur; Templi exterior proſpectus ex Iſtrico marmore aſſurgit, omnium, qui in Veneta Urbe conſpiciuntur, laudatiſſimus ad Palladii Graphicen extructus. In eo duo ſimulacra ænea viſuntur, quæ inferiora intercolumniorum loca exornant, Alterum Moyſem exhibet hoc brevi ad pedes notatum elogio *Miniſtro Umbrarum*: alterum vero Paulum Apoſtolum repreſentat his verbis ad baſem notatum *Diſpenſatori lucis*. Utrumque ſimulacrum Titianus Aſpettus Patavinus egregie conflavit. Aliis quoque inſcriptionibus notatur proſpectus, in altiori enim loco exſculpta viſitur Aquila veluti ex vetuſtate deficiens cum hoc lemmate *Renovabitur*; quod Templi renovationem fortaſſe denotare autumatur. In faſcia ſuperiori proſpectus leguntur hæc verba: *Deo utriuſque Templi ædificatori ac reparatori*, quæ non ad manufacta Templa ſolum, ſed ad ſpiritales quoque ædificationes pertinere, dignoſcimus. Hinc inde partita conſpicitur hæc ſententia: *Accede ad hoc: Ne deſeras ſpirituale*, quæ per ſe facile, & aperte patet. Demum in dextro lateræ hæc ſunt appoſita: *Non ſine jugi exteriori*; in ſiniſtro autem hæc alia: *Interiorique bello*; quæ utique verba ad eas, quas pro hoc opere extruendo controverſias anguſtiaſque tulit ipſius Fundator, aliqui putant eſſe referenda. Ut ut res ſit, magnifica proſpectus ædificatio Joannis Grimani Patriarchæ Aquile-

jen-

jenſis ære incœpta, & perfecta fuit, ut in ejus funebri panegeri teſtatus eſt Fabius Paulinus, ad cujus complementum ſuperiora tantummodo ſimulacra ex æræ conflanda deeſſe noſcuntur.

Sacellum, quod introeunti in Templum primum ſe ſe a ſiniſtris offert, Familiæ Grimanæ eſt, cujus tabula a Federico Zuccato anno 1564. laudatiſſime depicta Chriſtum a Magis adoratum, cui adſtant a lateribus aræ duo ænea ſimulacra, Camilli Bozzeti opera, ſub quarum una legitur *Duce Judice*, ſub altera vero *Comite Bello*, ad partes vero duæ epigraphes lydio lapidi inſculptæ olim conſpiciebantur.

„ Joann. Grimanus Pat. Aquil. ex Hieronymo Patre Ant.
„ Princ. filio, in ſpem certam ſibi poſuit hanc domum quie-
„ tis, usque ad diem *mundi ultimum*.

„ Si Chriſtus deleto Chirographo in ligno Crucis affixo,
„ quod erat contrarium nobis, reſurrexit: Nos convivificati
„ in illo, in æternam Juſtitiam, & pacem reſurgemus.

Proximum huic Sacellum Divo Antonio Abbati ſacrum eſt a Procuratoribus D. Marci erectum, impenſis D. Nicolai Comitis Montis Feltri de Urbino; cujus Divi marmoream ſtatuam, ſicut & alias Sanctorum Rochi & Sebaſtiani, Alexander Victoria ſculptor eximius efformavit. Statuam vero Divi Gerardi Martyris & Epiſcopi in Sacello adhærenti Familiæ Sagredæ exculpſit Andreas Cominelli.

In hujus Sacelli ſepulcro conditum eſt corpus Nicolai Sagredo Ducis Venetiarum, cujus, ſicuti & Fratris ejus Aloyſii Patriarchæ Veneti, elogia ipſius Sacelli parietibus affixa leguntur:

D. O. M.

„ Nicolao Sagredo Equiti Ædis D. Marci Procuratori Du-
„ ci Venetiarum pio Felici forti Rp. nato Gerardus D. Mar-
„ ci Procurator Patris Nepos Teſtamento fieri juſſit Cæcilia
„ Grimani Sagredo Gerardi uxor poſuit anno MDCCXXXXIII.

D. O. M.

D. O. M.

„ Aloyſio Sagredo Patriarchæ Venetiarum Religionis vin-
„ dici bonarum artium cultori Gerardus D. Marci Procura-
„ tor Teſtamento fieri mandavit Cæcilia Grimani Sagredo
„ Uxor P. C. anno MDCCXXXXIII.

Spectabilis eſt tabula, quæ ad aram Familiæ Juſtinianæ collocata eſt, Deiparam multosque Sanctos exhibens opus inter celebriora Pauli Veronenſis enumeratum.

Paſſionem S. Laurentii Levitæ ad aram ſub pulpito erectam expreſſit Sanctus de Cruce, opus diligentia, & labore admirandum.

In dextero brachio Templi, quod in Crucis figuram efformatum eſt, Divi Antonii Patavini Sacellum viſitur, & in eo veneranda ejusdem Sancti imago colitur, quæ ipſius natalitia die ad hanc aram anno 1583. honorifice collocata fuit. Hic beatam ſpem expectat corpus Bonaventuræ Veneti piiſſimi e Minorum Ordine Sacerdotis, de cujus pretioſa morte mox aliquid afferendum erit.

Laterales Templi januæ emortualibus Marci Antonii Triviſani Ducis Venetiarum, atque Dominici ipſius Patris memoriis illuſtrantur, illa enim, qua patet aditus ad Clauſtrum, inciſum exhibet hoc elogium:

„ Mar. Ant. Triviſanus P. Integer vitæ, & Paterna virtu-
„ te ac gloria ſemper clarus. Omnibus honoribus egregie
„ perfunctus a Patribus invito ipſius genio Princeps coopta-
„ tus. Cum [illegible]um Remp. ſancte gubernaſſet. Religionis
„ amantiſs. Dum ſacris in Imaginum aula intereſſet nulla
„ ægritudine flexis ante aras genibus in gremio Patrum mo-
„ riens migravit in cœlum Beatiſs. MDLV. I. Octobris.

Altera vero, quæ ad aream lateralem ducit epigraphe Dominici Triviſani Equitis & D. Marci Procuratoris notatur his verbis:

„ Plurib. leg. In Italia, Gallia, Hiſpania, Germania, Con-
„ ſtantinop. & Ægipto F. Dominicus Triviſanus Equ. Proc.
„ Divi Marci Venetæ Imp. Claſſis invicti animi Senator in
„ Deum pietate, in Patriam charitate, in ſummis Reipubl.
„ negociis innocentiſs. deceſſit memorabile poſteris exemplum
„ MDXXXV. XXVIII. Decembris.

Quan-

Quanta autem religione Eccleſiam hanc D. Franciſci, & quali dilectione patriam ſuam proſequutus fuerit Senator Clariſſimus ex publico Decreto addiſcimus, quo ſancitum fuit, ut publica maritimi Imperii ab eo ſumma cum laude adminiſtrati vexilla ad egregii viri decus in Eccleſia S. Franciſci, prout ipſe expetierat, appenderentur.

1524. Die quinto Octobris in Collegio.

„ Havendo ſervito la Signoria noſtra, il dilectiſſimo Nobil
„ Noſtro Domenego Treviſan K. Procurator, el Capitan Gene-
„ ral da Mar ſenza ſalario alcun, e ſenza alcuna utilità, è
„ ben conveniente per onor del Stato noſtro dechiarir a tut-
„ ti, quanto grato ne ſia ſtato il ſervir ſuo in ogni tempo,
„ itache apreſſo la gratia noſtra, volemo da poiche per lui
„ el non ha voluto utilita alcuna, che almeno per memoria
„ delle ſue fatiche le Inſegne del ditto Capitaniato le ſiano
„ conſervate, e pero ſia preſo per autorità del Collegio no-
„ ſtro, che tutte le Bandiere dorate fatte per la Signoria
„ noſtra per la ditta Capitaneria, ſiano donate alla Chieſa di
„ S. Franceſco della Vigna havendone così fatto richieder,
„ le qual Bandiere reſtino per adornamento di quella per
„ exempio di tutti quelli, che ſervono fedelmente il Stato
„ noſtro.

Ex adverſo deinde Altaris S. Antonii Sacellum viſitur Sancti Hieronymi, Gentis Baduariæ impenſis elegantiſſime erectum, ex cujus hæreditate in Familiæ Juſtinianæ jura poſtea devenit. In ipſius altaris lapidea tabula Deipara, & Sanctus Doctor Titularis in lateribus vero Prophetarum, & Evangeliſtarum imagines, ac Domini Redemptoris geſta in varias ex candido marmore tabellas diſpoſita anaglyptico opere diligentiſſime repreſentantur. Parietes Sacelli ornat Marci Antonii Juſtiniani emortuale elogium.

D. O. M.

„ Marco Antonio Juſtiniano Venetiarum Principi C. U. J.
„ qui poſt ampliſſima munera domi foriſque honorificentiſſi-
„ me geſta omnium magis, quam ſuis votis ad Patriæ faſti-

„ gium

„ gium evectus Rempublicam difficili tempore acceptam Ca-
„ ſtronovo, Leucade, Nicopoli, Naupacto, Athenis, totaque
„ Peloponeſo aucta reliquit, in cujus Principatu undequaque
„ fauſtiſſimo nihil præter diuturnitatem univerſi deſiderarunt
„ Daniel Epiſcopus Bergomi, & Joannes Eques optimo tam
„ Fratri, quam Principi P. P. Obiit Anno Dom. MDCLXXXVIII.
„ ætatis LXIX. Princip. IV. ſuo magis, quam Reipublicæ tem-
„ pore.

Ad latera Sacelli Principis, cujus altare, licet eleganter elaboratum, ligneum tamen adhuc eſt, epigraphes marmoribus inſculptæ leguntur Andreæ Gritti Ducis, & Triadani ejus Avi memoriam exhibentes.

„ Andreæ Gritto Duci Optimo, & Reipublicæ Amantiſſi-
„ mo Pacis Terra Marique Partæ Auctori ac Veneti Terre-
„ ſtris Imperii Vindici & Conſervatori Hæredes Pientiſſimi.
„ Vixit Ann. LXXXIII. menſ. VII. dieb. XL. deceſſit V. Calen.
„ Januarii MDXXXVIII.

„ Triadano Gritto Senatori Optimo Andreæ Ducis Avo
„ Venetæ Claſſis Imperatori poſt ſuperatos ad amnem Bolia-
„ num Turcas & ſolutam Scodræ obſidionem Catari extincto
„ publicoque funere ob rem præclaræ geſtam elato Andreas
„ Grittus Dux F. F. J. Deceſſit Octuagenarius An. MCDLXXIIII.

Elogia clariſſimi viri Franciſci Barbari, cujus nitidiſſimas Epiſtolas nuper in lucem edidit, & eruditiſſima Diatriba exornavit Angelus Maria S. R. E. Cardinalis Quirinus, atque Zachariæ ejusdem Franciſci filii, ad latera Sacelli Chriſto Baptizato dicati, in marmore exſculpta viſuntur.

„ Franciſco Barbaro, Equiti Procuratoriq. Divi Marci,
„ Militiæ, Litterarumq. Splendore Inſignito, Multisq. Magi-
„ ſtratibus, Legationibus, Et Præfecturis Innocentiſſime Fun-
„ cto, Ac De Patria Vel Ob Liberatam Ab Obſidione Bri-
„ xiam Benemerito, Franciſcus Pronepos Poſuit.

„ Zachariæ Barbaro, Franciſci F. Equiti, & Procuratori
„ Divi Marci Viro Humaniſſimo, Et Clariſſimo, Hermo-
„ laoq. Filio Ejus Integerrimo Et Doctiſſimo Linguarumq.
„ Peritia Celebratiſſimo Franciſcus Nepos. Poſuit.

Chriſtum e ſepulcro reſurgentem ad aram Gentis Baduariæ Paulus Veronenſis expreſſit; Deiparam Virginem in magnifico domus Contarenæ Sacello Jacobus Palma repræſentavit, in

quo quidem Sacello Franciſci & Aloyſii e Contarena Familia Ducum ſimulacra viſuntur, Franciſci autem elogium parieti appoſitum hoc eſt:

„ Franciſcus Contareno Venetiarum Princeps Priſcis Mo„ ribus, Priſca Virtute, Nova Facundia Bonus Civis, Gra„ vis Senator, Pius Pater, Merito Prius Quam Dignitate „ Princeps Non Opinione, Aut Fortuna, Sed Suapte Virtu„ te Principatum Nactus Rebus Domi, Foriſque Præclariſſi„ me Geſtis Decem Legationibus Apud Majores Orbis Dy„ naſtas Digniſſime Perfunctus Vel Nolens, Et Invitus Tan„ tæ Reipublicæ Præſit Vixit in Principatu An. I. Menſ. III. „ Obiit An. Sal. MDCXXIIII. die VI. Decembris.

Iis, quos ſuperius enuntiavimus egregiis viris in hac Eccleſia quieſcentibus, alios quoque addere libet tum dignitatibus, tum pietate præſtantes, qui in hoc loco emortualem ſibi requiem elegerunt.

Dionyſius Græcus ex Obſervantium Familia aſſumptus ad Eccleſiam Mellipotamenſem vir eloquentia, & ſacrarum literarum ſcientia eximius, quem Eccleſiam S. Mariæ Miraculorum conſecraſſe alibi diximus, Venetiis cum extremum diem clauſiſſet menſe Julio anno 1566., in Clauſtro hujus Cœnobii tumulatus fuit.

In atrio quod a Templo ad Sacrarium ducit, jacet Franciſci Zeni Epiſcopi Juſtinopolitani Nobilis Cretenſis, & Civis Veneti corpus, qui in eo loco ſibi & Petro Fratri Medico præſtantiſſimo, Clar. Viri Apoſtoli Zeno Genitori, ſepulcrum paraverat. Obiit die XV. Auguſti MDCLXXX.

Anno MDCCVII. Joannes Baptiſta Anguiſſola Placentinus Archiepiſcopus Lariſſen., dum Venetiis Legati Apoſtolici munere fungeretur, e vivis exceſſit, cujus corpus ſub Sacrarii pavimento conditum fuit, ſimulacrum autem & elogium Sacrarii ipſius januæ ſuper impoſita viſuntur.

„ Hic Jacet Jo: Baptiſta Anguiſſola Placentinus Archiep. „ Lariſſen. Integerrimæ Nobilitatis Et Vitæ Ætatis Annorum „ LXV. defunctus Pluribus Eccleſiaſticis Præfecturis Demum „ Sub Clem. XI. P. O. M. Apud Sereniſs. Rempub. Venet. „ Nuncius Orientem Apoſtolici Muneris Dierum miſcens Oc„ caſſu. In ipſo Veſtibulo dignitatis Primitiis Laborum Cœ„ lo Maturus Litavit die XVIII. Auguſti MDCCVII. Cujus Eme-

„ rito

„ rito Cineri Hæredes Mœſtiſſimi P. O. S. V. E. R. E. Octa-
„ vius Gaſparini Poni Curavit.

Michael Foſcareno Senator Clariſſimus, qui Venetam ſui ævi Hiſtoriam ex Xvirum Decreto compoſuit, obiitque die ultima Maii anno 1692. & Auguſtinus Vianollus Magnus Venetiarum Cancellarius, qui e vita migravit anno 1660. gentilitiis monumentis conditi in hac Eccleſia quieſcunt; in Clauſtro autem ſibi & hæredibus ſepulcrum paravit Joſaphat Barbaro ad Uſſuncaſſanum Perſarum Regem pro Veneta Republica Legatus, cujus Orientalia itinera typis edita leguntur. Hæc eſt ſepulcralis Epigraphe:

„ Sepultura M. D. Joſaphat Barbaro de confinio Sanctæ
„ Mariæ Formoſe & ejus Heredum MCCCCLXXXXIV.

In loco S. Franciſci de Vinea Corpus ſuum ſi Venetiis obiiſſet, tumulari mandaverat ex teſtamento Franciſcus Petrarcha, cujus hæc ſunt verba. *Se verro a morte a Vinegia, voglio eſſer poſto nel luogo di S. Franceſco della Vigna, innanzi alla porta della Chieſa*. Teſtamentum Patavii rogatum menſe Aprili anno 1370. carminibus ipſius præfixum fuit, typiſque Venetis vulgatum apud Nicolaum Bevilaqua anno 1563.

Porro inter omnia Eccleſiæ hujus Sacella illud olim magis aſſidua populi devotione frequentabatur, quod modo B. M. V. de Stellario, tranſacto autem tempore Chriſti Domini titulo nuncupabatur, ob prodigioſam Redemptoris ipſius imaginem quæ ad Sacelli aram anno 1583. menſe Septembri deducta fuit e clauſtro, ubi cœperat miraculis coruſcare. Tranſlationem enarrat Fr. Joannes Redaldus Venetus Cœnobii S. Job olim Guardianus, inter alias adnotationes, quas inſeruit Codici ms. in ipſius Cœnobii S. Job Bibliotheca aſſervato, cui titulus: *Extracta quædam de libro Ubertini de Caſali nuncupato: arbor vitæ Jeſu Crucifixe:*

1583. Nel meſe di Setembre. Una imagine del Salvator noſtro Miſ. Jeſu Chriſto qual era nel clauſtro di Frati di Sancto Franceſco della Vigna cominciò far molti miracoli dove concorrendo di con-

MDLXXXIII. Menſe Septembri. Effigies Salvatoris noſtri Domini Jeſu Chriſti, quæ erat in clauſtro Fratrum Sancti Franciſci de Vinea, cœpit miraculis coruſcare, ad quam propterea factus eſt ingens po-

tinuo gran moltitudine di populo per offerir, divotamente i loro voti a dita imagine. Unde ſi levò murmure o fuſſe per zelo, o per indignità con dir che tutte le done ch' erano andate in eſſo clauſtro abenchè con bona intention & ſimplice devotion erano excomunicate unde per ſedar tali tumulti de comiſſion del ſ. Auditor di Monſignor Legato li Frati portorono la dita imagine in Chieſa con molti lumi di torze perche era di note alli 23. Otobre & la poſerno in la capella ſecunda à man deſtra dove di giorno in giorno li concore moltitudine di populo ad oferir li loro voti & ringraziar il Signor Noſtro miſ. Jeſu Chriſto figurato in tal imagine poi circa la excomunica abenche appreſſo perſone di giudicio fuſſe opinione che eſſe done non fuſſerno altramente excommunicate nondimeno li Frati ſcriſeno a Roma al P. Procurator il P. Rev. Frà Daniel da la meduna qual hebe parlamento con il Santiſſimo Signor noſtro Summo Pontifice Gregorio XIII. & ſua ſanctità dechiaro che non ſe intendevano excomunicate quelle done quale erano andate nel dito clauſtro, & maxime eſſendo andate per tal opera pia &

puli concurſus, ut ſua vota dictæ imagini devote offerret. Ea propter vel ex zelo, vel ex æmulatione aliqui obſtrepantes aſſerebant, mulieres omnes, quæ ipſa clauſtra introiverant, quamquam id ſimpliciter, ac ex corde feciſſent, excommunicationem incurriſſe. Ut igitur rumores hujusmodi compeſcerentur, de mandato auditoris in Curia Pontificii Legati, Fratres illam imaginem in Eccleſiam tranſtulerunt, non ſine multis cereis facibus, quippe nocturno tempore die XXIII. Octobris, eamque in ſecundo ad dexteram Sacello collocarunt, ubi in dies magis populi frequentia crevit, qui & vota offerebat, & gratias Chriſto Domino in ea imagine expreſſo agebat. Quoad excommunicationem, quamvis prudentes viri cenſerent, mulieres illas nullo excommunicationis vinculo illigatas, Fratres tamen Romam ſcripſerunt ad Fratrem Danielem de Meduna Ordinis Procuratorem, qui Summum Pontificem Gregorium XIII. cum adiiſſet, & rem prout erat expoſuiſſet, reſpondit Sanctiſſimus Dominus, Mulieres, quæ ingreſſæ fuerant Clauſtrum, in nullam incidiſſe excommunicationem præſertim, cum ex pio animo, ſanctaque devotione id egiſ-

& ſancta devotione. Et adi 3. Novembre del dito ano ſi hebe da Roma la reſſolutione il che inteſo da ſeculari andorono ſul campanile a far campanò per ſegno di leticia & à confuſion de queli che erano ſtati contrari a una cuſſi pia devotione.

F. Jo: a Redaldis.

egiſſent. Porro die III. Novembris innotuit Venetiis hæc definitio, quam cum ſæculares Viri audiſſent, nec mora in Turrim aſcenderunt, & in publicum lætitiæ argumentum feſtivo more campanas pulſarunt, ut eſſet, cur illos omnes ſui puderet, qui tam piæ devotioni fuerunt adverſati.

Ad hujus deinde Sacelli aram, (quæ ex ligneo Deiparæ Virginis ſimulacro ſtellis coronato, cœpit fluxu temporis nuncupari *la Madonna del Stellario*) erectum fuit anno 1663. Sodalitium, cujus religione defunctorum animæ purgatorio igne cruciatæ, e flammis eriperentur. Inter hujus Sodalitii Confratres haud multo poſt (ut plerumque fit) exortum eſt diſſidium, quo perdurante, nonnulli ex ipſo cœtu aliud in Eccleſia S. Moyſis Sodalitium, ſub divi Paſchalis Confeſſoris titulo erexerunt. Controverſiæ Judicem Baptiſtam Nanium Equitem & D. M. Procuratorem conſtituit Decemvirale Conſilium, cujus viri judicio die XXVI. Octobris anno MDCLXIX. ſtatutum eſt, ut ex Divi Moyſis Eccleſia Confratres ad Divum Franciſcum reveterentur, & gemina Sodalitia in unum corpus coaleſcerent, quod Decemvirali Decreto die XII. Decembris anno ipſo 1669. approbatum, confirmatumque fuit, atque anno ſequenti Romanæ Sacrarum Stigmatum Archiconfraternitati adnexum vocari cœpit Suffragium S. Paſchalis.

Medium Eccleſiam inter, & Clauſtra erectum eſt Sacellum, quod Sanctum (Capella Santa) vulgo appellatur; Ipſius tabulam, olim in veteri Eccleſia excultam pingi a Joanne Bellino, juſſerat Jacobus Delphinus Nobilis Venetus, qui ipſam huic Eccleſiæ, ex teſtamento legaverat: Hæc ſunt ipſius Teſtamenti verba, quod die 7. Februarii anno 1505. rogavit Aloyſius Talenti Pleb. S. Jo. Chriſoſtomi & Not. " Et voglio & ordeno, che in Gieſia de Miſier San Franceſco
„ della Vigna ſia fatto uno altare, & una ſepoltura davanti
„ come è quella da cha Grimani, & al ſopraditto altare ſia

„ po-

„ poſto la mia palla over anchona, la qual al preſente ſa „ miſ. Zuan Belin con li ſuoi adornamenti, & con la corti„ na davanti come ſe richiede. “ Num Sacellum prout Teſtator decreverat, erectum fuerit, mihi incompertum, hoc unum ſcio, anno 1579. die 7. Octobris ex Patrum Cœnobii largitione, Sacellum, in quo tabula poſita fuerat, Federiço Curelli Nobili Mediolanenſi Stephani filio, ejusque ſucceſſoribus conceſſum fuiſſe, ex cujus gratioſo munere die 1. Jan. anno 1582. M. V. in jura Sodalitii Immaculatæ Conceptionis devenerat, quod ipſo paulo ante ad eamdem aram erigi curaverat. Ad hanc aram decentibus loculis incluſæ aſſervantur plurimæ Sanctorum Reliquiæ, quas inter memoratu dignæ ſunt eæ, quas Gonzaga in libro de Origine Religionis Seraph. Tom. I. par. II. recenſet his verbis: “ Articulum al„ terius ex digitis Beati Pauli Apoſtoli, alteram ex ſpinis „ Dominicæ Coronæ, particulam ſanctiſſimæ Crucis, aliam „ itidem particulam ejus ſpongiæ, qua myrrhatum vinum Ser„ vatori Chriſto, ex Cruce pendenti ab impio milite oblatum „ fuit, alterum ex pedibus S. Anaſtaſiæ, alium quoque pe„ dem, atque tibiale os S. Brigidæ.

Iis quas ſuperius enuntiavimus tum Sanctorum Reliquiis, tum illuſtrium pictorum laboribus, addere hic opportunum eſt, in primis quidem articulum digiti S. Petri de Alcantara Eccleſiæ huic dono miſſum ab Alexandro Aldobrandino Archiepiſcopo Rhodienſi, Venetiis primum, mox in Hiſpaniis Apoſtolico Legato, & deinde S. R. E. Cardinali, & partem oſſis S. Petri Regaladi, religioſum Joannis a Lege Equitis munus, Romæ, dum ibidem Venetæ legationis munere fungeretur, acceptum. Inter ſecunda vero ornamenta picturas videlicet, notari debent, egregium Pauli Veronenſis opus, quod in una ex aris Sacrarii parieti creditum viſitur, & tres antiquæ tabulæ ad aliam ejusdem Sacrarii aram diſpoſitæ, in quibus Divos Hieronymum, Bernardinum Senenſem, & Ludovicum Epiſcopum Tholoſanum repræſentavit Jacobellus a Flore, ita a quacunque longevi temporis injuria illæſæ, ac ſi recens depictæ fuiſſent.

Modo ad illuſtres ſanctimonia viros, quorum corpora in hac Eccleſia quieſcentia Beatæ Reſurrectionis ſpem expectant. Marmoreo ſarcophago parieti hujus Eccleſiæ inter Divi

Hie-

Hieronymi, & Divi Didaci Sacella incluſum, jacet corpus Venerabilis Viri Matthæi de Baſcio Beati vulgo nuncupati, quem ſuæ reformationis authorem, & Patrem habuit Congregatio Capuccinorum, jam poſt ipſius obitum longe lateque per Chriſtianum Orbem diffuſa. Sanctam ipſius mortem, quam in domo Hieronymi Murenæ Eccleſiæ S. Moyſis Venetiarum Plebani oppetiit, & ſolemnem corporis depoſitionem enarrat accurate continuator Wadingi Tom. XVIII. pag. 257. ad ann. 1552. his verbis:

„ Matthæus de Baſſio, Capuccinorum anteſignanus, quem „ Wadingus ad Obſervantes multo ante rediiſſe commemoravit, „ Venetiis gravi morbo decubuit, qui ſupremus illi fuit. „ In eam urbem profectus Auguſto ineunte, apud Rectorem „ (1) S. Moyſis Eccleſiæ diverterat, quicum ſibi neceſſitudo „ vetus intercedebat. Cujus in domo cum ægrotaret, Cœle„ ſtinum Zenum S. Franciſci cœnobiarcham monendum cu„ ravit, ſuoque nomine rogandum, ut Sacerdotem, qui confeſ„ ſiones audiret, ad ſe mittere maturaret. Miſſus itaque Ur„ banus Venetus, qui etiam de Matthæi moribus, atque fa„ ctis plura litteris conſignavit. (2) Magnum erat Matthæi „ nomen in ea Civitate, quam ſibi antea, cum eſſet in con„ cionibus acer ac vehemens, libereque in hominum vitia „ inveheretur, non eloquentiæ modo, verum etiam virtutis „ opinione conciliaret. Cum ſacramentis Chriſtiano ritu ſu„ ſceptis obiiſſet, magnus hominum concurſus ad templum „ eſt factus. Itaque elatus eſt honorificentiſſimo funere. Quip„ pe exequiis perſolutis in templo, inuſitata celebritate cir„ ca forum Marcianum circumlatum cadaver cum læta po„ puli acclamatione, & æris campani ſono. Inter hæc Obſer„ vantium Cœnobiarcha Rectorem monuerat, uti cadaver, „ quod ad ſe pertineret, apud Divi Franciſci in ſodalium ſe-

„ pul-

(1) Hieronymus Murena S. Moyſis Plebanus & Canonicus Ducalis de quo Operis hujus Tom. III. pag. 364. Matthæi de Baſcio amiciſſimus, quia in ipſius Eccleſia ſacras conciones miro cum animarum fructu ſæpe ſæpius habuerat.

(2) De Matthæi geſtis præter Wadingum fuſe ſcripſit Boverius in Annal. Capuccinorum, veritatem tamen rerum a Boverio allatarum, non eſt meum diſquirere. Vita ipſius Matthæi, inter alias Minoritarum ſanctitate illuſtrium, affertur.

„ pulcro ſepeliendum permitteret. Ille negare ſeſe daturum, „ quod peteretur : Matthæum, dum viveret, ab Obſervantibus aut neglectum, aut ſponte ſejunctum extra ſepta Cœnobii vitam egiſſe: itaque hominem non fuiſſe cenſendum „ in eo ſodalitio, a quo tamdiu abſuiſſet, in ejusque cadaver S. Moyſis Eccleſiæ communi lege jus eſſe, quod in „ ejus ditione ipſe mortem oppetiiſſet. Incalentibus utrinque „ animis in judicium deducta res ; (3) lisque noſtris adjudicata, quod legitimis documentis palam feciſſent, Matthæum „ cum Præfectorum permiſſu extra Cœnobium eſſe verſatum, „ (4) præſertim Calvi, & Inſulani : neque exortem ejus familiæ exiſtimandum, cujus jampridem habitum ferret, quin „ etiam

(3) Controverſia agitata fuit coram Apoſtolico Legato, qui utriusque partis rationibus auditis, corpus Matthæi ad Divi Franciſci de Vinea Eccleſiam deferendum eſſe decrevit.

(4) Legitima documenta, quæ adhuc in Archivo Monaſterii de Vinea aſſervantur hæc ſunt.

„ In Chriſto ſibi chariſſimo Fratri Matthæo de Baſſio Ordinis Minorum „ regularis obſervantiæ Provinciæ Marchiæ Prædicatori, & Confeſſori egregio Fr. Vincentius Lunelus Generalis totius præfati Ordinis Miniſter, & „ Servus ſalutem in Domino ſempiternam. Dum aſſeras te licentiam habere a Summo Pontifice ad libitum tuum quaſcunque velis Provincias divinum verbum Evangelizandi gratia, peragrandi, hinc eſt, quod ego „ quoque volens, ut tam ſancto operi, ac (quo ferves) animas Chriſto lucrifaciendi deſiderio, noſter accedat aſſenſus, tenore preſentium, tibi „ cum merito ſalutaris obedientiæ concedo, ut (modo regulam, quam Deo „ Domino voviſti ſincerius obſerves) quocumque ſpiritus Jeſu te conduxerit, una cum ſocio tuo Fr. Joanne de Forlivio Provinciæ Bononiæ Clerico devoto præfatum Prædicatoris officium, majori, quo poteris, Fidelium „ exemplo & ædificatione executurus, ire poſſis, & valeas. Volens, ut noſtris Fratribus tu præfatusque ſocius queatis confiteri, apud illosque (cum „ Altiſſimo placuerit vos, vel quempiam veſtrum ab humanis evocare) mori, ac ſepeliri, tanquam religioſi noſtri Inſtituti profeſſores, vos propterea illis in viſceribus Jeſu Chriſti commendatiſſimos reddens. Valete, & „ orate pro me.

„ Datum Mantuæ Provinciæ S. Antonii apud S. Franciſcum ſub manu „ propria, ac majori Officii ſigillo 15. Maii 1536.

„ L. S. (Fr. Vincentium qui ſupra manu propria.

„ Et ego Fr. Joannes Calvus Gen. Miniſt. præmiſſa confirmo.

„ Datum in Conventu Noſtro Urbini 7. Julii 1541.

„ Ego Fr. Clemens Monilianus prædicti Ordini in Ciſmontanis Partibus.

„ Generalis Commiſſarius confirmo omnia ſupradicta in dictis partibus.

„ Datum in S. Maria Angelorum apud Aſſiſium 28. Maii 1547.

„ Ego Fr. Andreas Inſulanus Min. Generalis omnia confirmo hodie 24. „ Maii 1550.

„ etiam capitis tegumentum. Quocirca triduo, quo hæc ge„ſta ſunt, incorruptum cadaver, ſumma licet æſtate, ad „Franciſcanos delatum, confluente certatim multitudine ad „occultandum; & in communi ſodalium tumulo conditum „eſt. Poſt duos menſes, cum populus Venetus, nondum ſtu„dio pietatis erga Matthæum deferveſcente, tumulum fre„quentaret, eaque re moleſtiam Fratribus exhiberet (quip„pe in aditu Chori ſepulchrum erat) permittente Pontifi„cio Legato exhumatur, nulla hactenus labe apparente, & „in arcam e ligno compactam incluſum in ipſo Templo „ſepelitur prope Sacellum Beati Didaci. Poſtero anno ſub „exitum Februarii rurſus arca mutata, ac ſuper eam in „contiguo pariete monumentum (5) eſt poſitum cum hac „epigraphe.

„ Hic jacet B. P. F. Matthæus de Marchia Ord. Min. de „Obſerv. Verbi Dei Prædicator Apoſtolicus. Animam Deo „reddidit Anno Salutis 1552. Nonis Auguſti.

Jam ſuperius memoravimus Bonaventuram Venetum hujuſce Conventus alumnum auſteritate vitæ, & morum probitate clariſſimum. Ejus mortem, virtutes, & prodigia poſt obitum patrata paucis verbis complexus eſt Laurentius Taleapetra Venetus, olim Venetæ Divi Antonii Provinciæ Miniſter Provincialis: eam, ut ex authore prodiit, exhibemus.

„ L'ultimo di Marzo, che fu in Giovedì il 1622. Fra Bo„naventura da Venetia Sacerdote de Minori Oſs. di S. Fran„ceſco e Sagreſtano di anni 77. in circa ſano di corpo, e di „mente, non havendo mai havuto male a ricordo di 40. an„ni, e più. Dopo haver l'iſteſſa mattina celebrata la Meſſa „avanti le 14. ore, e detto al Compagno, che lo perſuadeva „a non dirla, voglio dirla, perche non so, ſe la dirò più. „Detta la Meſſa e ſparatoſi reſe le grazie intorno alle 15. „ore in Sagreſtia. Come Sagriſtano nel pigliar le candele per „darle ad un che ſerviva la Meſſa, li venne un accidente,

(5) Monumento huic plurimas tabellas in grati animi teſtimonium affixerant Chriſtifideles, qui invocata Matthæi apud Deum interceſſione ſanitatem ſe recepiſſe fatebantur, eas poſtmodum interveniente Urbani VIII. decreto Patres Conventus amoverunt; ſupereſt adhuc parieti affixus ferreus circulus ſepulcrum ipſum circumdans, cui olim cereas faces in viri ibidem tumulati honorem ardendas apponebant.

„ che li tolſe il moto, e la favella. Con ſtrettori aprì gli „ occhi, diſſe *Jesu Maria*, li fu dato là in Sagriſtia per mezzo li Calici dove ſtava ordinariamente per l'adminiſtration „ dell'offitio l'Olio Santo dal P. Guardiano con l'aſſiſtenza „ di una quantità de Frati. Gli ritornò l'accidente pur là in „ Sagreſtia, & ad ora di Nona ſpirò.

„ Fu ſpogliato dagl'Infermieri, haveva l'abito nudo su la „ carne, cinto le reni con un panno ruvido de più pezzetti fodrato di groſſa canevaza, con odor grato. Fu lavato, „ e portato nella Chieſiola, alla qual Homeni, e Religioſi „ molti corſero a vederlo. Fu ſepolto il Venerdì Mattina con „ concorſo, e li fu da molti tagliato l'abito per divotione, „ e poſto in una Caſſa, molti vanno per divotione a mirarla, e benedirlo. Prediſſe la ſua morte a molti, & ſei giorni prima al ſuo Confeſſore pregandolo, che li perdonaſſe „ ſe lo ſturbava ſpeſſo, perche poco li mancava a paſſar il „ traghetto della vita ſua, & anco l'iſteſſa mattina dicendo: „ che non ſarebbe andato più alla cella del Guardiano, ne „ haverebbe più parlato ad un certo Prete, che dimandava „ Meſſa: Et un Monſig. dell'Illuſtriſſimo Nuncio, che era „ ſuo divoto, eſſendoli dimandato s'era venuto a dir Meſſa, „ riſpoſe: non è venuto, ma non lo vedrò più, e venne quel „ Monſig. mentre ſtava per eſalar lo ſpirito. Eſſo Padre Sagreſtano ſoleva dire a chi li domandava, come ſtava: Sto „ bene, meglio che non merito ho dal Sig. Iddio, & dicendoli coſa faceva riſpondeva: aſpetto la morte, e vorrei morir ſenza dar travaglio a Fratelli miei in Infermaria, & ſi „ crede anco li ſpiaceſſe l'Infermaria per la commodità del „ letto, eſſendo l'ordinario ſuo dormir ſopra le nude tavole „ con un legno per capezzale. Soleva dire, che ſarebbe morto ſenza ſtentare all'improviſo, e la prima, che li ſarebbe „ venuta. Era poveriſſimo in ſtanza, non aveva altro, che „ il Breviario, Diurno, Leggendario de Santi, e la preparazion della Meſſa, e niun altra coſa. Il ſuo Oratorio era „ un Cruceſiſſo, una Madonna in legno antichiſſimo l'uno „ & l'altra, e cinque, o ſei corone: Non toccò mai danari, non portò ſopra mai habito nuovo fattoli dal comune, „ non haveva imaginabil affetto a coſa mondana, non mangiava ſe non una volta al giorno tozzi di pane avanzato,

„ ed

„ ed herba cruda inſipida, compativa il proſſimo, e lo ſcu-
„ ſava, ne sì alterò giammai per coſe humane, ma ſolo per
„ zelo dell'officio, non ſtava mai in ozio, paſſando il tem-
„ po in dir Salmi, o in cucire; fu di una ſomma pazienza,
„ non volſe mai honori nella Religione, e per la ſua humil-
„ tà non volle confeſſare, ultimamente ne meno li Frati.
„ Stando Chierico all'Oratione ſi ſentiva condur via dal Co-
„ ro e gridava: li Diavoli mi moleſtano, che non facci ora-
„ tione: Padre Vicario agiutatemi. Era ſimpliciſſimo, ama-
„ va la giuſtizia, e nella Religione, e fuori, e li virtuoſi,
„ ne operò mai coſa reprenſibile. Suo Padre fu Agoſtin Ba-
„ retta Marcante da Seda. Jo Fra Lorenzo da Venezia già
„ Miniſtro Provinciale, feci queſta compendioſa memoria.
„ Grazie.

„ Li ſei Aprile una Monaca del Sepolcro inferma d'un
„ anno l'invocò, e guarì ſubito. L'Avvocato Peſaro guarì
„ d'urina.

„ *1626*. Batiſta da Zero ſtorpiato gittatoſi ſopra la ſua ſepol-
„ tura riſanò, ed un ſuo Fratello dato per etico s'invotò e
„ guarì.

„ Forno portate al di lui ſepolcro molte tavolette, ma
„ per il Decr. d'Urbano VIII. furono levate.

„ *1635*. Nel meſe di Marzo apparve in prigione a Diego di
„ Zanetto, che ſe li raccomandò, e li diſſe non dubitar che
„ ſarai liberato, come ſeguì il giorno di S. Bonaventura. Due
„ altre volte gli apparve conſolandolo nelle ſue afflizioni.
„ Così pure apparve ad un Mercante agiutandolo in un ſuo
„ travaglio.

Venerabilis viri corpus in Divi Antonii Patavini Sacello tumulatum fuit, locumque ſepulturæ indicat marmorea Epigraphe ejusdem Sacelli parieti in cornu Epiſtolæ affixa hæc exhibens:

„ Hic jacet P. Bonaventura Venetus Minor. Obſervantiæ
„ Sacerdos Sacriſta Abſtinentia Simplicitate Paupertateque di-
„ ves. Obiit 31. Martii *1622*.

Infra medium Templi tractum, ac Ducis Triviſani Cænotaphium jacent oſſa Fratris Antonii de Buſſetto, cujus memoriam recenſet lapis rubeus (totum etenim Templi pavimentum albis rubeisque marmoribus ſtratum eſt) his verbis:

„ Hic jacet Fr. Joannes Antonius de Buſſetto Prædicator „ qui obiit anno Mdlxix.

In pariete Sacelli, quod Seraphico Doctori Divo Bonaventuræ ſacrum eſt, quieſcit reconditum corpus Fr. Ludovici Bergomatis, qui cum diu in hoc Cœnobio auſteram ſanctamque vitam egiſſet, ibidem ad Cœlos evolavit die xxvii. Jan. anno Mdcc. cujus virtutis meritum plurima ejus opem implorantibus collata beneficia teſtantur. Sacelli parieti affixa viſitur hæc inſcriptio.

„ Hic jacet P. F. Ludovicus de Bergomo die XXVII. Ja- „ nuarii Anno Dom. Mdcc.

Conſecrationem Templi ritu ſolemni peregit Julius Superchius Epiſcopus Caprularum die ii. Auguſti anno Mdlxxxii. prout ipſe teſtatus eſt in inſtrumento deſuper confecto die x. ejusdem menſis. (L)

Multis præterea tum probitate, tum doctrina eximiis viris effulſit Cœnobium hoc, quos inter nominatim recenſendum puto Franciſcum Georgio, quem ſuperius attulimus ſanguinis claritate, & omnigena eruditione conſpicuum Virum hunc illuſtrem Venetiis Guardiani munus agentem anno 1502. Ludovicus *de la Turre* Ordinis Minorum Commiſſarius, & Delegatus Apoſtolicus ſuum *immo verius Apoſtolicum Subdelegatum* conſtituit, ut in Venetorum Dominio *Indulgentias Sacri Jubilæi* ab Alexandro VI. conceſſas promulgaret, eaque omnia ageret, quæ per Apoſtolicas litteras eidem Ludovico Delegato mandata fuerant. Depoſita deinde Præfectura dum Venetiis degeret a Clemente VII. Pontifice Maximo, cui ſingularis ipſius doctrina innotuerat, Romam, ut ejus opera *in ſuis, & Sanctæ Sedis ſervitiis* uteretur, ampliſſimo diplomate accerſitur die ii. Junii anno Mdxxx. Plura de viro hoc eximio quamprimum in lucem proferet Clar. Vir Joannes de Auguſtinis hujuſce Cœnobii eruditiſſimus Bibliothecarius.

In hujus Monaſterii ambitu anguſtum & ſimplex Sacellum viſitur Divo Marco Evangeliſtæ Venetiarum Patrono ſacrum, quod anniverſaria ejus paſſionis dies frequens ſolet populi concurſus inviſere. Cauſam erectioni dediſſe aſſerunt aliqui vulgarem traditionem, qua acceptum eſt Divum Evangeliſtam dum Aquilejam Apoſtoli Petri juſſu concederet vi procellæ

ven-

ventorumque in mari Adriatico jactatum ad intima Veneti æſtuarii loca ſe recepiſſe, in quibus cum noctu degeret obdormiſcens, ab Angelo ſibi apparente vaticinium accepit, eo ipſo in loco ædificandam fore civitatem, quæ ipſius & corpus poſſideret, & patrociniis fulciretur. Rem, ut vulgo traditur, exhibeo non ut fidem aſtruam, ſed potius ne ipſam videar ignoraſſe. Fuſius rem affert Dandulus in Chron. lib. IV. cap. I. par. I.

Ut autem omnia recenſeantur, quæ ad decus hujuſce Cœnobii ſive ad ipſius utilitatem devenire noſcuntur, duo Eugenii Papæ IV. diplomata exhibeo, quorum uno Florentiæ dato die IV. Menſis Auguſti anno MCCCCXXXIV. *Jacobum Delphinum de Venetiis* primum ex Obſervantibus Terræ Sanctæ Guardianum ſe elegiſſe fatetur, altero autem, quod Bononiæ dedit die II. Auguſti anno MCCCCXXXVII. ad Venetæ de Vinea Bibliothecæ incrementa mandavit, ut libri, quos ſeu emptionis, ſeu alio quovis titulo Fratres hujuſce Conventus *de eleemoſinis pia fidelium Venetorum eisdem largitione collatis* apud ſe *ad eorum uſus* haberent, *ipſis viam univerſæ carnis ingreſſis ad Conventum ipſum ipſo facto* devolverentur, *ac eisdem pleno jure cenſerentur aquiſiti*.

Dilecto filio Guillielmo de Caſali S. Theologiæ Magiſtro, Ordinis Minorum Miniſtro Generali.

„ Propter bonas, & rationabiles cauſas viſum eſt nobis, „ ut aliquis bonus Religioſus ex obſervantia mitteretur Guar„ dianus ad Terram ſanctam, quod miramur eſſe omiſſum „ a tua prudentia. Idcirco ſuaſimus dilecto filio Fratri „ Scolario, Magiſtro in Sacra pagina, qui fuerat deputatus „ per Capitulum, ut renunciaret in manibus noſtris, & nos „ alium fecimus Guardianum, videlicet Fratrem Jacobum Del„ fino de Venetiis. Ne ergo ipſe Scolarius, qui nobis vir „ bonus, & prudens videtur, tanquam contemptus, & abie„ ctus remanere videatur, velis pro honore ſuo, ac Ordi„ nis, & etiam contemplatione noſtri, honorarem ipſum ali„ quo officio, prout meretur virtus ſua. Datum Florentiæ „ anno MCCCCXXXIV. die IV. menſ. Auguſti Pontificatus no„ ſtri Anno Quarto. Wading. Tom. X. pag. 215.

„ Eu-

„ Eugenius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis
„ Guardiano & Fratribus Conventus Sancti Franciſci a Vinea
„ de Venetiis Caſtellan. dioc. ordinis Minor. de obſervantia
„ nuncupator. præſentibus & futuris Salutem & Apoſtolicam
„ benedictionem. Sedis Apoſtolice gratioſa benignitas piis
„ fidelium preſertim ſub religionis habitu domino militan-
„ tium votis libenter annuit & honeſtis eorum precibus fa-
„ vorem benivolum impartitur. Sane exhibita nobis nuper
„ pro parte veſtra petitio continebat quod cum nonnullos fra-
„ tres de veſtro Conventu nonnumquam emptionis ſeu alio
„ quovis titulo libros de elemoſinis pia fidelium Venetorum
„ eisdem largitione collatis procurare eosdemque poſtquam
„ ipſos ad eorum uſum toto tempore vite ſue tenuerunt ipſis
„ viam univerſe carnis ingreſſis ad manus perſonarum a dicto
„ Conventu extranearum ſepius devenire contingat in preſa-
„ ti Conventus grave prejudicium & jacturam. Quare pro
„ parte veſtra fuit nobis humiliter ſupplicatum quatinus ne
„ hoc alias damnum & inconveniens prefato Conventui ve-
„ ſtro irrogari contingat de oportuno remedio providere de
„ benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos veſtris oportunitati-
„ bus providere cupientes veſtris in hac parte ſupplicationi-
„ bus inclinati devotioni veſtre ut prefati libri poſtquam
„ fratres qui illos ut premittitur obtinuerint ac defuncti fue-
„ rint ad prefatum Conventum veſtrum ipſo facto devolvan-
„ tur, ac eidem pleno jure cenſeantur acquiſiti, ita ut vos
„ ſeu per vos deputati propria auctoritate veluti res ipſius
„ Conventus capere & ad ipſum Conventum deferre, & in
„ uſum ipſius deputare valeatis tenore preſentium indulge-
„ mus, Privilegiis Conſtitutionibus ſeu ſtatutis vel indultis
„ ipſi ordini ſeu ejus perſonis quoquomodo conceſſis ceteriſ-
„ que contrariis non obſtantibus quibuſcumque. Nulli ergo
„ &c. Dat. Bononie Anno Incarnationis Dominice Milleſimo
„ quadrigenteſimo triceſimo ſeptimo, quarto Non. Auguſti
„ Pontificatus Noſtri Anno Septimo.

„ Gratis de mandato d. n. pp.
„ Ja. de Viterbio.

Quo-

Quoniam vero in priori Eugenii IV. decreto locorum Terræ Sanctæ mentio habetur, ſciendum eſt nonnulla hujuſce Cœnobii Ædes *Hoſpitium Terræ Sanctæ* nuncupari, eo quia iis excipiuntur, tum ex Obſervantium, tum ex Reformatorum Familiis Fratres, qui ex diverſis Europæ Provinciis huc Jeroſolymam, & alia ſacra Paleſtinæ loca inviſuri conveniunt. Etſi incertum ſit tempus, quo Hoſpitium hoc ſtatutum fuerit, attamen ſi conjecturas captare licet anno 1593. erectum autumo, quo anno Valliſoleti in Hiſpaniis, Generalia Seraphici Ordinis Comitia coacta fuerunt, inter cujus ſtatuta Venetis Antonii Rampazetti, typis anno 1598. edita, hæc leguntur:

„ Ad colligendas conſuetas eleemoſynas ad Loca Terræ „ Sanctæ quovis modo pertinentes, aut alias pro temporum „ ratione procurandas unus vel alter, aut etiam plures pro „ diverſitate nationum Procuratores inſtituantur, & deputen- „ tur Generalis arbitratu, prout ipſe de Patrum conſilio ma- „ gis expedire, atque opportunius eſſe cenſuerit. Procurato- „ res autem hujuſmodi de collectis eleemoſynis quibusque, „ Generali ipſi, aut ei quem ipſe ad id ſpecialiter delegerit „ rationem reddere teneantur. Conſultius tamen eſſet, ſi or- „ dinarias eleemoſynas prædictas Provinciales Miniſtri ea- „ rum Provinciarum, vel Regnorum, in quibus dantur per „ Procuratores Locorum Apoſtolicos exigerent, ac Venetias „ tranſmitti curarent, ut vel ſic multarum expenſarum evi- „ taretur occaſio. Venetiis præterea Generalis Procurator ſit „ ſæcularis unus, Religioni bene affectus, qui auctoritate „ Apoſtolica eleemoſynas ad prædicta loca Terræ Sanctæ ſpe- „ ctantes recipiat, conſervet, expendat, & alia negotia tra- „ ctet, prout ſibi per Procuratorem Fratrem, qui pro tem- „ pore Venetiis deputatus fuerit, neceſſarium, atque opportu- „ num eſſe intellexerit. Uterque autem Generalis ipſius ar- „ bitrio deligatur, & ei, vel cui ſpecialiter ipſe commiſerit, „ accepti & expenſi rationem, quoties opus eſſe idem cen- „ ſuerit reddere teneantur.

Inno-

Innocentius IV. Miniſtro Fratrum Minorum Marchiæ Tarviſinæ concedit, ut in loco a Marco Ziano Ordini Minorum legato extruere poſſint Monaſterium.

A. 1254. 10. Julii.

Ex Archivo S. Franciſci de Vinea.

INnocentius Episc. Servus Servorum Dei dilecto filio Miniſtro Fratrum Minorum Marchiæ Terviſinæ Salutem, & Apoſt. benedictionem. Cum ſicut intelleximus quondam Marcus Zianus de Venetiis Fratribus tui ordinis quandam Vineam ſitam juxta domos, quæ fuerunt ipſius M. pro animæ ſuæ remedio in ultima legaverit voluntate, pro ut in teſtamento, quod idem condidit, plenius dicitur contineri. Nos quod ab eodem M. pie, & provide factum eſt in hac parte, & in alterius præjuditium non redundet, ratum, & gratum habentes, ac auctoritate Apoſtolica confirmantes, tibi & eisdem Fratribus, ut in eadem Vinea juxta ordinationem præfati M. libere domos conſtruere, & in eis habitare poſſitis ſine Juris præjuditio alieni, tenore vobis præſentium duximus concedendum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. Anagniæ IV. Idus Julii. Pontificatus Noſtri Anno duodecimo.

Alexander IV. Priori S. Joannis in Monte committit, ut Joannem Campolum Commiſſarium Marci Ziani ad exequendum teſtamentum ipſius Marci compellat.

B 1255. 20. Martii.

Ex Autographo in Archivo S. Mariæ Glorioſæ Fratrum Minorum.

ALexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio .. Priori S. Joannis in monte (1) Bononienſi Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Expoſuit nobis dilecta in Chriſto filia Nobilis Mulier Conſtantia nata dilecti filii Nobilis Viri ... Marchionis Eſtenſis (2) quod bone memorie Marcus Ziani maritus ejusdem Johannem Campoli, & quosdam alios Cives Venetos teſtamenti ſui executores reliquit, in quo de bonis ſuis Eccleſiis quibusdam, & aliis piis locis legavit, prout in inſtrumento publico inde confecto dicitur plenius contineri. Sed dictus Johannes aſſerens in Civitate Venetorum fore ſtatutum juramento vallatum, ne aliquod teſtamentum valeat, niſi fuerit per Tabellionem Civitatis ejusdem in ſcriptis redactum, prædictum ipſius Mar-

(1) Prioratus Bononienſis S. Joannis in Monte Ordinis Canonicorum Regularium.
(2) Nullam illuſtris hujus fœminæ mentionem ingerit in ſuis Antiquitatibus Eſtenſibus Clariſſimus Muratorius. Hæc inſigni benefitio a viri teſtamento donata, ſi in viduitate permaneret, malluit tamen ad ſecundas nuptias tranſire.

Marchi teſtamentum eo pretextu, quod idem inſtrumentum per Tabellionem Civitatis prædictæ confectum non extitit, exequi quantum ad eundem pertinet pro ſua renuit voluntate, quamquam idem teſtamentum alias legitimum habeatur, & ad ipſius executionem reliqui coexecutores una cum dicto Cive, qui ſe in aliquibus executioni cum ipſis immiſcuit, procedere ſint parati, propter quod Teſtamenti ejuſdem executio impeditur. Quare nobis præfata nobilis humiliter ſupplicavit, ut providere ſuper hoc paterna ſollicitudine curaremus. Cum autem in omnibus piis voluntatibus debeat Eccleſia providere, ut ſecundum defuncti voluntatem univerſa procedant, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi eſt ita prefatum Civem ut dictum teſtamentum, quantum ad ipſum pertinere dinoſcitur, exequi non omittat, monitione præmiſſa, ſicut juſtum fuerit, appellatione remota compellas, eodem ſtatuto tamquam rationi obvio non obſtante, & conſtitutione de duabus dietis edita in concilio generali, dummodo ultra tertiam vel quartam extra ſuam dioceſim auctoritate præſentium pars altera ad juditium non trahatur.

Datum Neapoli XIII. Kal. Aprilis Pontificatus noſtri anno Primo.

Alexander IV. Miniſtro & Fratribus Ordinis Minorum committit, ut recipere debeant locum Vinea *nuncupatum eis a Marco Ziani Teſtamento legatum.*

C 1255. 12. Aprilis.

Ex Autographo in Archivo S. Franciſci de Vinea.

Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Miniſtro & Fratribus Ordinis Minorum de Venetiis Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum nos dilectis in Chriſto filiabus nobilibus mulieribus Conſtantie filie nobilis viri ... Marchionis Eſtenſis, & Medanie Comitiſſe ac Johanni Campolo. Marco Baduario & Marchiſine uxori ejus executoribus teſtamenti quondam Marci Ziani de Venetiis noſtris ſub certa forma demus litteris in mandatis, ut locum qui vinea dicitur ſitum in Venetiis vobis ab eodem Marco pro anime ſue remedio in ultima voluntate relictum aſſignare vobis ſine aliqua difficultate procurent. Univerſitati veſtre per Apoſtolica ſcripta mandamus quatinus locum ipſum ab eiſdem executoribus contrariis ordinis veſtri ſtatuto ſeu mandato quolibet nequaquam obſtantibus recipere ſine aliqua dilatione curetis.

Dat. Neapoli Secundo Id. Maii. Pontificatus noſtri Anno Primo.

Alexander IV. Fratribus Minoribus concedit, ut habitent in loco dicto Vinea ipſis a Marco Ziani legato.

D 1256. 16. Septembris.

Ex Autographo in Archivo S. Franciſci de Vinea.

ALexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Miniſtro & Fratribus Minoribus de Venetiis Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Quum a nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Sane petitio veſtra nobis exhibita continebat, quod quondam Marcus Ziani de Venetiis gerens ad vos & ad ordinem veſtrum ſincere devotionis affectum, quendam locum ad eum ſpectantem, qui Vinea vulgariter appellatur, ſitum in Dioceſi Caſtellana vobis intuitu pietatis in ultima voluntate legavit, ordinans ut ſex Fratres ipſius ordinis de bonis ipſius Marci vitæ neceſſaria recepturi commorentur ibidem, & ad Deum pro dicti Marci anima preces fundant, executores quoque teſtamenti predicti Marci vos in corporalem poſſeſſionem loci induxerunt ejuſdem. Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ſuper hoc a Marco & executoribus predictis factum eſt ratum & gratum habentes id auctoritate Apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus; vobis nihilominus concedentes, ut aliqui ex Fratribus dicti Ordinis prout Miniſtro Marchiæ Terviſinæ, qui pro tempore fuerit, videbitur expedire juxta prefati Marci ordinationem in ipſo loco libere valeant commorari. Non obſtante ſtatuto a Vener. Fratre Noſtro.. Caſtellano Epiſcopo loci dioceſani edito per ejus loci Metropolitan. & etiam per Sedem Apoſtolicam confirmato, quod aliquis locus religioſus juxta alium infra centum quinquaginta paſſus in eadem dioceſi non poſſit conſtrui vel etiam habitari, ſeu aliquibus litteris cujuſcumque tenoris exiſtant a Sede impetratis, eadem vel etiam impetrandis, que de preſentibus plenam & expreſſam non fecerint mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus se noverit incurſurum.

Datum Anagnie XVI. Kal. Octobris Pontificatus noſtri Anno Secundo.

Locus Vineæ a Marco Ziani legatus ex ſententia Judicum Fratribus Minoribus adjudicatur.

E 1257. 6. Martij.

Ex Archivo S. Franciſci de Vinea Venetiarum.

IN Nomine Dei æterni. Amen. Anno ab Incarnatione Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ducent. quinq. ſeptimo menſe Martii die ſexta exeunte, indictione quintadecima in Rivoalto. Teſtificamus nos Dominicus Caravel-

vello de confinio Sancti Gervaſii, & Marcus Triviſanus de confinio Sancti Angeli, quod eadem die, eadem in Civitate coram noſtrorum Judicum præſentia, qui de mandato Domini noſtri Raynerii Zeno incliti Venetiarum Ducis ibidem ante ſe ad placita tenenda ſedebant, quando Paulus de Molino Advocator Dominorum Marci Baduarii de confinio Sancti Jacobi de Luprio, & Marchiſinæ uxoris ejus cognati, & Sororis quondam Marci Ziani Comitis Arbenſis, olim filii Petri Ziani laudabilis Ducis Venet. de confinio Sanctæ Juſtinæ, atque Johannis Campulo de eodem confinio Sanctæ Juſtinæ omnium Commiſſariorum ejuſdem Domini Marci Ziani placitaliter ibidem de voluntate utrarumque partium cum Nicolao Mauro advocatore Dominorum Jacobi Barozi, Philippi de Molino, atque Philippi Belligno Procuratorum operis Eccleſiæ Sancti Marci Commiſſariorum ejuſdem Domini Marci Ziani, & coram ipſis Procuratoribus, & Commiſſariis ipſius Domini Marci Ziani, oſtendens ibidem unam teſtamenti cartulam teſtatam, & roboratam, factam anno ab Incarnatione Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ducenteſimo quinquageſimo tertio Menſe Junii die quinta, exeunte Indictione undecima in Rivoalto, quam fecit prædictus Dominus Marcus Ziani Comes Arbenſis, & quondam filius Domini Petri Ziani laudabilis memoriæ Ducis Venet. de confinio Sanctæ Juſtinæ.

In quo conſtituit ſuos Commiſſarios Dominam Medaniam Comitiſſam lineam avunculam ſuam, Marcum Baduarium, & Marcheſinam ejus uxorem, Cognatum, & Sororem ſuam dilectam, & Dominum Nicolaum Agathi de confinio Sanctorum Apoſtolorum, & ſi forte quod idem Nicolaus Agathi moreretur ante ſuum Fratrem Julianum Agathi, eumdem Julianum in loco ſuo ſuum Commiſſarium cum jam dictis inſtituebat, & cum Johanne Campulo de jam dicto confinio Sanctæ Juſtinæ, quem etiam ſuum Commiſſarium ordinaverat cum prædictis. Et ſi contingeret, quod idem Dominus Nicolaus, vel frater ejus Julianus, aut neuter prædictorum, videlicet Domina Medania, Domina Marcheſina, & Johannes Campulo ſuam finirent vitam, ut quam cito hoc contingeret evenire, ita tunc incontinenti in loco ipſorum Nicolai, vel fratris ejus Juliani, aut unius ipſorum Dominæ Medaniæ, Dominæ Marcheſinæ, & Johannis Campulo, conſtituebat ſuos Commiſſarios una cum reliquis ſupraviventibus Dominos Procuratores operis Eccleſiæ Sancti Marci, qui nunc ſunt vel pro tempore eſſent. Ut ſolum quod hic ordinaret, darique juberet, ſic poſt ſuum complerent obitum, per quem etiam Dominam Conſtantiam uxorem ſuam voluit, ut eſſet ſua Commiſſaria cum prædictis omnibus eo modo, & ordine, ut ſupra eſt ſpecificatum; tamen ſi virum acciperet, non eſſet ſua Commiſſaria.

Inter cætera de vinea ſua poſita in confinio Sanctæ Juſtinæ, ſecundum quod vadit foſſatum nuper factum in ipſa vinea recto tramite uſque ad rivellum poſitum inter ipſam Vineam, & campum ſecretum, cum Eccleſia in eadem exiſtente cum officinis conjunctis cum ipſa Eccleſia, dimiſit, ut impoſterum in ipſa Vinea, & Eccleſia, & in officinis conjunctis cum ipſa Eccleſia, ut ſex Fratres in eadem Vinea ſtare, & habitare in perpetuum debeant cum duobus ſervitoribus, videlicet qui ſint Fratres de Ordine Fratrum Minorum, aut Fratrum Prædicatorum, vel de Ordine de Ciſtello, & ſi de ipſis ordinibus non poſſent inveniri ad ſtandum in eadem, ordinavit, & voluit, ut remaneret in poteſtate dictorum commiſſariorum ſuorum ad tollendum quoſcunque voluerint; tamen hoc faciant cum conſilio miniſtri Fratrum Minorum de Rivoalto. Et voluit, ut impoſterum per ſuos Commiſſarios de ſuis bonis ſupradictos Fratres debeant tractari tam in victu, quam in veſtitu, ita ut bene poſſint vivere, perpetuo rogantes ut ſuum omni anno faciant anniverſarium, ut in ea legitur &c. &c. Poſtmodum fecit ibidem legi quandam con-

confeſſionem, ſive refutationem in quaterno judicum ſcriptam quam ſupradictus Dominus Nicolaus Agathi notatus Commiſſarius ſupradicti Domini Marci Ziani exiſtens in præſentia judicum fecerat, & dicens, quod ſupradictam commiſſariam quondam dicti Domini Marci Ziani nunquam intromiſerat, nec de cætero intromittere eam volebat. Quibus oſtenſis & perlectis advocatus ſupradictorum Dominorum Marci Baduarii, Marcheſinæ ejus uxoris, atque Johannis Campulo commiſſariorum dicti Domini Marci Ziani dixit, quod ipſi judices viderant, & intellexerant bene, & ordinate ſupradictam teſtamenti cartulam, & quidquid in ipſa continebatur, & dictam confeſſionem, ſive refutationem ipſius Domini Nicolai Agathi de dicta Commiſſaria, & dicebat etiam, quod eisdem judicibus conſtiterat bene, quod dicta Domina Medania Comitiſſa mortua eſſet &c. Et quod dicta Domina Conſtantia uxor quondam ejusdem Marci Ziani fuerat maritata. Unde dicebat quod ſi ſupradicti Domini Jacobus Barozi, & Philippus Belligno procuratores Sancti Marci, atque commiſſarii ejusdem Domini Marci Ziani, qui præſentes aderant pro ſe, & prædicto Domino Philippo de Molino conſocio ſuo una cum eisdem Dominis Marco Baduario, & Marcheſina ejus uxore, atque Johanne Campulo commiſſariis jam dicti Domini Marci Ziani vellent incipere a ſupradictis Fratribus de Ordine Fratrum Minorum, & dare eisdem dictam Vineam cum Eccleſia in ea exiſtente, & officinis cum dicta Eccleſia conjunctis ſecundum modum, & ordinem ſupradicti teſtamenti, quod eis placeret. Alioquin poſtulabat judicibus memoratis humiliter ſupplicando, quatenus per legem, & judicium dicere deberent, quod ſupradicti Domini Jacobus Barozi, Philippus de Molino, atque Philippus Belligno Procuratores Sancti Marci, & ejusdem ſupradicti Domini Marci Ziani commiſſarii deberent una cum eisdem Dominis Marco Baduario, & Marcheſina ejus uxore, atque Johanne Campulo commiſſariis jam dicti Domini Marci Ziani incipere a ſupradictis Fratribus de Ordine Fratrum Minorum, & dare eisdem dictam Vineam cum Eccleſia in ea exiſtente, & cum officinis, cum dicta Eccleſia conjunctis ſecundum modum, & ordinem ſupradicti teſtamenti. Ad hæc advocatus ſupradictorum Procuratorum Sancti Marci, & Commiſſariorum dicti Domini Marci Ziani reſpondit, dicens, quoniam per teſtum ipſius teſtamenti dicti Domini Marci Ziani poteſtas, & libertas erat in ſupradictis commiſſariis incipiendi a quocunque Ordine ſibi placeret de iſtis tribus Ordinibus ſuperius nominatis, & dare eisdem dictam Vineam cum Eccleſia in ea exiſtente, & cum officinis cum dicta Eccleſia conjunctis. Item dicebat, quod non debebat incipi a ſupradictis Fratribus Minoribus propter plures cauſas ſtatim, quia dicti Fratres non debent habere duas domos in uno Epiſcopatu; & etiam quia ſcandalum maximum inde poſſet oriri. Item quia Miniſter ipſorum Fratrum miſerat eis ſuas litteras ſigillatas præcipiendo, quatenus ſe omnino de dicta Vinea intromittere non deberent, & etiam ſi eam recepiſſent, penitus refutare deberent eandem. Item quia in quodam privilegio Domini Papæ continetur, quod aliqua domus religionis circa domum, ſive Monaſterium Sanctæ Mariæ de Cæleſtia Ciſtercienſis Ordinis infra ſpatium centum, & quinquaginta paſſuum non debeat eſſe. Item quia dicti Fratres non poſſunt, nec debent de jure proprium habere. Unde propter predictas omnes rationes dicebat, quod non debebat incipi a ſupradictis Fratribus Minoribus, ſed dicebat, quod melius, & utilius erat animæ defuncti incipere a ſupradictis Fratribus de Ordine de Ciſtello, & dare eisdem dictam Vineam cum Eccleſia in ea exiſtente, & cum officinis cum dicta Eccleſia conjunctis ſecundum modum, & ordinem dicti teſtamenti. Ad hæc quoque advocator ſupradictorum Dominorum Marci Baduarii, Marcheſinæ, atque Johannis Campulo Commiſſariorum dicti Domi-

mi-

mini Marci Ziani reſpondit dicens, quod ipſi judices intellexerant ſupradictam advocationem alterius partis, qui ſatis ſuper præmiſſis fuerat locutus; unde dicebat, & reſpondebat ſic primæ quæſtioni ipſius, quod non in poteſtate ſupradictorum commiſſariorum; nec in libertate eorum erat incipiendi a quocunque ordine ſibi placeret de ſupradictis tribus ordinibus, ſed primo incipiendum erat a ſupradictis Fratribus Minoribus ſecundum formam, & teſtum ipſius teſtamenti, ubi dicit, ut ſex Fratres in eadem Vinea ſtare, & habitare impoſterum debeant cum duobus ſervitoribus, videlicet qui ſint Fratres de Ordine Fratrum Minorum, aut Fratrum Prædicatorum, vel de Ordine de Ciſtello; & ſi de iſtis ordinibus non poſsent inveniri ad ſtandum in eadem; ordinavit, & voluit, ut remaneret in poteſtate dictorum Commiſſariorum, ad tollendum quoſcumque voluerint; tamen hoc faciant cum conſilio Miniſtri Fratrum Minorum de Rivoalto. Et voluit, ut impoſterum per ſuos Commiſsarios de ſuis bonis ſupradictos Fratres debeant tractari tam in victu, quam in veſtitu, ita ut bene poſſint vivere perpetuo, rogantes, ut ſuum omni anno faciant anniverſarium. Unde adhuc dicebat, quod ipſi judices viderant, & intellexerant bene ſupradictam litteram dicti teſtamenti, unde ſatis aperte poterant comprehendere, & videre, quod voluntas dicti Domini Marci Ziani extiterat, quod dicti Fratres Minores deberent ipſam Vineam habere, ſi vellent; primo pro eo quia poſuit eos in principio ipſius litteræ, & etiam quia notarius qui condidit ipſum teſtamentum per Sacramentum dixit eiſdem judicibus, quod ipſe crediderat firmiter, quod voluntas dicti Domini Marci Ziani fuerit, quod dicti Fratres Minores dictam Vineam deberent habere, ſi eam habere vellent, & credebat etiam quod teſtum ipſius litteræ haberet ipſum ſenſum. Et ſi ipſe credidiſset; quod teſtum ipſius litteræ non haberet talem ſenſum ipſe dictam litteram cum voluntate dicti Domini Marci taliter poſuiſset, quod quæſtio aliqua numquam inde orta fuiſset. Item dicebat idem advocator, quod debebat incipi a ſupradictis Fratribus Minoribus propter plures cauſas, primo propter maximam devotionem, quam idem Dominus Marcus circa dictos Fratres Minores habebat, & habuit uſque ad obitum ſuum, & quoniam omnia ſua facta faciebat cum conſilio ipſorum Fratrum, & in fine ipſe voluit eſſe Frater ipſius Ornis, & voluit jacere corporaliter in monumento ipſorum Fratrum, & etiam in principio, quando ipſi Fratres venerunt in Venetias ad permanendum, ipſi ſteterunt in dicta Vinea. De aliis vero quæſtionibus per dictum advocatorem alterius partis ſuperius denotatis non oportet eum intromittere nec aliquid dicere, videlicet de duabus domibus in uno Epiſcopatu non habendis, & de ſcandalo, quod poſset oriri, & de litteris ſibi a ſuo Generali Miniſtro tranſmiſſis; & etiam de privilegio Domini Papæ, necnon de proprio non habendo. Cum ipſi Fratres Minores ſint ita ſapientes, & docti, quod bene ſciant, & cognoſcant, quidquid in hoc facere eos oporteat. Nec etiam ad judices ſpectat aliquid in hoc perſpicere, videlicet, quod ipſi Fratres poſſint eam & debeant recipere, necnon, vel quod ſcandalum inde aliquod oriatur. Unde adhuc petebat prout ſuperius petierat ſupradictis judicibus humiliter ſupplicando, quatenus per legem, & judicium dicere deberent, quod ſupradicti Dominus Jacobus Barozi, & Dominus Philippus de Molino, atque Philippus Belligno Procuratores Sancti Marci, & Commiſsarii dicti Domini Marci Ziani una cum eiſdem ſupradictis Dominis Marco Baduario, Marcheſina ejus uxore, atque Johanne Campulo Commiſsariis ſimiliter dicti Domini Marci Ziani, incipere deberent a ſupradictis Fratribus Minoribus, & dare eiſdem dictam Vineam cum Eccleſia in ea exiſtente, & cum officinis cum ipſa Eccleſia conjunctis ſecundum formam, & ordinem ipſius Do-

Domini Marci Ziani teſtamenti. Unde cum hæc, & alia plura ibidem propoſita, & dicta fuiſſent, prædicti noſtri Judices viſo, & intellecto tenore præfati teſtamenti, habito tam ſupra tenore ipſius teſtamenti, quam ſupra his, quæ hinc inde dicta, & allegata pro utraque parte fuerunt, conſilio diligenti, plena etiam deliberatione præhabita per legem, & judicium dixerunt; quod ſupradicti Domini Jacobus Barozi, Philippus de Molino, atque Philippus Belligno Procuratores Sancti Marci, & Commiſſarii ſupradicti Domini Marci Ziani ſimul cum ſupradictis Dominis Marco Baduario, Marcheſina ejus uxore, atque Johanne Campulo Commiſſariis ſimiliter ipſius Domini Marci Ziani incipere debeant a ſupradictis Fratribus Minoribus ad dandum eis dictam Vineam, ſi ipſi Fratres eam habere volunt, cum omnibus ſuis pertinentiis, & officinis in eodem teſtamento plenius denotatis. Hæc per teſtimonium dicimus. Signum ſupradictorum Dominici Caravello, & Marci Triviſani, qui hæc rogarunt fieri.

✠ Ego Petrus Gradonicus Judex mm. ss.
✠ Ego Johannes Baduario Judex mm. ss.

Ego Leonardus Plebanus S. Felicis, & Notarius complevi, & roboravi.

Venerabili ac Religioſo Viro Fratri Jacobo de Marchia in Domino mihi obſervando, Ordinis Sancti Franciſci de Obſervantia.

F

ILluſtriſſimus Princeps Dominus Dux noſter Venetiarum, quem præcipuo quodam Religionis zelo prædium eſſe Charitas Veſtra intellexiſſe debet, maximo deſiderio afficitur, ut Charitas Veſtra Venetiis reſideat, que ut optati ſui facilius compos fieret, id Sanctiſſimo Domino Noſtro ſtuduit declarare. Sanctitas vero ſua id grato animo ſuſciperet, ſi devotioni illius Sereniſſimi Principis per Charitatem Veſtram ſatisfieret, & injunxit mihi, quod de hujuſmodi Principis illius deſiderio Paternitatem Veſtram redderem certiorem. Ego vero, qui Sanctiſſimi Domini Noſtri hac in parte animum intelligo, Paternitati Veſtræ ſuadeo, ut omnino illi Principi devotiſſimo ſatisfacere velit. Adſunt Venetiis tria comoda, & honeſta Veſtri Ordinis loca, videlicet Sancti Franciſci de Vinea, alterum Sancti Bernardini, alterum quod deſertum appellant prope Venetiam. Quodcumque malueritis pro reſidentia veſtra vobis eligere licebit; Eam enim conditionem ſi ſuſceperitis, rem Sanctiſſimo Domino Noſtro quam gratam facietis; mihi vero, qui ſingulari reverentia Principem illum proſequor, non modo gratam ſed etiam jucundiſſimam, meque eo pacto devincietis, ut omnia, quæ pro veſtro Ordine comode, & honeſte a me fieri poſſunt quam diligenter curem, & ut Charitas Veſtra honeſto illius Chriſtianiſſimi Principis deſiderio ſatisfaciat, eam etiam atque etiam precor, & hortor, me orationibus ſuis ſemper commendans. Romæ 29. Novembris 1464.

M. Epiſcopus Vicentinus.

Re-

Religioſo Viro Fratri Jacobo de Marchia Ordinis Minorum de Obſervantia mihi amantiſſimo.

CUm Sanctiſſimus D. N. intellexerit Charitatem Veſtram iſthic adeſſe, voſque, & toti Civitati, & Principi iſti Venetis quam gratiſſimum eſſe, mihi precepit, ut vos nomine ſuo hortarer, & monerem, ac etiam mandarem, ut iſthic remanere velitis. Cognoſcit Sua Sanctitas perſonam veſtram maxime utilem iſta in Civitate eſſe poſſe, cum propter ipſius D. Ducis conſolationem tum ut in ea inſigni Civitate glorioſus Deus veſtro medio uberes fructus operetur. Accedit devotio, & fides, quam populus iſte perſonæ veſtræ adhibet, quæ & vitæ ſanctimonia, & verbi Dominici expoſitione, divino juvante Numine, plurimum valet. Cenſet enim Sanctiſſimus D. N. expedire, ut eo in loco reſideatis, ubi ex prædicationibus, admonitionibusque veſtris uberrimi ſperentur proventus. Hæc autem de mandato Suæ Sanctitatis Charitati Veſtræ ſcribo, quæ ſi aliqua cauſa ad diſcedendum iſthinc moveretur, ante diſceſſum ſuum mihi perſcribat, Voluntatem Sanctiſſimi Domini Noſtri ſuperinde expectaturum. Valeat Charitas Veſtra, cujus orationibus me commendo. Ex Urbe & Palatio Apoſtolico 11. Junii 1465.

Veſter M. Epiſ. Vincent. manu propria
Ex S. D. N. mandato.

Majus Conſilium Venetiarum concedit Fratribus S. Franciſci de Vinea certum terræ ſpatium pro dilatando Monaſterio, & area Eccleſiæ.

G 1445. 29. Novembris.

Ex Archivo S. Franciſci de Vinea.

MCCCCXLV. *die* XXIX. *Novembris in Majori Conſilio.*

ATtenta devota, & humili ſupplicatione Guardiani, & Fratrum beati Franciſci a Vinea dioceſis Venetiarum, qua nobis expoſitum eſt alias per noſtrum Dominium illi Monaſterio Sancti Franciſci conceſſum fuiſſe certum locum ſeu territorium, ubi per elapſa tempora fuit Breſſaleum, qui locus eſt penes ipſum Monaſterium, propter quam conceſſionem atterratum eſt ab angulo ipſius Monaſterii uſque ad angulum loci, ſeu territorii Sanctæ Juſtine recto tramite in larga & ſpacioſa latitudine, & ampliatione cum ſalute Civitatis, & ſpecialiter convicinorum, & nunc faciant deoccupare & dilatari faciem muri coram Eccleſia ſua recto tramite uſque ad fabricam ſuam ſuper ipſo ſuo territorio per ſpatium decem paſſuum in latitudine, & vigintiocto in longitudine, facientes unam pulcram plateam, conſiderataque reſponſione offitialium publicorum fiat predictis gratia ſicut humiliter ſupplicaverunt. Quod murum novum jam inceptum fabricare & extendi facere poſ-

poſſint per paſſus tredecim in loco, ſeu territorio olim ſqueri, & nunc ſuo recto tramite verſus Sanctam Juſtinam ſuper territorio eis conceſſo atterrari, itaque a muro domus olim Chalandrinì eundo recto tramite verſus Sanctam Juſtinam longitudo ſit paſſuum viginti & pedum quatuor, & eodem modo recto tramite verſus mare & Murianum ad ſquaram ut ipſi ſupplicantes ab acceſſu perſonarum ſint remoti & recluſi, ut conveniens eſt, Cum hoc quod extra territorium eis concedendum non faciant cimiterium ullo unquam tempore, nec ſepeliri faciant corpora mortuorum per totam plateam usque ad hoſtium Eccleſie, excepto quod ſit eis licitum conſtrui facere octo ſepulcra ſpetialium perſonarum prope murum faciei Eccleſie tantum.

Caliſtus III. viſitantibus Eccleſiam S. Franciſci de Vinea, & ad ejus reparationem eleemoſinas errogantibus Indulgentias elargitur.

H 1455. 22. Julii.

Ex Autographo in Archivo S. Franciſci de Vinea.

CAliſtus Eiſcopus Servus Servorum Dei Univerſis Chriſtifidelibus preſentes litteras inſpecturis Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Glorioſus in Sanctis ſuis Deus qui ineffabilem ſue pietatis clementia hos quos vocavit predeſtinavit & juſtificavit ac in ſortem ſue hereditatis preelegit licet ſingulos ſuperne patrie Cives qui in hujus procelloſi ſeculi fluctibus illius abdicatis deſideriis per virtutum opera ejus ſe ſubdidere mandatis inextimabilis decoret gloria caritatis eis tamen quorum excellentiora gratie dona ac merita expoſcunt ampliora tribuit premia eosque potioribus attollit letitie titulis & honoris cujus nos quamvis immeriti vices gerentes in terris & ſi cunctas Urbis Eccleſias pro Veneratione altiſſimi ſpiritualis dono gratie & Apoſtolici favoris preſidio proſequamur: Eccleſias tamen & loca ſub vocabulo Beati Franciſci Confeſſoris eximii conſecratas cui ordo Sanctiſſimus Univerſam Dei Eccleſiam jam dudum divini verbi preconibus illuſtravit: & licet ſanctus ipſe perſecutionis gladium non ſenſerit: palmam tamen martirii per ſuſceptionem ſtygmatum non amiſit ſingularibus indulgentiarum conceſſionibus miſtici diſpenſatione theſauri uberius decoramus. Cupientes igitur ut Eccleſia domus Beati Franciſci de la Vigna Venetiarum Ordinis Minorum congruis honoribus frequentetur ac in ſuis ſtructuris & edificiis debite reparetur & conſervetur ac Chriſtifideles eo libentius devotionis cauſa ad illam confluant & ad hujusmodi reparationem & conſervationem manus promptius porrigant adjutrices quo ex hoc ibidem dono celeſtis gratie uberius conſpexerint ſe reffectos, de Omnipotentis Dei Miſericordia & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi omnibus vere penitentibus & confeſſis qui Eccleſiam ipſam in dicti Sancti Franciſci ac Sancti Bernardini feſtivitatibus devote viſitaverint annuatim & ad hujusmodi reparationem & conſervationem manus porrexerint adjutrices Septem Annos & totidem Quadragenas de injunctis eis penitentiis miſericorditer perpetuis temporibus relaxamus.

Dat. Rome apud Sanctum Petrum Anno

no Incarnationis Dominice Milleſimo quadringenteſimo quinquageſimoquinto Undecimo Kal. Auguſti Pontificatus noſtri Anno Primo.

Je. de Sala.

Paulus III. ampliſſimas Indulgentias elargitur viſitantibus Eccleſiam S. Franciſci de Vinea in ſolemnitate ejusdem Sancti.

1536. 10. Septembris.

Ex Autographo in Archivo S. Franciſci de Vinea.

PAulus Papa III. Univerſis & ſingulis Chriſtifidelibus preſentes literas inſpecturis Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Cupientes ex paſtorali noſtro officio & charitate Chriſtifidelium animarum ſaluti conſulere & ut Eccleſia Santi Franciſci Venetiarum ab eisdem Chriſtifidelibus congruis frequentetur honoribus de Omnipotentis Dei miſericordia ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi omnibus & ſingulis utriusque ſexus Chriſtifidelibus vere penitentibus & confeſſis ſeu ſtatutis a jure temporibus firmum confitendi propoſitum habentibus, qui dictam Eccleſiam in feſto Sancti Franciſci proxime futuri a primis Veſperis usque ad occaſum ſolis ejusdem feſti devote viſitaverint & inibi pro pace inter Chriſtianos principes componenda & chriſtiane religionis augmento pias ad Deum preces effuderint plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam & remiſſionem authoritate Apoſtolica, Tenore preſentium concedimus & elargimur preſentibus quas ſimpliciter prout jacent publicari & in valvis dicte Eccleſie per tempus Indulgentie hujusmodi affixas teneri & ſub quibus revocationibus ſeu ſuſpenſionibus etiam in favorem Cruciate aut fabrice baſilice principis Apoſtolorum de Urbe vel alias minime comprehendi volumus poſt dictum feſtum minime valituris.

Datum Rome apud Sanctum Petrum ſub Annulo piſcatoris die X. Septembris M. D. XXXVI. Pontificatus noſtri Anno 2.

Bloſius.

Antonius tit. S. S. quatuor Coronatorum Cardinalis Pœnitentiarius concedit, ut quædam bona legata tribus Obſervantium Cœnobiis aſſignentur Cœnobio S. Franciſci de Vinea, ut ex eis ematur fundus pro conſtruendo Cæmeterio.

I

1532. 15. Octobris.

Ex Archivo S. Franciſci de Vinea.

VEnerabili in Chriſto Patri Dei gratia Patriarche Venetiarum vel ejus Vicario in ſpiritualibus. Antonius miſeratione divina tit. Sanctorum quattuor Coronatorum presbyter Cardinalis Salutem & ſinceram in Domino charitatem. Ex parte Guardiani & Fratrum Monaſterii ſive Conventus Sancti Franciſci a Vinea Venetiarum Ordinis Minorum ejusdem Sancti de Ob-

ſervantia nuncupatorum nobis oblata petitio continebatur; quod alias quondam Philippa Boſinella & Bartholomea Valerio mulieres veſtre Civitatis dum in humanis agerentur de propria ſalute recogitantes ac cupientes terrena in celeſtia & tranſitoria in eterna felici commercio commutare in teſtamentis de eorum bonis conditis inter alia quasdam elemoſinas ut reſiduum bonorum ſuorum in manibus Procuratorum Sancti Marci Venetiarum reliquerunt cum hoc tamen propoſito & conditione quod ipſi Procuratores bona hujusmodi in emptione alicujus fundi ſeu ſtabilis ad annuum fructum & emolumentum certorum Monaſteriorum dicte Civitatis convertere deberentur que quidem Monaſteria ad quedam ſpiritualia onera pro ipſarum animarum ſalute ob id teneri voluerint inter que Monaſteria Tria loca ſeu Conventus Fratrum Minorum ejusdem Sancti Franciſci de Obſervantia comprehenſa fuerunt unum videlicet quod Sancti Franciſci a Vinea, aliud quod Sancti Job, reliquum vero Monaſterium hujusmodi quod Sancti Franciſci a Stigmatibus (1) nuncupantur prout in Inſtrumento publico ſuper teſtamentis hujusmodi confecto latius dicitur contineri. Cum autem ſicut eadem ſubjungebatur petitio teſtamenta hujusmodi executioni adhuc demandata non fuerint occurrataque in preſenti magna neceſſitas exponentibus prefatis emendi quoddam petium terre eidem Monaſterio Sancti Franciſci a Vinea valde neceſſarium pro conſtruendo Cimiterio quo Monaſterium ipſum plurimum egere dignoſcitur & ad emptionem hujusmodi faciendam exponentes ipſi modum & facultatem aliquam non habeant & ſi portiones elemoſinarum & bonorum que Monaſteriis Sancti Job & Sancti Franciſci a Stigmatibus prefatis ex dictis teſtamentis pro rata obveniunt Monaſterio Sancti Franciſci a Vinea ac Guardiano & Fratribus ejusdem exponentibus prefatis de conſenſu tamen Guardianorum & Fratrum eorumdem Sancti Job & Sancti Franciſci a Stigmatibus Monaſteriorum ac Procuratorum Sancti Marci hujusmodi applicarentur & aſſignarentur id profecto in evidentem dicti Monaſterii Sancti Franciſci a Vinea utilitatem & in non modicum divini cultus augmentum cederetur, ac animarum ſaluti dictarum teſtatricum plurimum conſuleretur ſupplicari fecerunt humiliter exponentes prefati eis ſuper his per Sedem Apoſtolicam de opportuno remedio provideri. Nos igitur attendentes quod ea que divini cultus augmentum reſpiciunt libenter favore proſequimur eorum in hac parte ſupplicationibus inclinati auctoritate domini Pape cujus penitentiarie curam gerimus & de ejus ſpeciali mandato ſuper hoc vive vocis oraculo nobis facto Circumſpectioni veſtre committimus quatenus ſi eſt ita elemoſinarum & bonorum hujusmodi portiones Sancti Job & Sancti Franciſci a Stigmatibus Monaſterijs predictis in teſtamentis dictarum teſtatricum pro earum animabus relictarum Guardianorum & Fratrum Monaſterii hujusmodi ac Procuratorum Sancti Marci predictorum ad id expreſſo accedente conſenſu exponentibus prefatis pro emptione dicti petii terre pro eodem Monaſterio Sancti Franciſci a Vinea facienda applicetis & aſſignetis ſeu applicari & aſſignari faciatis voluntates dictarum teſtatricum quatenus opus ſit in & ad hoc commutando non obſtantibus voluntatibus dictarum Teſtatricium nec non Apoſtolicis Conſtitutionibus & ordinationibus Monaſteriorumque & Ordinis predictorum etiam Juramento confirmatione Apoſtolica vel quavis firmitate alia roboratis Statutis & Conſuetudinibus ceterisque contrariis quibuscunque Proviſo quod ſi applicatio & aſſignatio hujusmodi fiant Mo-

(1) Monaſterium S. Franciſci a Stigmatibus illud eſt, quod vocamus S. Franciſci de Deſerto prope Burianum in Dieceſi Torcellana.

Monaſterium Sancti Franciſci a Vinea præfatum, ac Guardiani & Fratres in eo pro tempore commorantes omnia & ſingula onera Monaſteriorum Sancti Job, & Sancti Franciſci a Stigmatibus hujuſmodi in dictis teſtamentis occaſione bonorum & elemoſinarum prædictarum injuncta in ſe ſuſcipiant ac plenarie & integraliter juxta earumdem Teſtatricum voluntates adimpleant, & ſatisfaciant.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum ſub Sigillo officii penitentiarie Id. Octobris Pont. Domini Clementis Papæ VII. Anno Nono.

Jul. Cardellus.

(1) In hoc Cæmeterio corpus ſuum tumulari mandavit Daniel Barbarus Patriarcha Aquilejenſis, ut in Codice ſignato A, cui titulus *Squarzo* inter Archivi ſchedas aſſervato notavit Fr. Hieronymus Paravinus Conventus Procurator pag. 49. his verbis.

Monſig. Rev. Daniel Barbaro Patriarcha Eletto de Aquilegia, manchò di queſta vita adi 12. April del 1570. & fu ſepolto adi 15. ut ſupra. Laſsò per teſtamento, de eſſer poſto in una chaſſa de legno, & foſſe meſſo, & ſepulto in Campo Santo, con due piere ſotto il capo, veſtito alla Patriarchal con la mitria anello, & croſetta al chollo, & non volſe eſſer ſepulto nella ſua Capella in gieſia da cha Barbaro, dove fu ſepolto ſuo Padre, Madre, & tutto el ſuo ſangue, & ſopra di queſto paſſo l'Illuſtriſs. Signoria mandò a Roma per ſepelirlo con altra dignità, & la Santità del Papa Pio V. ordenò che tanto che laveva ordenà fuſſe fatto. Et così ſo ſepulto in Campo Santo per mezo l'organo, con un monte de terra alto, & per reverentia, acciò ſe cognoſceſſe dove era ſepulto.

Rever. Dominus Daniel Barbaro Patriarcha Electus Aquilejenſis obiit die XII. Aprilis anno MDLXX. & tumulatus fuit die XV. ut ſupra. Ex teſtamento mandavit, ut corpus ſuum arcæ ligneæ incluſum duobus lapidibus capiti ſuppoſitis in Cæmeterio ſepeliretur Patriarchalibus veſtimentis indutum cum Mitra, annulo & Cruce pectorali, noluitque tumulari in Eccleſia, in ſuæ Familiæ Sacello ubi ſepulti fuerant ipſius Pater, Mater & conſanguinei. Super hæc Illuſtriſs. Dominium Romam miſit, ut majori dignitate tumulari deberet, verum SS. Papa Pius V. decrevit, ut id ageretur quod Patriarcha mandaverat. Sepultus itaque fuit in Cæmeterio contra organum pneugmaticum, ibique in loco ſepulturæ elevatus eſt acervus terræ, ut ob ejus reverentiam locus ipſius ſepulturæ dignoſceretur.

Quanti autem optimi Præſulis patrocinium, & amorem fecerint Seraphici Ordinis Rectores, ex eo colligitur, quod Antonius a Sirena Provinciæ S. Antonii Miniſter ipſum Danielem Patriarcham licet abſentem ſolemni inſtrumento die IV. Januarii anno MDLI. elegit *Defenſorem & conſervatorem omnium privilegiorum ſupradicto Ordini a Summis Pontificibus conceſſorum*:

In Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Fœliciter Amen. Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti Milleſimo quingenteſimo quinquageſimo primo Indictione nona Die vero Lunæ quarto menſis Januarii, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Julii divina providentia Pp. III. Cupiens R. P. Dominus Fr. Antonius a Sirena Miniſter Seraphici Ordinis & Religionis Sancti Franciſci

(2) Victor de Mapheis q. D. Ludovici Venetiarum Notarius complevit, & roboravit chartam Teſtamenti Danielis Barbari Electi Aquilejen. ſub die 12. Menſ. Aprilis 1570.

ciſci de Obſervantia in Provincia S. Antonii adherere veſtigiis preceſſorum ſuorum & providere occurentiis Monaſteriorum & Fratrum predicte religionis exiſtentium in dicta Provincia. Ideo conſtitutus in preſentia mei Notarii, & Teſtium infraſcriptorum prefatus R. P. Dominus Fr. Antonius, agens uti miniſter ut ſupra. Sponte, & libere, & omnibus melioribus modo, via, Jure, forma, & cauſa, quibus magis, & melius de Jure fieri potuit & poteſt, Tenore hujus publici, & authentici Inſtrumenti ſolemniter ellegit Reverendiſs. & Illuſtriſs. Dominum Danielem Barbaro Patriarcham ellectum Aquilegienſem abſentem tanquam preſentem in deffenſorem, & conſervatorem omnium, & quaruncunque gratiarum, & privilegiorum, ſub diverſis temporibus conceſſarum, & conceſſorum ſupradicto Ordini & Religioni Sancti Franciſci de obſervantia a pluribus Summis Pontificibus; Et cum omnimoda authoritate, & facultate ſimilibus conſervatoribus conceſſa, & atributa per predicta privilegia ut in eis, quibus in omnibus, & per omnia relatio habeatur. Super quibus omnibus ſupradictus R. P. Miniſter Provintialis, ut ſupra rogavit publicum confici Inſtrumentum: Promittens omnia & ſingula in eo contenta firma, & inviolata ſervare, & in aliquo non contrafacere, vel venire per ſe, vel alios modo aliquo, ratione, vel cauſa, de jure, vel de facto, ſub hyppotheca, & obligatione omnium ſupradicte religionis bonorum preſentium & futurorum.

Actum Venetiis in Monaſterio Sancti Franciſci a Vinea: Preſentibus Ven. Domino Presbytero Antonio de Canali. Impreſentiarum Cappellano Magnifici Domini Georgii Piſani ſupracomitis, & D. Lazaro Maripetro q. D. Luce, Teſtibus ad premiſſa vocatis & rogatis.

Frater Cherubinus Commiſſarius in Provincia S. Antonii Min. Obſervant. inſtituit F. Joannem Barbaro Præſidentem ſuper fabricam Eccleſiæ S. Franciſci de Vinea.

K 1537. 25. Maii.

Ex Archivo S. Franciſci de Vinea.

Jeſus. Maria. Franciſcus.

IN Chriſto ſibi chariſſimo Reverendo Patri Fratri Joanni Barbaro (1) Ordin. Minorum regularis obſervantiæ, Prædicatori & Confeſſori digniſſimo Fr. Cherubinus de Levanto ejuſdem Ordinis, ac Reverendiſs. Patris Commiſſarii Generalis in Provintia Sancti Antonii cum plenitudine poteſtatis Curiæque Romanæ Comiſſarius, ſalutem, in Domino ſempiternam. Cum in his rebus quæ permaxime difficiles exiſtunt & in Provinciæ Sancti Antonii veniunt utilitatem maxima & diligentiſſima cura adhibenda ſit quo finem debitum conſequi valeant, & cum Eccleſiæ Divi Franciſci Civitatis Venetiarum fabrica, a ſolo de novo ſit conſtruenda jamque bonum (Deo opitulante) habere

(1) Joannes Barbarus Ordinis Minorum Obſervantium frater fuit Franciſci Barbari, qui genuit Danielem electum Patriarcham Aquilejenſem.

bere principium liquido omnibus notum ſit. Utque in melius & finem peroptatum pervenire poſſit, pernecesſarium eſſe video ſuper ipſius fabricæ opus unum conſtituere Commiſſarium ſeu proviſorem, qui quidem grande opus perficere ad Dei maximi honorem (ſua auxiliante gratia poſſit & valeat,) unde ad hanc actionem peragendam Venerandum Patrem Fratrem Joannem Barbarum, ſua exiſtente prudentia, & hiſce rebus peragendis, prout a fide dignis percepi, longa experientia ipſum eſſe Idoneum exiſtimavi. Quapropter auctoritate Commiſſariatus cum plenitudine poteſtatis qua fungor, inſimulque cum Reverendo Patre Miniſtro Fratre Franciſco Georgio ac Diffinitorio nec non totius præſentis capituli Feltri noviter celebrati conſenſu ipſum Vener. Patrem Fratrem Joannem Barbarum ſuper ipſam fabricam Commiſſarium & præſidentem eſſe volo & conſtituo ac per præſentes conſtitutum eſſe denuntio eidem omnimodamque auctoritatem do, tribuo, & concedo ut ſuper ipſam fabricam præſideat, & auctoritatem habeat capellas ſepulturas & Altaria dandi tribuendi & concedendi omnibus ea petentibus, tam Nobilibus quam aliis hominibus volentibus in fabricæ utilitatem condere & fabricare & Inſtrumenta ſuper his facienda, ac cetera omnia alia agenda & facienda quæ in præfatæ fabricæ utilitatem opportunum & neceſſarium ſibi eſſe videbitur; nec non etiam auctoritatem tribuo & concedo, ut pro ipſius fabricæ neceſſitate & utilitate ipſum Patrem Fratrem Joannem ire & Fratres per ipſum ad ſolicitandas res fabricæ prædictæ electos extra domum & alibi per Provinciam auctoritate propria transmittere poſſit & valeat. Volensque per præſentes omnia per ipſum facta tam inſtrumenta quam alia omnia quæ facta extitere & in futurum facienda in ipſius fabricæ utilitatem (ut æquum eſt) eſſe firma rata & valida; & hanc quidem auctoritatem non ſolum in præſenti eſſe valituram volo, ſed & in poſterum usque ad totalem fabricæ complementum valere & tenere ſtatuo & decerno, niſi aliud per Superiores meos decretum fuerit, neque aliquis me inferior volo ipſum in præfatis ſibi conceſſis poſſe impedire & moleſtare. In quorum omnium fidem has præſentes litteras fieri mandavi & manu propria ſubſcripſi, ſigilloque majori Provinciæ Sancti Antonii appenſione communiri juſſi.

Dat. in loco noſtro Capitulari Sancti Spiritus Feltri (2) die xxv. Maii MDXXXVII.

Fr. Cherubinus qui ſupra propria manu.

Ego F. Franciſcus Georgius Provint. S. Anton. Miniſter.
Ego F. Cherubinus de Feltro ſecundus diffinitor propria manu.
Ego F. Seraphinus Mantuanus 3. diff. manu mea ſcripſi.
Ego F. Bernardinus Magnus quartus diff. manu propria ſubſcripſi.

(2) Cœnobium Feltrenſe S. Spiritus poſtea conceſſum fuit Fratribus Minoribus ſtrictioris obſervantiæ vulgo *Reformatis*.

Joan-

Joannes Calvus Miniſter Generalis Ordinis Minorum inſtituit ſuum Commiſſarium Fr. Joannem Barbaro ad perficiendam Eccleſiam S. Franciſci de Vinea Venetiarum.

1546. 28. Maii.

Ex Archivo S. Franciſci de Vinea.

IN Chriſto ſibi chariſſimo Reverendo P. Fratri Joanni Barbaro Ordinis Minorum reg. obſervantiæ ejuſdem Ordinis, ac Provinciæ Sancti Antonii patri probatiſſimo. Fr. Joannes Calvus totius præfati ordinis generalis Miniſter & ſervus ſalutem in Domino exoptatam. Cum a ſuperioribus annis a Reverendo P. Fratre Cherubino de Levanto, in eadem Provintia Sancti Antonii, noſtro (qui tunc generalis commiſſariatus officio in cismontanis partibus fungebamur) cum poteſtatis plenitudine commiſſario, de conſilio pariter & aſſenſu Reverendorum patrum ejusdem Provinciæ Miniſtri, & diffinitorum, in provinciali capitulo in Conventu Feltrenſi celebrato, ſuper fabricam Eccleſiæ Sancti Franciſci a Vinea intra Venetias, quæ tunc fieri incipiebat, usque ad totale ipſius fabricæ complementum, commiſſarius inſtitutus ac deputatus fueris prout eorundem Reverendorum patrum Commiſſarii, Miniſtri, ac diffinitorum authenticis litteris, datis die xxv. Maii M.D.XXXVII. pleniſſime conſtare perſpeximus. Quæ quidem litteræ cum omnibus & ſingulis in eis contentis tenoribus & clauſulis a nobis, poſtquam ad totius Ordinis generalis miniſteriatus offitium, meritis licet imparibus, approbatæ & confirmatæ fuerint. Cum etiam a cura & præſidentia dictæ fabricæ, aliis prepeditus negotiis, aliquandiu ſponte vacaveris. Nos cupientes, ut eidem fabricæ extrema apponatur manus, finisque debitus imponatur, de conſilio pariter & aſſenſu Reverendorum patrum memoratæ Provintiæ Miniſtri & diffinitorum, tuis zelo, prudentia, ac multiplici experientia diligenter attentis, curam ac præſidentiam hujusmodi fabricæ de novo duximus committendam, & idcirco ad perficiendum ipſius fabricæ opus, Te cum omnimoda poteſtatis plenitudine, præſentium ſerie Commiſſarium inſtituimus, ac deputamus, inſtitutumque ac deputatum declaramus, quod ut efficacius exequi & perficere valeas, omnes & ſingulas facultates in præfatis litteris tibi hactenus conceſſas, earumdem præſentium vigore innovamus, tibique de novo concedimus, Volentes quod pro hujusmodi Commiſſariatus executione, ac fabricæ expeditione, elemoſinas procurare & exigere, easque in dictæ fabricæ utilitatem, fideliter expendere, ſeu expendi facere, capellas, altaria, & ſepulturas benefactoribus concedere, & pro eisdem, nec non & pro aliis & ſingulis neceſſariis rebus dictæ fabricæ inſtrumenta publica imperpetuum valitura confici facere, & coram quocumque magiſtratu, & offitio in judicium comparere, Teque ad quæcumque loca Provinciæ pro ipſius fabricæ neceſſitate, te conferre, & authoritatem hujusmodi exercere, ſeu alios Fratres deſtinare, nec non omnia & ſingula quæque quæ ad dictæ fabricæ expeditionem & complementum neceſſaria fore cenſueris, exequi licite poſſis & valeas, etiam ſi talia forent, quæ clariori verborum expreſſione indigerent. Quæ pro ſufficienter expreſſis haberi volumus, revocantes penitus & irritantes omnes & ſingulas

las facultates, & commiſſiones per me vel alios præceſſores, ſeu prædeceſſores meos, vel alios ordinis Prælatos hactenus cuicumque alteri traditas vel conceſſas: mandantes in virtute ſanctæ obedientiæ tam tibi, ut hujusmodi fabricæ commiſſionem & præſidentiam acceptare, acceptatamque fideliter exequi debeas, quam omnibus & ſingulis aliis dictæ Provintiæ Patribus & Fratribus cujuscumque gradus & conditionis exiſtat, quatenus te in præmiſſorum executione nullatenus impedire, aut in iis, quæ ad dictæ fabricæ expeditionem ſpectant, contra voluntatem tuam quovis prætextu ſe intromittere audeant: quinpotius omnem favorem tibi in eisdem peragendis impendere debeant, adhortantes præſertim, ad hoc ea qua poſſumus efficatia Reverendum Patrem dictæ Provintiæ Miniſtrum, ac Venerandum Patrem Guardianum ejusdem Conventus a Vinea, cæterosque Provintiæ ipſius Guardianos, tam præſentes quam futuros: inhibentes quoque in ejusdem ſanctæ obedientiæ virtute, & ſub pæna excommunicationis omnibus & ſingulis dictæ Provintiæ Patribus, ne elemoſinas eidem fabricæ hactenus factas, vel imposterum faciendas, ſeu per viam confeſſionis, aut quocumque modo alio ipſi fabricæ acquiſitas, vel acquirendas, aut ad eam quomodocumque vel qualitercumque ſpectantes & pertinentes, ullo pacto impedire, ſeu occupare, aut defraudare præſumant: quinpotius tibi tanquam ipſius fabricæ legitimo adminiſtratori, eas integre & fideliter conſignare debeant. In quorum omnium fidem præſentes fieri juſſimus, noſtris & ſigillo & chirographo communitas.

Datum Mantuæ in loco noſtro Sancti Franciſci, die XXVIII. Maii. MDXLVI.

Fr. Jo: qui ſupra manu propria.

Has etiam ego confirmo Fr. Andreas Inſulanus Miniſter Generalis.

Supradictas litteras & conceſſiones confirmo omnes Fr. Clemens (Monelianus) Miniſter Generalis.

Supradictas litteras & conceſſiones omnes confirmamus. Fr. Franciſcus Zamora Generalis Miniſter.

Omnes præfatas conceſſiones confirmo manu propria, ego Fr. Angelus de Averſa Commiſſ. General. Ciſmontanus. Datum Aquile die 17. Maii 1559.

Julius Superchius Epiſcopus Caprularum Eccleſiam & Altaria S. Franciſci de Vinea ſe conſecraſſe teſtatur.

L 1582. 10. Auguſti.

Ex Archivo S. Franciſci de Vinea.

JUlius Superchius Sacræ theologiæ profeſſor, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Caprulanus, univerſis & ſingulis præſentes litteras inſpecturis lecturis pariterque audituris, notum facimus quod nos Anno Domini

1582.

1582. die vero 2. Menſis Auguſti quæ fuit feſtum Sanctæ Mariæ Portiunculæ, ſpiritus ſancti gratia nobis aſſiſtente ſecundum ritum & formam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ hactenus in ſimilibus obſervatam & cum licentia Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi Domini Patriarchæ Venetiarum conſecravimus hanc Eccleſiam in honorem Sancti Franciſci cum Altari majore & ſacras reliquias Sanctorum Apoſtolorum Andreæ, ac Simonis & Judæ in illo incluſimus & recondidimus. Deinde in aliis diebus conſecravimus Altaria in ipſa Eccleſia contenta, quæ ſunt infraſcripta. Ad partem dexteram Altare Sanctæ Catharinæ, Sanctiſſimæ Reſurectionis Domini noſtri Jesu Chriſti, Sanctiſſimi nominis Jeſu. Sancti Mathæi Evangeliſtæ. Beatiſſimæ Virginis Mariæ & Sanctiſſimi Crucifixi. Ad ſiniſtram vero partem, Altare S. Rochi, Altare Sanctiſſimæ Pietatis; Altare S. Bernardi; Altare Sancti Joſeph; Sancti Laurentii; Sancti Antonii de Padua; Sancti Hieronimi, & Sanctæ Mariæ Magdalenæ, & Reliquias Sacras Sancti Andreæ Apoſtoli, Sancti Sixti Papæ, & Martyris, Sancti Calixti Papæ & Martyris, Sanctorum Innocentium, Sancti Alexandri, Sancti Dominici, Sancti Ligonii, Sanctæ Anaſtaſiæ & Sanctæ Pelagiæ in iſtis Altaribus repoſuimus. Unde cupientes, quod præfata Eccleſia & Altaria a Chriſtifidelibus viſitentur, & cultus divinus in dies magis augeatur, & eo libentius ad dictam Eccleſiam & ad Altaria prædicta ipſi Chriſtifideles confluunt, quo ex hoc ibidem dono cœleſtis gratiæ uberius cognoverint ſe refectos, idcirco de Omnipotentis Dei miſericordia, & Sanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus authoritate confiſi, omnibus Chriſtifidelibus qui præfatam Eccleſiam cum Altaribus in feſtivitatibus & diebus infraſcriptis devote viſitaverint, vere tamen pænitentibus & confeſſis quadraginta dies de injunctis eis pænitentiis authoritate qua in hac parte fungimur miſericorditer in domino relaxamus in quorum authoritate & ſingulari fide has præſentes juſſu noſtro factas & manu noſtra ſubſcriptas ſigilli noſtri rotundi quo in talibus utimur, juſſimus & fecimus appenſione communiri. Datum Venetiis in Monaſterio Sancti Franciſci a Vinea Anno Domini M. D. LXXXII. die vero x. Auguſti Pontificatus Summi in Chriſto patris & domini Gregorii divina providentia Papæ XIII. anno vero ſuæ aſſumptionis undecimo. Tunc autem temporis Miniſter generalis totius ordinis Minorum Reverendiſſimus Pater Frater Franciſcus Gonzaga, Miniſter vero Provintiæ Sancti Antonii Reverendus Pater Frater Jo: Franciſcus de Arzignano: ſed Guardianus dicti loci Sancti Franciſci a Vinea Pater Frater Hieremias a Brexia, & Commiſſarius Generalis Reverendus Pater Frater Serafinus Monsalbanus.

Idem qui ſupra Julius Superchius
Epiſcopus Caprulanus.

Ut

Ut in aliis Chriſtiani orbis civitatibus, ita & Venetiis Tertium Seraphici Ordinis inſtitutum mirifice propagatum fuit, quod plurimi utriusque ſexus Chriſtifideles, etiam conjugati profitebantur. Nonnullas hujuſce inſtituti mulieres certam ſibi ſedem apud S. Raphaelis Eccleſiam ſtatuiſſe diximus Operis hujus Tom. V. pag. 347. quæ cum Viſitatorem ſibi ex Ordine Fratrum Minorum de Obſervantia delegiſſent, ex Miniſtri Generalis decreto, quo cautum fuerat, ne Fratres de Obſervantia id onus ſuſciperent, id obtinere nequiverunt. Eugenii IV. & Pauli II. Diplomata citato libro exhibuimus, quæ magis ad ipſum ſpecialiter Aſceterium, quam ad alias ejusdem Ordinis ſeu ædes, ſeu perſonas pertinere noſcuntur. Pio II. Pontifice Maximo, aliud erectum fuit Sororum Tertii Ordinis S. Franciſci Collegium, ut ex antiqua ſcheda colligitur in Archivo ejusdem loci aſſervata, in qua hæc habentur:

Nell'anno 1459. li 7. del meſe Luglio fu radunato il Capitolo de Reverendi Padri di S. Franceſco della Vigna di Venezia, e benignamente aſcoltate le iſtanze delle Reverende Madri Terziarie, che con Bolla Pontificia deſideravano vivere ſotto la regola del terzo Ordine, & inſtituire la fondazione con arrolare figliuole d'ottimi coſtumi, per tanto fu preſa parte con voti num. 47. de Reverendi Padri, e fu permeſſa la nuova regola di vivere fra loro ritirate, e ſotto la loro diſciplina, direzione & obedienza.

Fu in all'ora aſſegnato il loro veſtire giuſto la Bolla, cioè Abito intero lungo con cinta a lombi, con velo bianco ſopra le ſpalle, e Bavaro a guiſa delle Monache.

Che il loro vivere ſia comune e particolare a loro piacimento, & le raccolte delle Carità ſiano fra d'eſſe dipartite; potendo ogn' una di eſſe procacciarſi il neceſſario vito con il lucro de ſuoi proprii lavori.

Che tutte ſieno tenute vivere modeſtamente, e confeſſarſi e communicarſi tutte le Domeniche Prime, e Terze del Meſe, giorni della B. V. e de SS. Apoſtoli nella loro Chieſa di S. Franceſco contigua al loro domicilio.

Che nel portarſi alla Chieſa vadino col Capo coperto con un velo o cambrada, non avendo in allora per anco ottenuto il Privilegio di portar il mantello.

Che tutte le religioſe che ſono ſottoſcritte in detta Capitolazione, proteſtino con ſolenne giuramento la manutenzione di quanto accordano di vivere con tutta la raſegnazione & obbedienza.

Il ſudetto Capitolo non ſolo fu corroborato da ſudetti Reverendi Padri, ma anco confermato da molti Protettori del ſudetto Convento di S. Franceſco della Vigna.

Hæc tantummodo de loci hujus fundatione haurire licuit, ſomnia enim & errores, quibus affluit liberculus quidam cui titulus *Chronache dell' origine e fondazione del Collegio delle Madri Terziarie di S. Franceſco della Vigna* conſultius eſt ommittere, & irridere potius quam refellere.

Licet autem duo ſuperius enuntiata, & aliud tertium in Olivolenſi regione prope Sanctæ Annæ Monaſterium pro colligendis Sororibus Tertii Ordinis S. Franciſci erecta fuiſſent Aſceteria, attamen, quamplurimæ in ſuis privatis ædibus degentes mulieres eandem vitæ rationem excolebant, quarum aliquæ ſub Fratrum Conventualium regimine Sorores ſeu Pizzocheræ Conventuales, aliquæ vero Fratribus de Obſervantia addictæ Sorores, ſeu Pizzocheræ Obſervantes nuncupabantur. Ex hujuſmodi itaque nomenclaturæ, & regiminis varietate inter eas aliquando controverſiæ, & lites tum pro eligenda Miniſtra, tum aliis de cauſis, exortæ fuerunt, quarum integra ſeries ex monumentorum defectu ignoratur, nec quo tempore, aut quo judicio diremptæ fuerint innoteſcit. Satis itaque hoc loco erit ea, quæ invenire licuit, afferre documenta, ut ſi ex abditis aliquando Archivis clarior rei lux effulſerit, totius rei negotium certo ordine digeratur.

Anno MCCCCLXXI. die XV. Septembris, Sixtus Papa IV. datis *Vicario & Fratribus Ordinis Minorum de Obſervantia Provinciæ S. Antonii* Apoſtolicis litteris, decrevit, ut nullus ipſorum *lite* (Sororum videlicet Conventualium & Obſervantium) *coram Patriarcha Venetiarum pendente, vel alia quacumque conventione non obſtante* ad viſitationem Sororum Tertii Ordinis ſuſcipiendam compelli poſſet. (A) Ejus deinde controverſiæ negotium, quam ſuperius novimus coram Patriarcham Venetiarum (fortaſſe Judice Ordinario) pendere, idem Pontifex Sixtus IV. Maphæo Girardo Veneto Patriarchæ die XXVI. Junii anni inſequentis demandavit, *ut vocatis Sororibus*

in

in unum locum, & votis omnium, ſuper hoc intellectis Apoſtolica authoritate decerneret *id, quod majori parti ipſarum placere* compererit. (B) Elapſis inde a data hujus diplomatis duobus annis prædictus Pontifex Sixtus, alias ad Maphæum Patriarcham litteras dedit, die X. Junii anno MCCCCLXXIV, quibus decrevit, ut *per Sorores ſub Conventualibus vivere volentes una eligeretur Miniſtra, per Sorores vero ſub Obſervantibus vivere volentes, alia eligeretur Miniſtra, unicuique* autem *Miniſtræ* facultatem dedit, *petendi viſitatorem pro corrigendis exceſſibus*. (C) Nec tamen ex his in Apoſtolico diplomate ſtatutis controverſiæ diremptæ ſunt, ſiquidem anno MDV. die XXII. Auguſti utriusque Miniſtræ, & utriusque cœtus Procuratores *Judicem arbitrum, & arbitratorem & amicabilem compoſitorem* elegerunt Hieronymum Triviſanum Abbatem S. Thomæ de Burgundionibus, qui a Sede Apoſtolica pridem conſtitutus fuerat ſuper hujuſcemodi lites Judex Delegatus. (D) *Abſolutoriam in favorem Miniſtræ, & Sororum Tertii Ordinis S. Franciſci de Obſervantia, & contra Miniſtram & Sorores Tertii Ordinis S. Franciſci Conventuales* ſententiam protulit Hieronymus Abbas Triviſanus, eo tempore electus Epiſcopus Cremonenſis, a quo cum Sororum Conventualium nomine ad Sedem Apoſtolicam appellatum fuiſſet, deinde per Procuratorem ipſarum *inſtrumentum remiſſionis dictæ appellationis* confectum eſt, cui quidem inſtrumento aſſenſum præbuerunt die VIII. Maii anno MDVIII. Sorores Tertii Ordinis Conventualium congregatæ in Eccleſia *S. Mariæ Domus Magnæ Fratrum Minorum* (E).

Nec tamen ex tot ſententiis omnia pœnitus diſſidia ſublata fuerunt, quæ ut ex integro dirimeret Julius II. datis die XXII. Maii anno MDVIII. Antonio Suriano Patriarchæ Venetiarum Apoſtolicis litteris, multa decrevit, ex quibus *omnia fomenta diſſenſionum & ſcandalorum ſubmoverentur* (F)

Hæc veluti data occaſione libuit afferre, quamvis, (ut ſuperius dictum eſt,) diplomata & documenta ſuperius enuntiata, potius ad Sorores in privatis ædibus degentes, quam ad Collegia Sororum conviventium pertinere dignoſcantur.

Sixtus IV. confirmat litteras Pauli II. quibus cavetur ne ullus Fratrum Minorum de Obſervantia cogi poſſit ad correctionis, viſitationis, ſeu aliud officium præter illos, quos Provincialis Vicarius duxerit ad hoc eligendos eſſe.

A 1471. 15. Septembris.

Ex Archivo S. Franciſci a Vinea.

Sistus P. P. IV.

Dilecti filii Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Paterne caritatis exiſtimamus officium religioſas perſonas, que mundanis abjectis illecebris gratum Deo famulatum conantur impendere, in tranquillitate mentium & ſpiritualium conſovere quiete. Cum itaque Sancte recordationis Paulus Pp. II. predeceſſor noſter infraſcripti tenoris litteras in forma brevis vobis duxerit concedendas. Videlicet. Dilecti filii Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Veſtris piis ſupplicationibus inclinati, & ut eo quietius divinis obſequiis valeatis inſiſtere, quominus per extraneas curas fueritis occupati vobis, ut nullum Fratrum veſtrorum ad correctionis, viſitationis, ſeu inquiſitionis offitium, vel aliam quamlibet curam per quaſcumque religioſas perſonas, & preſertim tercii Ordinis B. Franciſci, preter illos quos Provincialis Vicarius pro tempore exiſtens una cum Conſilio Guardiani Civitatis vel loci, ubi talia contigerit attemptari, eisdem duxerit aſſignandos, eligi vel aſſumi; aut quovismodo cogi de cetero poſſit per litteras Apoſtolicas impetratas vel impetrandas non facientes plenam & expreſſam de indulto hujusmodi ordine & provincia veſtris mentionem auctoritate Apoſtolica, & ex certa noſtra ſcientia tenore preſentium concedimus, ac etiam indulgemus. In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque. Datum Rome apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die xiv. Januarii Mcccclxxi. Pont. Noſtri anno vii. Nos conceſſionem & litteras predeceſſoris hujusmodi ratas habentes & gratas, easque viribus ſubſiſtere decernentes vobis: ut lite quam propterea coram Ven. Fr. Noſtro Patriarcha Venetiarum pendere aſſeritis, in qua inter alia per ipſum, vigore cujusvis indulti Apoſtolici ipſis Fratribus tercii Ordinis conceſſi, ad preceptum quoddam vobis in contrarium factum proceſsum eſt, vel alia quacunque conventione inter perſonas predictas, & ipſius ordinis Fratres inita, & hactenus forſitan obſervata nequaquam obſtante nullus ex veſtris Fratribus generaliter vel particulariter nominatus vel electus, ſeu nominandus & eligendus, etiam per litteras Apoſtolicas eis conceſſas, in quibus de preſentibus, & ejusdem predeceſſoris litteris expreſſa mentio facta non fuerit, ad premiſſa cogi, aut compelli quomodolibet poſſit, neque dictum officium, niſi ille quem predictus Vicarius pro tempore exiſtens in Provinciali veſtro Capitulo, vel alias ſecundum communem predicti ordinis veſtri conſuetudinem deputaverit aſſumere vel exercere debeat, harum ſerie concedimus & ex certa ſcientia indulgemus.

Datum Rome apud Sanctum Petrum ſub Annulo piſcatoris die xv. Septembris Mcccclxxi. Pontificatus Noſtri anno primo.

L. Dathus.

A tergo — Dilectis filiis Vicario & Fratribus Ordinis Minorum, de Obſervantia nuncupatorum, Provinciæ Sancti Antonii ſecundum morem dicti ordinis.

Siſtus IV. diſcordiam inter Sorores tertii Ordinis S. Franciſci exortam Patriarchæ Venetiarum dirimendam committit.

B 1472. 26. Junii.

Ex Archivo S. Franciſci de Vinea.

S I S T U S P.P. IV.

VEn. Frater Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Intelleximus ſubortam eſſe diſcordiam inter Sorores Tertii Ordinis B. Franciſci Venetiis exiſtentes nonnullis ipſarum diviſionem querentibus & alteram Miniſtram quam Obſervantibus preſit fieri poſtulantibus. Nos, quorum eſt pacem & unionem religioſarum querere perſonarum, diſcordiam hujusmodi Domino auctore amputare volentes, de Tue Fraternitatis ſingulari prudentia & probitate confiſi, eidem preſentium tenore committimus & mandamus, ut vocatis dictis Sororibus in unum locum, & votis omnium ſuper hoc intellectis, auctoritate noſtra facias & decernas id quod majori parti ipſarum placere compereris, ſtantibus nihilominus litteris noſtris quibuſcunque in contrarium facientibus non obſtantibus.

Datum Rome apud S. Petrum ſub anulo Piſcatoris die XXVI. Junii MCCCCLXXII. Pontificatus noſtri anno primo.

A tergo — Venerabili Fratri M. Patriarche Venetiarum.

Sixtus IV. Sororibus Tertii Ordinis S. Franciſci Venetiarum concedit, ut ſeparari inter Conventuales & Obſervantes poſſint, habeantque duas Miniſtras ſeparatas ab una quarum Conventuales, ab altera Obſervantes regantur.

C 1474. 10. Junii.

Ex Archivo S. Franciſci a Vinea Venetiarum.

A tergo — Venerabili Fratri Patriarche Venetiarum.

S I S T U S P.P. IV.

VEnerabilis Frater Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Cupimus quantum cum Deo poſſumus lites dirimere, earumque potiſſimas cauſas ſuccidere, pacisque incrementa ovibus nobis commiſſis parare, & maxime ſub regula Beati Franciſci degentibus, in qua coluimus. Sane nuper etiam ex litteris dilecti filii nobilis Viri Nicolai Marcello Ducis Venetiarum accepimus, inter dilectas in Chriſto filias Sorores Tertii Ordinis ejusdem Sancti

Civi-

Civitatis Venetiarum ſuper earum eligenda Miniſtra exortas fuiſſe lites, eas nos tollere caritate paterna cupientes, penituſque ſedare ſufficienti deſuper noticia habita; preſentium tenore decernimus & mandamus, ut per prefatas Sorores, ſub Conventualibus vivere volentes, una eligatur Miniſtra, per Sorores vero, ſub Obſervantibus vivere volentes, alia eligatur Miniſtra, petentes vero earum habitum induantur per Miniſtram, quam duxerunt eligendam vocata altera & requiſita, ſi intereſſe voluerit, & ab ambabus concedatur, ſin vero altera earum intereſſe noluerit vel neglexerit, tunc eo caſu altera induere & concedere poſſit, ſive alia; pro elemoſinis vero conſervandis una tantummodo capſa deponatur duas habens claves, quarum altera habeat una Miniſtra, alteram vero altera; elemoſine vero equis portionibus dividantur, ſicut haſtenus eſt fieri conſuetum. Dantes nihilominus liberam poteſtatem unicuique Miniſtre petendi viſitatorem pro reformandis membris ejuſdem & corrigendis exceſſibus. Si vero ſuper predictis vel aliis inter eas aliqua queſtionis materia exorta fuerit; tunc eo caſu tua fraternitas, & qui pro tempore Patriarcha erit una cum viſitatoribus adeatur, Fraternitati tue eadem auctoritate mandantes, quatenus ab omnibus & ſingulis, ad quos ſpectat, decretum noſtrum hujuſmodi per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia opportuna remedia facias inviolabiliter obſervari; ſuper quo plenam tibi concedimus facultatem per preſentes, contrariis non obſtantibus quibuſcunque.

Datum Rome apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris die x. Junii 1474. Pontificatus noſtri anno Tertio.

L. Griffus.

Sorores tam Conventuales, quam Obſervantes Tertii Ordinis S. Franciſci eligunt pro dirimendis controverſiis inter ipſas exortis Judicem arbitrum Hieronymum Triviſanum Abbatem S. Thomæ Burgundionum.

D 1505. 22. Auguſti.

Ex Archivo Sororum Tertii Ordinis apud S. Franciſcum de Vinea.

IN Chriſti nomine Amen. Noverint univerſi & ſinguli hoc preſens publicum documentum inſpecturi, lecturi pariter, & audituri, qualiter anno a Nativitate ejuſdem milleſimo quingenteſimo quinto Indictione octava die vero vigeſimo ſecundo menſis Auguſti; In Reverendiſs. in Chriſto Patris Domini Hieronymi Triviſano Abbatis Sancti Thome Burgundionum de Torcello, meique Notarii publici & teſtium infraſcriptorum ad hoc vocatorum & rogatorum preſentia conſtituti, Reverendi Patres Magiſter Gabriel Brunus Venetus viſitator, & Magiſter Germanus de Caſali ambo Fratres Conventus Monaſterii domus Magnæ de Venetiis Ordinis Sancti Franciſci procuratores Miniſtre, & pizocherarum Conventualium Tertii Ordinis Sancti Franciſci ſub cura & viſitatione ejuſdem Magiſtri Gabrielis viſitatoris ex una, & Rever. & Religioſus Dominus Fr. Franciſcus Georgio Guardianus Conventus Monaſterii Sancti Franciſci a Vinea ejuſdem Ordinis Sancti Fran-

Franciſci de Obſervantia agens vice & nomine Miniſtre & reliquarum Pizocherarum Ordinis memorati ſub cura & viſitatione viſitatoris Monaſterii predicti Sancti Franciſci a Vinea dictis Pizocheris deputati ex alia: Exponentes, quod cum diu verſa fuerit & verſatur adhuc lis & differentia inter Pizocheras predictas Obſervantinas vulgo appellatas, & Conventuales occaſione in proceſſu deducta. Coram eodem Reverendiſs. Domino Abbate Judice Delegato Apoſtolico, & Rever. D. Hectore Perſichino Juris doctore Canonico Jadrenſi Subdelegato Apoſtolico; & conſiderantes perſonas Religioſas abſque multorum ſcandalo lites & jurgia mutuo tractari poſſe, propterea volentes & invigilantes illas abſque proceſſuum & ſcripturarum longitudine, & via arbitraria & compromiſſaria ſuper eis decidi facere, quam ordinaria & delegata ſuper illa cognoſci, ut omnis appellationis cauſa & litium anfractus amputentur & tollantur: Hinc eſt quod prefati viſitator & procurator ſupranominati & agentes vice & nomine dictarum ſuarum Miniſtre & Pizocherarum ſub ejus cura, & viſitatione degentium, pro quibus de rato promiſerunt, ac ab eis infra triduum vel quatriduum preſens compromiſſum ratificari facere promittentes ex una, & prefatus Reverend. Dominus Guardianus ſimiliter agens vice & nomine prefactarum ejus Miniſtre & Pizocherarum Obſervantinarum ſub cura & regimine Fratrum ſuorum degentium, pro quibus ſimiliter de rato promiſit, & ſe ab eis preſens compromiſſum intra terminum ſupraſcriptum notificari facere obligavit ex altera: Cognoſcentes quale & quantum ſit judicium prefati Reverendiſs. Domini Abbatis, & quo nonniſi optimum & laudabile emanari poſſe; & omnibus melioribus modo via jure cauſa & forma, quibus melius potuerunt & poſſunt, primo & ante omnia ſuſpendentes & pro ſuſpenſo habentes judicium & auctoritatem Apoſtolicam eiſdem Reverendiſs. Domino Delegato & Subdelegato datam, & conceſſam in cauſa memorata in eventum, in quem ſuper differentiis hujuſmodi virtute preſentis compromiſſi non pronuntiaretur & diffiniretur, quod illi renuntiatum ex aliqua parte non cenſeat in ſuum Judicem arbitrum arbitratorem & amicabilem compoſitorem atque amicum communem elegerunt & obligarunt prefatum Reverendiſs. Dominum Hieronymum Abbatem preſentem & benigne acceptantem, & in eum ſolum & unicum compromiſerunt & compromittunt de jure & de facto, & de jure tantum, & de facto tantum conjunctim & ſeparatim dantes & tribuentes prefato Reverendiſs. Domino Judici plenam & ampliſſimam poteſtatem auctoritatem & Bayliam partes ipſas tam ſuper lite & differentia, de quibus ſupra, quam ſupra omnibus & quibuſcunque aliis litibus cauſis & differentiis & controverſiis, que inter dictas partes quibuſcunque aliis rationibus, & cauſis, atque occaſionibus preſentibus, & futuris, & ab eis omnibus connexis annexis & dependentibus audiendi cum omnibus peticionibus & contradictionibus earum teſtes & jura atque probationes recipiendi & tam verbo, quam in ſcriptis ac procedendi penam & penas ponendi unam plures ſententiam & ſententias, & tempus & tempora atque poteſtatem & juriſdictionem reſervandi & procedendi, tam juris ordine ſervato, quam non ſtando & ſedendo diebus feriatis una preſente & citata, & altera abſente, & non citata, & ſuper eis dicendi pronuntiandi ſententiandi declarandi componendi reſervandi abſolvendi modificandi & corrigendi, prout ſibi de jure & de facto & de amicabili compoſitione inſertim & ſeparatim videbitur & placuerit. Promittentes partes ipſe nominibus premiſſis ſibi mutuo & viciſſim ſe perpetuo & omni tempore firmum, & ratum habere, & tenere omne laudum omnem ſententiam, & declarationem

unam

unam & plures, que & quas per dictum Reverendiſs. Dominum Judicem ſerri & promulgari contigerit, illamque illas & illa executioni mandare, & ab eis non se appellare aut reduci petere ad arbitrium boni viri, quinimmo expreſſe renuntiaverunt omni appellationi & reductioni quam habere poſſent & pro premiſsorum omnium firmiori obſervantia partes mutuo obligaverunt bona omnia preſentia & futura Congregationis dictarum Pizocherarum usque ad integram obſervantiam premiſsorum omnium, quodquidem compromiſsum durare voluerunt amodo ad unum menſem proxime futurum cum facultate quod prefatus Reverendiſs. Dominus Judex illud prorogare poſſit & valeat ſemel & pluries & totiens quotiens ac quanto ſibi placuerit.

Actum Venetiis in edibus Reſidentie prefati Rever. Domini Judicis in confinio S. Margarite preſentibus Domino Presb. Nicolao Ritio Eccleſiæ SS. Apoſtolorum, ſpectabili doctore Domino Hieronymo Parleono, & f. Dominico de Georgio teſtibus rogatis &c.

Sorores Tertii Ordinis Sancti Franciſci Conventualium approbant inſtrumentum remiſſionis appellationis factum a Fratre Germano de Caſali Ordin. Minor. Conventualium ipſarum Sororum Procuratore in cauſa vertente inter ipſas ex una, & Sorores dicti Tertii Ordinis de Obſervantia ex altera parte.

E. 1508. 8. Maii.

Ex Archivo Sororum Tertii Ordinis apud S. Franciſcum de Vinea.

Die octava Menſis Maii 1508.

CUm ſit, quod lata fuerit ſententia per Rev. D. Hieronymum Triviſanum electum Epiſcopum Cremonenſem & Abbatem Burgundionum de Torcello abſolutoria in favorem Miniſtræ & Sororum Tertii Ordinis S. Franciſci de Obſervantia, & contra Miniſtram & Sorores Tertii Ordinis S. Franciſci Conventuales, prout latius in ipſa continetur, de qua Rev. Magiſter Germanus de Caſali Ordinis Minorum tanquam Procurator dictarum Miniſtræ & Sororum Conventualium appellavit ſe ut habuit Apoſtolos a præfato D. Epiſcopo, prout in conceſſione apparet; & cum ſit, quod dictus Magiſter Germanus procurator fecerit & rogaverit inſtrumentum remiſſionis dictæ appellationis, prout in ipſo inſtrumento rogato per Paſinum de Gratarolis Notarium publicum apparet, cum etiam in dicto inſtrumento D. Paulus Burgazo de Feltro Doctor tanquam procurator dictarum Sororum de Obſervantia remittit omnes expenſas dictis Sororibus Conventualibus. Et quoniam dictum inſtrumentum remiſſionis celebratum per ipſum D. Germanum factum & rogatum fuit abſque expreſſo conſenſu & mandato dictarum Sororum Conventualium, licet tanquam procurator fecerit; Ideo conſtituta in præſentia mei

No-

Notarii & teſtium infraſcriptorum Soror Franceſchina Miniſtra Tertii Ordinis Conventualis & Ser Bortolus Miniſter Fratrum dicti Tertii Ordinis., Soror Jacoba de Venetiis, Soror Eliſabeth Mauroceno, Soror Maria a Sancto Sylveſtro, Soror Lucia Tupini, Soror Franciſca, Soror Juſtina uxor dicti Bortoli, Soror Angela, Soror Catharina a Sancto Marco, Soror Eliſabeth a Caſtello, Soror Paula de Caſtello, Soror Antonia de Caſtello, Soror Thadea Blanco, Soror Peregrina, Soror Marcolina, Soror Blanca, Soror Maria Scutaria, Soror Ventura, Soror Thomacla, Soror Juſtina de Brixia, Soror Anna, Soror Eliſabeth Campanaria, Soror Caſſandra, Soror Marina, Soror Dominica, Soror Lucia, Soror Catharina Barberia, Soror Margarita, Soror Marcellina de Sancto Paulo, Soror Elena, Soror Catharina de Jadera, Soror Eliſabeth de Caſtello, Soror Catharina Sotura, Soror Catharina Patavina, Soror Veronica, Soror Franceſchina de Venetiis, Soror Gratioſa, Soror Clara de Sancto Bartholomæo, Soror Catharina Bognola, Soror Eliſabeth Bognola, Soror Maria Godina, Soror Bernardina Maſſaria dicti Tertii Ordinis in Capella S. Marci in Eccleſia S. Mariæ domus Magnæ Fratrum Minorum congregatæ unanimes & concordes dixerunt & confirmaverunt, & per preſens inſtrumentum confirmant ratificant & approbant dictum inſtrumentum remiſſionis appellationis factum per ipſum Magiſtrum Germanum rogatum per ipſum ſer Paſinum de Gratarolis, laudantes & approbantes ipſum in omnibus & per omnia prout in ipſo continetur & declaratum eſt, confirmantes ipſum Magiſtrum Germanum procuratorem ſuum, & quod ipſe valeat & poſſit remittere etiam remiſſionem appellationis factam per ipſum, prout etiam remiſit per prædictum inſtrumentum, & accipere remiſſionem expenſarum factarum per Sorores ejusdem tertii Ordinis ſub cura Fratrum de Obſervantia a Vinea, prout earum procurator in dicto inſtrumento remiſit; & quidquid per dictum ſuum Procuratorem D. Magiſtrum Germanum actum fuerit & geſtum, tam pro tempore præterito quam futuro, approbant & confirmant promittentes habere ratum firmum & validum &c.

Ego Presb. Marcus de Aleotis publicus & Venetus Notarius exemplavi ab authentico & ex notis meis, & in fidem me ſubſcripſi.

Julius II. mandat, ut Sorores Conventuales tertii Ordinis S. Franciſci ſigno diſcriminentur ab ejusdem tertii Ordinis Sororibus Obſervantibus, mandatque Patriarchæ Venetiarum, ut bona ipſarum Sororum æque dividat inter ipſas.

F

1508. 22. Maii.

Ex Archivo S. Franciſci a Vinea.

Julius Papa II.

VEnerabilis Frater ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Dudum fe: re: Sixtus Pp. IV. prædeceſſor noſter intellecto, quod inter Sorores Tertii Ordinis S. Franciſci Civitatis Venetiarum, inter quas aliquæ ſub Fratrum Conventualium cura, aliquæ vero Fratrum de Obſervantia dicti ordinis vivebant, ſuper earum eligenda Miniſtra differentiæ exortæ erant, ad tollendas differentias hujusmodi per quasdam ſuas litteras declaravit, & mandavit, ut per Sorores ſub Conventualibus vivere volentes una eligeretur Miniſtra, & ſimiliter per Sorores vivere volentes ſub Fratribus de Obſervantia alia eligeretur Miniſtra, & volentes habitum earumdem induere per aliam altera vocata ſi intereſſe vellet per ambas Miniſtras, ſi vero altera tantum intereſſe vellet per illam ſolam indueretur. Elemoſinæ vero preponerentur in communi capſa, quæ duabus clavibus clauderetur, & quælibet ipſarum Miniſtrarum unam ex dictis clavibus retineret. Elemoſinæque ipſæ æquis portionibus dividerentur, & nonnulla alia facerent, prout in eiſdem litteris præfati prædeceſſoris noſtri plenius dicitur contineri, & ut fide dignorum relatu accepimus, licet capſa cum dictis clavibus deputata fuerit, tamen elemoſinæ non integraliter in ea reponuntur & perpetue, ex eo quod ob ſcandalum, quod Paduæ evenerat propter Conventuales, quod tamen etiam ipſis Obſervantibus impingebatur, ideo quod habitu non diſtinguebantur a Conventualibus ordinatum fuerat, ut Obſervantes ſignum defferrent, quo a Conventualibus poſſent diſcerni, hoc laudabili exemplo idem ſignum ſuſceperunt, ut poſſent a Conventualibus diſcerni, & propter vocationem, ut moris eſt illius Civitatis, dictarum Sororum, & acceſſum ad ipſa funeralia: Ac etiam propter nonnulla alia, inter easdem nove exortæ ſunt differentiæ & diſſenſiones, quæ ut verendum eſt, ſcandala ſuſcitare poſſent, niſi de remedio provideretur opportuno. Nos igitur, qui dum honore Cardinalatus fungeremur, officium Protectoris virorum ac mulierum dicti Ordinis S. Franciſci tam Conventualium quam de Obſervantia geſſimus, & caritate paterna eis amplectimur, Cupientes omnia fomenta diſſenſionum & ſcandalorum ſubmovere, ac ipſas Conventuales, & de Obſervantia Sorores in pace & quiete Domino famulari, motu proprio & ex certa ſcientia decernimus & declaramus, quod de cætero Obſervantes præfatum ſignum deferre, & Conventuales ſibi Miniſtram abſque interventu aliarum, & ſimiliter de Obſervantia Sorores præfatæ, occurrente vacatione, ſibi Miniſtram ex eiſdem abſque interventu aliarum eligere, & elemoſinæ, quæ Conventualibus de cætero fient eis, & ſimiliter quæ de Obſervantia fient eiſdem ſolum & dumtaxat applicentur: & quæ habitum Conventualium aſſumere voluerint, per Miniſtram & So-

Sorores Conventuales, quæ vero habitum illarum de Obſervantia aſſumere voluerint ſimiliter per Miniſtram & Sorores de Obſervantia induantur, absque requiſitione alterius, & ſi Conventuales & de Obſervantia ſimul ad funeralia vel alia pia opera vocabuntur, accedant etiam ſeparatæ, ita quod Conventuales ſimul & de Obſervantia ſimul de per ſe incedant, ſi vero Conventuales tantum vel de Obſervantia vocari contigerit, vocatæ dumtaxat accedant abſque impedimento aliarum: & quælibet juxta normam & regulam vivendi in pace & quiete vivere ſtudeant de cætero, ſub excommunicatione aliiſque penis cenſuris Eccleſiaſticis, quas inobedientes & rebelles volumus ipſofacto incurrere. Mandantes Fraternitati tuæ, ut bona etiam earum quæcunque inter eaſdem, prout juſtum tibi viſum fuerit, etiam dividas, ac juxta continentiam litterarum noſtrarum hujuſmodi, quandocunque requiſitus & opus fuerit, pro obſervatione litterarum noſtrarum hujuſmodi aſſiſtas ac faveas, & declarationem noſtram hujuſmodi facias firmiter obſervari, per ſimiles cenſuras & alia juris remedia, quæ tibi in præmiſſis neceſſaria videbuntur in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque etiam forſitan litis pendentia.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub anulo Piſcatoris die XXII. Maii MDVIII. Pontificatus Noſtri anno quinto: Sigiſmundus.

A tergo — Vener. Fratri Patriarchæ Venetiarum, vel ejus in ſpiritualibus Vicario Generali.

DE

XENODOCHIO

B. M. V. DE PIETATE.

UT deplorabile infortunium averteretur, quo infantes, vel furtivis amoribus concepti a ſuismet matribus ignominiam ſcelere tegentibus duplici morti animæ ſcilicet, & corporis tradebantur, vel a miſeris Scortis editi ſæpe ſæpius inopia ſuadente palam expoſiti abjiciebantur, inſtitutum fuit celeberrimum Pietatis, ut vocant Xenodochium, quod expanſis charitatis Chriſtianæ ulnis, non eos ſolum Infantes recipit, & alit, quos Venetiæ, ſed & illos quos finitima loca ſuppeditant; nobile utique, & præ ceteris inſigne Venetorum pietatis monumentum.

Tanti operis author exſtitit, ut ſuperius ad Divi Franciſci Eccleſiam dictum eſt, Petrus e Fratrum Minorum familia vir religioſiſſimus, qui Aſſiſio, cujus erat indigena, quum ſe Venetias contuliſſet, atque hic apoſtolico zelo, nec ſine incredibili animarum fructu verbum Dei diſſeminaret, anno MCCCXL. excitari ſe Divino Numine ſenſit ad colligendos infantulos, paſſim in compitis viarum expoſitos. In eo ita-

que

que ſummo ſtudio, & charitatis fervore incubuit, ut ſanctiſſimi operis exordia diſponeret; quapropter ſtipem cæteraque ad rem neceſſaria oſtiatim emendicare cœpit, hanc vocem flebili modo identidem repetens *Pietà*, *Pietà*; quod quidem in cauſa fuit, ut non deinceps Petrus Aſſiſias, ſed *Petrus de Pietate* nuncuparetur, eademque nomenclatura ad eum etiam, cujus author erat, Chriſtianæ pietatis hoſpitium pertranſiit, & quia ſtatura puſillus erat, pro ea temporum ingenua ſimplicitate Petruccius de Pietate, vulgo *appellabatur*.

Illuſtre hujus viri ſanctimoniæ teſtimonium perhibet Bartholus de Saxoferrato celeberrimus Juriſperitus in leg. Quidam ff. de verborum obligationibus pag. 60. his verbis: „Ego „ habui unum Magiſtrum, qui me primas litteras docuit, qui „ vocabatur Frater Petrus de Aſſiſio, nunc vero in Civitate „ Venetiarum, vocatur Frater Petrus Pietatis, ſic dictus, quia „ locum ibi erexit, qui Domus Pietatis vocatur, ubi infan„ tes expoſiti nutriendi recipiuntur. Vir eſt expertus, nullius „ hypocriſis, miræ ſanctitatis apud me, & omnes, qui eum „ bene noſcunt, cui gratias ago exemplo Aquilii Reguli 5°. „ de donatione leg. Aquilius: qui dum me rexit, cuſtodivit „ a lapſu, & Dei gratia, & ſui doctrina me talem reddidit, „ quod in XIV. anno ætatis meæ in Civitate Peruſii, ſub „ Domino Cyno de Piſtorio jura civilia audire incœpi, & „ ejus perſeverante gratia taliter continue ſtudendo profeci, „ quod in XX. anno Bononiæ repetendo, & diſputando pu„ blice de jure reſpondi, & demum in XXI. anno doctora„ tus fui, & ex multo amore, quem ad illius Fratris Petri „ bonitatem gero, cum calamus hoc ſcribit, cordis oculus „ lacrymatur; ipſeque vir Venerabilis Petrus dixit mihi, quod „ plures ex illis pueris expoſitis aliis tradidiſſet hoc pacto, „ quod eos non aliter, quam ut filios obſervarent.

Operi igitur moleſtiæ, ac difficultatis pleno manum admovens Petrus illico intellexit ſocios ſibi laboris eſſe opportune advocandos, qui & Infantes colligerent, alerentque, & poſt ſua fata piam inſtitutionem perenni cura a languore, & defectu vindicarent. Ea de cauſa, ut diximus, duplex diverſo tempore ſodalitium erexit (Scholas Veneti vocant) in locis parum inter ſe diſſitis, quorum alterum ſub S. Franciſci nomine, eo quia adhærebat Cœnobio S. Franciſci de Vinea,

ſolis

ſolis viris conſtabat, & charitatis munia circa ſolos pueros exercebat, alterum vero ſolæ mulieres componebant, ad quas ſpectabat debilioris ſexus Infantes excipere, & enutrire. Hoc autem ſecundum, quod S. Mariæ de Humilitate dicebatur, a proximo Sanctimonialium Cœleſtiæ Aſceterio, vocatum eſt etiam de Cœleſtia.

Liquido conſtant hæc omnia ab utriuſque Sodalitii matriculis, in quibus procemia enarrant Sodalitii reſpective ſui originem primam, & cauſas. Libet ea ex ipſis codicibus excerpta exhibere.

Matricola di San Franceſco.

Correndo li Anni del Noſtro Signore Miſſier Gieſu Chriſto 1346. Indict. 15. Adi 18. del Meſe di Lugio fo comenciada queſta benedetta Schuola, & fraternità delli Servi del Biado miſier San Franceſco all' honore de Dio, & della preciosa Vergine Madonna Santa Maria, & del precioſo paron noſtro miſier San Marco Apoſtolo & Evangeliſta, lo qual è Rettor, Governador, e Vardador di queſta noſtra benedetta cittade de Venetia, e de tutti habitatori in eſſa, è di tutti li altri Santi e Sante de Dio & principalmente all' honor, & reverentia, laude, & comendazion del ſacratiſſimo confallonier noſtro el Biado miſier San Franceſco della Vigna de Venetia clamado cavo della noſtra benedetta Schuola, & del Oſpedal della Pietade delli poveri fantolini, all' honor del qual

Ex Matricula Divi Franciſci.

Anno Domini Noſtri Jeſu Chriſti MCCCXLVI. Indict. XV. die vero XVIII. Menſis Julii initium habuit pium hoc Sodalitium, ſeu confraternitas Servorum Beati Domini S. Franciſci ad honorem Dei, & precioſæ Virginis Dominæ Sanctæ Mariæ, atque precioſi Patroni noſtri Domini S. Marci Apoſtoli & Evangeliſtæ, qui Rector eſt Gubernator, & Defenſor hujus noſtræ benedictæ Civitatis Venetiarum omniumque incolarum ejus, atque ad honorem pariter omnium Sanctorum, & Sanctarum Dei, & præcipue ad honorem & obſequium, laudem & laudationem Sacratiſſimi Vexilliferi noſtri Beati Domini Divi Franciſci de Vinea Venetiarum electi protectoris noſtri benedicti Sodalitii, atque Hoſpitalis pietatis inopum infantium; ad cujus glorioſi Sancti honorem om-

qual Santo glorioſo ſe farà tutti li beni che in queſta mariegola è ſcritti, & all'honor & reverentia, ſtado, mantegnimento, grandezza, e ſantiſſima celebranza della ſanta Ghieſia di Roma, & delle noſtro Santiſſimo Padre e Paſtor, a Nui laſſando da Dio Omnipotente miſier lo Papa, e dell' Eccellentiſſimo e magnifico Signor Andrea Dandolo per la Dio gratia inclito Doge di Venetia, per lo qual con li ſui ſavii Conſejeri miſ. Piero Civran, miſ. Marco Foſcarini, miſ. Piero Memo, miſ. Andreol da Molin, miſ. Nicolò Barbarigo, miſ. Andreol Soranzo fo conceſſa queſta Schuola a miſ. Fra Petruzzo Prior dell' Oſpedal della Pietade, e comenzador de queſta Schuola comenzada nel luogo de San Franceſco della Vigna con ferma intenzion che de là non la ſe puoſa deſpartir.

Ora eſſendo morto Fra Petruzzo nell'anno 1356. un Gaſtaldo voleva portarla via dal luogo de San Franceſco della Vigna, e traslatarla al luogo de Madonna Santa Maria e così per quello fu eſequido; perciò quelli della Schuola andorono dal Doſe Zuanne Dolfin e ſui Conſeieri moſtrando a loro lo detrimento che receveva

omnia bona agentur, quæ in hac matricula deſcripta ſunt, & ad honorem pariter & obſequium, ſtatum, conſervationem, amplitudinem, & venerandam commemorationem S. R. E. noſtrique Sanctiſſimi Patris & Paſtoris, quem de Dei Omnipotentis munere accepimus, Domini Papæ, atque Excellentiſſimi & magnifici Domini Andreæ Danduli Dei gratia inclyti Ducis Venetiarum, cujus benignitate aſſentientibus ejus prudentibus Conſiliariis, Domino Petro Civrano, Domino Marco Foſcareno, Domino Petro Memo, Domino Andrea Molino, Domino Nicolao Barbadico, Domino Andrea Superantio conceſſum fuit hoc Sodalitium, Domino Fr. Petruccio Priori Hoſpitalis de Pietate, atque inſtitutori hujus Sodalitii fundati in loco S. Franciſci de Vinea, deliberatione hac firmata, ut ex eo loco diſcedere non poſſit.

Quum autem Fr. Petruccius diem clauſiſſet extremum; quidam Rector Anno MCCCLVI. cogitavit Sodalitium ipſum e loco Sancti Franciſci de Vinea deducere ad locum Dominæ Sanctæ Mariæ. Cumque cogitata perfeciſſet, Fratres Sodalitii Joannem Delphinum Ducem, ſuoſque Conſiliarios adierunt, detrimenta eiſdem oſtenden-

va l'Oſpedal della Pietà, da così fatta mutazion, per la qual coſa la Signoria nell'anno 1357. Indictione x. del meſe di Zugno, comandò che l'Oſpedal della Pietade al luogo de San Franceſco della Vigna tornaſſe, ne più podeſſe andar a Santa Maria dei Frari.

dentes, quæ ex hac loci mutatione in Hoſpitale Pietatis derivabant. Iis acceptis Publico Decreto ſtatutum eſt anno 1357. Indictione x. Menſe Junii, ut Hoſpitale Pietatis ad locum Sancti Franciſci de Vinea reduceretur, neque ulterius ad locum Sanctæ Mariæ Fratrum Minorum transferri poſſit.

Queſta ſie la mariegola de le Done de Sancta Maria de humiltà de la Celeſtia de Venietia.

Hæc eſt Matricula Mulierum Sanctæ Mariæ de humilitate de Cœleſtibus Venetiarum.

Al nome della Sancta Trinità Pare, Fio, & Spirito Sancto, & al nome della intemerata, & glorioſa Vergine Maria Reina del Cielo, & plena de tutta humiltà, & al nome & all' onor del glorioſo, & perfecto Evangeliſta Miſer San Marco Defenſor, Protector & Governator de ſta benedetta Città de Venietia & di habitadori ſuoi. Fra Petruzzo Servo de Dio conſiderando, che tutte le coſe del Mondo paſſa excepto l'amor de Dio tucto poſponando el mondo, ſe poſe a ſervir a Dio in bone operationi, & in ſancti affani, & infra le altre ſancte ovre de pietà, & de miſericordia facte cerca prixoneri, & tutte perſone el ditto fra Petruzo ſon-

In nomine Sanctæ Trinitatis Patris, Filii, & Spiritus Sancti, & in nomine intemeratæ, & glorioſæ Virginis Mariæ Reginæ Cœli, & omnis humilitatis repletæ, atque in nomine & ad honorem glorioſi perfectique Evangeliſtæ Domini Sancti Marci Defenſoris, Protectoris & Gubernatoris hujus benedictæ civitatis & omnium Civium ſuorum. Fr. Petruccius Dei famulus mente recogitans univerſas Sæculi hujus res, ſolo Dei amore excepto, breviter pertranſire, terrena cuncta poſtponens Deo famulari decrevit in operibus ſanctis & piis laboribus, atque inter alia ſancta pietatis & miſericordiæ offitia pauperibus omnibus & carcere detentis

fonda la Chaſa de la Pietà, per remedio & ſubſtentamento de poveri fantolini, & perche la ſancta ſcriptura dice, che nui aidemo a portar el peſo, e la fadiga l'uno al altro el dicto fra Petruzo, per far che più perſone meritaſſe con lui inſembre a tolte perſone venerable & honeſte, & bone, ſe inſembre congregare in modo de confraternitade, per ampliation de queſta ſanta chaſa, & de queſto ſancto Hoſpedal.

Da può la morte del qual Fra Petruzo zoè coirando 1354. ſiando devegnudo el dicto Hoſpedal, & Chaſa de la Pietà in protection, & deffenſion del inclito Doſe miſer Andrea Dandolo, e de la Signoria de Venietia, ſo termenado per lo dicto inclito miſ. Andrea Dandolo, e per lo gran Conſeio como par manifeſto per un quaterno chiamado Novella, che la cura e la governation, el regimento de la Chaſa e del hoſpedal de la Pietà in tutto, & per tutto romagniſſe alle Donne preſente, & che ſerà puo della congregation, & confraternitade de Sancta Maria de humiltà da la Celeſtia, per la qual comiſſione & auctorità dada alle predicte done de Sancta Maria de Humilità preſente & future, elle

tentis exhibita dictus Fr. Petruccius domum Pietatis inſtituit, in qua projecti infantes reciperentur & alerentur. Cum vero Paulus Apoſtolus, alterum alterius onera portare hortetur, dictus Fr. Petruccius, ut alios quoque in meritorum ſuorum conſortium advocaret perſonas aliquas venerabiles, honeſtas, & bonas elegit, quas in Sodalitii formam congregavit ad ampliationem hujuſce ſanctæ domus, atque hujus ſancti Hoſpitalis.

Poſt cujus Fr. Petruccii mortem, anno nempe MCCCLIV. cum domus & Hoſpitale Pietatis in protectionem, & defenſionem deveniſſet inclyti Ducis Domini Andreæ Danduli, atque Dominii Venetiarum ſtatutum fuit per dictum inclytum Dominum Andream Dandulum, atque per Majoris Conſilii legem, ut conſtat ex libro *Novella* nuncupato, ut cura & adminiſtratio, & regimen domus & Hoſpitalis de Pietate in omnibus, & per omnia pene eas mulieres permaneret, quæ tam in præſenti, quam futuris temporibus ex congregatione eſſent, & confraternitate Sanctæ Mariæ de Humilitate de Cœleſtibus. Ejus itaque commiſſionis auctoritate, & vigore prædictæ mulieres Sanctæ Mariæ de Humi-

le zoè le predicte Done ordena & conſtituiſſe la infraſcripta mariegola , & ordenation cum infraſcripti capitoli , & modi in perpetuo in la dicta Confraternità inviolabilmente obſervadi.

militate tam præſentes, quam futuræ infraſcriptam matriculam inſtituunt, decernuntque ordines in ſubjectis capitulis contentos perpetuis futuris temporibus a dictæ Confraternitatis mulieribus inviolabiliter obſervari.

Sodalitium itaque virorum ad Chriſtianæ miſericordiæ opus inſtituendum primo congregavit, domoſque recipiendis infantibus aptas apud Divi Franciſci Eccleſiam conduxit , quas deinde aucto infantium numero cum anguſtiores reperiſſet , prudenti Conſilio maſculos tantummodo in eis recipere cogitavit, ut vero etiam fœminis pari pietate ſubveniret , devotum fœminarum cœtum ad ſuſcepti inſtituti opus promovendum adunavit, quarum cura, & impenſis debilioris ſexus infantes alerentur , quibus apte colligendis alendiſque amplam domum in Divi Joannis Baptiſtæ Parœcia de Bragora nuncupata, comparavit, ad majoris Canalis ripam, quam utpote Illyricorum commercio deſtinatam *Riva de Schiavoni*, Veneto vernaculo nuncupatur . Domum hanc piiſſimus inſtitutor , quam vivens præclariſſimo operi deſtinaverat , moriens quoque ejusdem Sodalitii Pietati voluit eſſe commendatam , ad cujus incrementa publicam quoque religionem , & Apoſtolicam Romanorum Pontificum liberalitatem acceſſiſſe, publicis documentis inſtruimur . Horum unum marmorea inſcriptio eſt , quæ adhuc parieti Parochialis domus S. Mich. Archang. affixa viſitur, antiquis characteribus indulgentias ſignificans, tum a Clemente VI. Pont. Max. tum a Patriarcha Gradenſi, & Epiſcopo Caſtellano iis conceſſas, qui Pietatis infantibus eleemoſinæ ſubſidia largirentur.

✠ Papa. Climento. Sexto. di. uno. Anno. XL. di. de. Perdon. Ganſchuno. che. porce. Lemuſena. ai. Fantolini. del Apietate . Miſier . lo Patriarcha. de. Grado . Miſer .

lo

Clemens Papa Sextus annum unum , & quadraginta dies remiſſionis indulget, unicuique eleemoſinam infantibus Pietatis eroganti . Dominus Patriarcha Gradenſis , Domi-

nus

lo Veſcovo. da Caſtello. XL. di.	nus Epiſcopus Caſtellanus XL. dies.
Suma. lo perdon. de. Lapiatade. uno. Anno. C. XX. di. edaltre. Gracie. molte.	Numerus Indulgentiarum ex integro eſt Annus unus & CXX. dies & præterea gratiæ multæ.

Jampridem ex Principis benignitate facultas facta fuerat, Petruccio fundatori primum, mox Fratri Paxino ejus in Prioratu Pietatis ſucceſſori, ut publico quæſtu fidelium eleemoſinas ad operis perfectionem undique corrogare valerent, tum ut ſalubriori loci regimini conſuleretur, publica providentia ſtatutum fuit lata in Majori Conſilio lege, anno MCCCLIII. ut Prioriſſa, quæ pro tempore per *Dominas de Schola S. Mariæ de Humilitate* eligeretur deberet, *confirmari per Dominum Ducem, ſi ei videretur ſufficiens*, ita tamen, quod *Dux & ſucceſſores ſui* haberent, & retinerent *Dominium & juspatronatus in dicto loco, & corrigere poſſent, & regulare dictam Prioriſſam & exigere rationem adminiſtrationis ſuæ, & alia ordinare ſicut eis pro utilitate dictæ domus melius* appareret.

Die 15. Xbris 1353. In Majori Conſ.

„ Quod ad inſtantem ſupplicationem nobis factam per Gaſtaldioniſſam, & alias Dominas de Schola S. Mariæ de humilitate hoc humiliter ſupplicantes, & requirentes, quæ præſentialiter habent gubernationem loci noſtri de pietate, concedatur eis, prout petunt, quod illa Prioriſſa, quæ conſtituetur nunc, & de cætero per dictam Scholam debeat confirmari per Dominum Ducem, & Succeſſores ſuos, ſi ei videbitur ſufficiens, & hoc habeatur pro legitima adminiſtratione in omnibus factis domus, & loci prædicti de Pietate, ita tamen, quod Dominus Dux & Succeſſores ſui habeant, & retineant Dominium, & Jus Patronatus in dicto loco, & poſſint corrigere, & regulare dictam Prioriſſam, & exigere rationem adminiſtrationis ſuæ, & alia ordinare, ſicut eis pro utilitate dictæ Domus melius apparebit &c.

Poſt hæc cum Ducale Decretum, quo ſuperius enuntiatis Petro & Paxino Prioribus, publice emendicandi libertas data fuerat, caſu quodam intercidiſſet, Antonius Venerio Dux Ve-

tiarum, ad humiles preces Nicoletæ loci de Pietate Prioriſſæ dato Diplomate renovavit, anno Mccclxc. die xxiii. Maii.

Antonius Venerio Dei Gratia Dux Venet. &c.

„ Tenore præſentium univerſis, & ſingulis facimus mani-
„ feſtum. Quod alias tempore inclitæ memoriæ Domini Joan-
„ nis Delphino Ducis Venetiarum prædeceſſoris noſtri cum
„ Conſiliis minori, & de quadraginta miſericorditer conceſ-
„ ſum extitit, & largitum Fratri Paxino de Pietate, nomine
„ loci noſtri de Pietate, quod poſſet ire pro ſuſtentatione, &
„ nutrimento puerorum loci prædicti in modum elimoſinan-
„ di ſuper platis a Vino, & accipere elimoſinam vini a vo-
„ lentibus ſibi benefacere amore Dei, ſicut olim ibat frater
„ Petrucius de Ducali gratia ordinis prædicti, non ſubjacen-
„ tibus benefacientibus ſibi, vel dantibus elimoſinam vini
„ aliquibus pœnis, vel ordinibus, qui quantum in hoc ſint
„ revocati. Nunc autem coram præſentia noſtra comparuit
„ honeſta mulier Nicoleta Prioriſſa loci noſtri de Pietate
„ prædicti humiliter ſupplicans, ut cum littera dictæ conceſ-
„ ſionis alias ſupradicto Fratri Paxino exhibita caſualiter ſit
„ ammiſſa, dignaremur ſuprascriptam gratiam, & conceſſio-
„ nem benignius noſtris litteris confirmare. Nos vero ſup-
„ plicationem ſuam gratioſius admittentes ob Dei reveren-
„ tiam, cujus res agitur, ſuprascriptam gratiam, & conceſſio-
„ nem ſuprascriptæ donnæ Nicoletæ duximus tenore præſen-
„ tium concedendam.

„ Data in noſtro Ducali Palatio die xxiii. Maii Indict. xiv.
„ anno Mcccxci.

Dum igitur primas conceſſiones Prioribus factas, poſtremam vero Prioriſſæ confirmatam legimus, ex hoc manifeſte arguimus, jam ex remiſſa virorum charitate omnem inſtituti operis curam ad mulierum Sodalitium tranſiiſſe, ut ſuperius diximus ad Divi Franciſci Cœnobium. Eo etiam tempore ad domum per Matronas adminiſtratam veriſimile eſt, & mares fuiſſe deductos, anno enim Mccclxxxviii. die viii. Auguſti ſupralaudatæ Nicoletæ Prioriſſæ ſollicitudo ad dilatandas Hoſpitalis anguſtias a Procuratoribus operi Eccleſiæ D. Marci, præfectis quasdam eidem Hoſpitali adjacentes domos emit, qui-

quibus deinde aliæ ſex anno 1493. die 2. Septembris, & quatuordecim aliæ anno 1515. die 6. Junii adjectæ fuerunt, quibus ita hoſpitii ſpatium excrevit, ut ejus temporis neceſſitati abunde ſufficeret.

Piiſſimi itaque inſtituti res per Matronas adminiſtratæ optima ſuſcipiebant incrementa, ad ardua enim negotia peragenda quatuor ſpectatæ probitatis, & prudentiæ patritios viros elegerant, quorum conſilio, & ope juvarentur. Iis anno MDXL. die XXIV. Auguſti, alios quoque adjici curavit Lucretia Gritti olim loci Prioriſſa, atque inter Sodalitii Sorores ætate, & maturitate præſtantior; qua potiſſimum adnitente XXXV. ex illuſtribus Venetiarum Matronis Sodalitio nomen dederunt, & Mariam Contarenam Hoſpitalis Prioriſſam conſtituerunt.

Poſt hæc Ducalis protectionis munus, quod Pietatis Hoſpitali ratione Prioriſſæ publica Religio conceſſerat, ſuprema Majoris Conſilii authoritas, anno MDLXVII. ad univerſum loci regimen provide extendi curavit.

1567. die x. Menſis Novembris

Die Lunæ mane in Majori Conſilio.

„ Dovendoſi havere in primis avanti agli ochi il debito „ ſervizio al Signor Iddio, & eſſendo nelle correzioni della „ promiſſione Ducale, racomandato al Sereniſſimo Prencipe „ l'Oſpitale delli Incurabili. L'anderà parte che anco l'Oſpe„ dale della Pietà, che gli è racomandato, ma circa la Prio„ ra ſolamente, gli ſia racomandato ſimilmente circa l'entra„ de, e ſpeſe di quello che per l'amor ſuo verſo Geſu Chri„ ſto Benedetto, e per l'onore di queſta Città, ne habbia „ avere ſpeciale particolar cura.

His ex publica religione decretis ex unanimi deinde Sodalitii voto ſtatutum fuit anno MDLXXI. ut in Gubernatorum Nobilium numerum alii quatuordecim adſciſcerentur, atque deinceps Matronarum Congregatio in ipſo Pietatis Hoſpitio, ſi quæ agenda eſſent evocaretur.

Ut vero ad ea temporalis vitæ ſuffragia, quæ autoritas publica conceſſerat, ſpiritualia etiam accederent beneficia, Auguſtinus Barbadicus Dux Venetiarum, ex infinita animi re-

li-

ligione Apoſtolicæ liberalitatis munera ad loci incrementum imploravit, ad cujus preces Alexander hujus nominis VI. Hoſpitale Pietatis ampliſſimis indulgentiarum, & privilegiorum largitionibus auxit anno MCCCCXCIII. die VIII. Martii (A).

Anno MDCIV. die XXIV. Maii Sorores Confraternitatis S. Mariæ de Humilitate ad Cœleſtia (ut ex Archivo Hoſpitalis innoteſcit) Prioriſſam loci Pietatis elegerunt, ex quo deinde anno nulla hujuſmodi Sodalitii mentio reperitur, omnisque deinceps loci cura ſub ſola Nobilium Gubernatorum cura, & adminiſtratione permanſit.

Igitur horum charitate, ſed magis præſenti Numinis miſeratione protectum illuſtre hoc Chriſtianæ charitatis hoſpitium, adeo majora in dies incrementa ſuſcepit, ut copioſo infantium gregi, quos enutriendos amplexatum fuerat, etiam arctiſſimo publicæ charitatis tempore, neceſſaria ad exigendam vitam alimenta præbuerit. Quamvis autem retroactis temporibus ampla ſatis domus videretur, tamen excreſcente ex maritimis præſertim locis infantium numero, veritum eſt, ne quid detrimenti ex ædium anguſtia caperent. Eapropter provida Gubernatorum pietas ædem ædificare, laxiorem, & nobiliorem Eccleſiam conſtruere cogitavit, ſpemque omnem perficiendi conſilii in Domino reponens, ſumptuoſi operis exordia primo lapide per Veneti Ducis manus in Eccleſiæ fundamentis injecto rite diſpoſuit.

In perennem tantæ rei inceptæ memoriam argenteum numisma cudi Gubernatores loci voluerunt, atque in ipſo novæ Eccleſiæ fundamento veluti obſequii teſtimonium repoſuerunt. Hoc ex una parte Virgineam ad Eliſabeth viſitationem exhibet, his circumdatam verbis: *Ex ore infantium & lactentium*. Ex altera vero hanc Epigraphen refert: *Auſpiciis a D. O. M. religioſe ceptis Templo B. M. V. Titulo Viſitationis fundato, rite primum lapidem poſuit Petrus Grimanus Dux Venetiarum A. S.* 1745.

Ale-


EX ORE INFANTIVM. ET LACTENTIUM
AUSPITUS
A D. O. M.
RELIGIOS COEPTIS
IN TEMPLO B. M. VIRGINIS
SUB TITULO VISITATIONIS FUNDATO
RITE
PRIMUM LAPIDEM POSUIT
PETRUS GRIMANUS DUX VEN.
AS. MDCCXLV

Alexander VI. Hoſpitali Pietatis Venetiarum ampliſſimas Indulgentias, & plurima privilegia elargitur.

A 1493. 8. Martii.

Ex Autographo in Archivo S. Franciſci de Vinea.

ALexander Epiſcopus Servus Servorum Dei. Univerſis Chriſtifidelibus preſentes Litteras inſpecturis Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Illius qui pro Dominici Salvatione Gregis in ara Crucis in pretium immolari non abnuit, quiq. inter alia ſibi beneplacita opera, Caritatis dona ante omnia excerceri precepit, Vices quamvis immeriti gerentes in Terris, curis urgemur aſſiduis, & continua meditatione pulſamur circa quæcumq. Oſpitalia, & pia loca, in quibus Oſpitalitatis, Caritatis, & Pietatis opera continuo exercentur, & Infantes expoſiti parentum, & aliorum ſubſidio deſtituti, ſoli Deo oblati recipiuntur, & benigne tractantur, omni ſtudio intendere, quo illa ad meliorem Statum, & majorem Oſpitalitatis obſervantiam reducantur. Et ut ad præmiſſa Chriſtifidelium vota facilius concurrant, fideles ipſos quibusdam Spiritualibus, & allectivis muneribus, libenter proſequimur, & eorum pia ſuffragia donis Cœleſtibus confovemus, ut exinde reddantur divinæ gratiæ aptiores, ac Caritatis, & Pietatis devotio in dies in eis per amplius augeatur.

Cum itaq. ſicut accepimus in Oſpitali Pietatis Venetiarum, in quo Infantes expoſiti recipiuntur, & aluntur Infantes, ipſi in dies in tanto numero multiplicentur, ut ob tenuitatem reddituum Oſpitalis hujusmodi poſſibile non ſit tot pueros nutrire, niſi per Chriſtifideles ſubveniantur: Nos cupientes ut Chriſtifideles eo libentius devotionis cauſa ad ſubveniendum neceſſitatibus dicti Oſpitalis inducantur, quo ex hoc ibidem dono cœleſtis gratiæ uberius conſpexerint ſe refectos; Dilecti Filii Nobilis Viri Auguſtini Barbadico Ducis Venetiarum etiam nobis ſuper hoc humiliter ſupplicantis, in hac parte ſupplicationibus inclinati, de Omnipotentis Dei Miſericordia, Beatorumq. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi.

Omnibus & Singulis utriusq. ſexus Chriſtifidelibus vere Penitentibus, & confeſſis qui Cappellam dicti Oſpitalis, in Sabbathi, & Dominicæ in Ramis Palmarum diebus, a primis Veſperis, usq. ad occaſum Solis diei ſequentis devote viſitaverint annuatim, ac ad Oſpitalis, & expoſitorum hujusmodi ſubventionem, de bonis eis a Deo collatis quantum eorum pia Devotio dictaverit pie errogaverint.

Plenariam, omnium ſuorum peccatorum, de quibus corde contriti, & ore confeſſi fuerint, Indulgentiam, & Remiſſionem Auctoritate Apoſtolica tenore præſentium elargimur.

Nec non omnibus, & ſingulis Confratribus Confraternitatum Clericorum, & Laicorum Civitatis Venetiarum, qui conjunctim, vel Collegialiter dictam Cappellam etiam devote viſitaverint, & ad præmiſſa manus porrexerint adjutrices, ultra Indulgentiam hujusmodi, diebus Feſtivitatum ſuarum Eccleſiarum, Septem annos, & totidem Quadragenas de injunctis ei pœnitentiis miſericorditer, in Domino relaxamus.

Et nihilominus, ut confluentes ad Cappellam prædictam pro conſequenda Indulgentia hujusmodi eo facilius capaces efficiantur illius, Venerabili Fratri noſtro Patriarchæ Venetiarum, tot Confeſſores idoneos Seculares, vel Regulares in Cappella predicta deputandi, qui per octo dies ante, & totidem poſt, omnium utriusque ſexus Chriſtifidelium, ad dictam Cappellam pro con-

conſequenda. Indulgentia hujusmodi accedentium, Confeſſiones audire, eisq. diligenter auditis, ipſos ab omnibus & ſingulis eorum peccatis, criminibus, & delictis, etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis, preterquam offenſæ Eccleſiaſticæ Libertatis, Criminum Hæreſis, Rebellionis, & Conſpirationis in perſonam vel Statum Romani Pontificis, ſeu Sedem prædictam, Falſitatis Litterarum Apoſtolicarum, ſupplicationum, & commiſſionum, invaſionis, depredationis, vel occupationis, aut devaſtationis Terrarum, & Maris, Romanæ Eccleſiæ mediate, vel immediate ſubjectarum, offenſæ Perſonales in Epiſcopum vel lium Prælatum, prohibitionis devolutionis Cauſarum ad Romanam Curiam, delationis armorum, & aliorum prohibitorum ad partes Infidelium, abſolvere, eisq. pœnitentiam ſalutarem injungere poſſint, plenam, & liberam, auctoritate præſata concedimus facultatem.

Et in ſuper eisdem Confratribus, quod Confeſſor idoneus, quem quilibet eorundem Confratrum duxerit eligendum, ejus confeſſione dilligenter audita, pro commiſſis per ipſum eligentem exceſſibus, & peccatis generis cujuslibet, etiam in ſingulis dictæ Sedi reſervatis caſibus, præterquam ſupra exceptis ſemel in vita, & in aliis non reſervatis quoties opus fuerit eundem eligentem abſolvere, ſibiq. etiam pænitentiam ſalutarem injungere, ac emiſſa per eosdemet Confratres vota quæcumq. Ultramarino, Liminum eorundem Apoſtolorum ac S. Jacobi in Compoſtella, & Caſtitatis ac Religionis Votis - - - -
- -
Confratres eligentes corde contriti - - - - - - confeſſi fuerint, etiam ſemel in Mortis articulo plenam remiſſionem eisdem Confratribus eligentibus ipſis tamen in - - - - - - - - - - - - - - -
- - - - Succeſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium perſiſtentibus, auctoritate præſata concedere valeat. Sic tamen quod idem Confeſſor de his de quibus fuerit - - -
- - - - - - - - - - - - - - - - vel per alios ſi forte tranſierint, facientium, injungat, quam iidem Confratres eligentes, vel illi facere teneantur ut præfertur, de ſpeciali dono gratiæ indulgemus. Et ne - - - - - - - - - - -
- - - - - - - - procliviores ad illicita impoſterum committenda, Volumus quod ſi a ſinceritate Fidei, unitate Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ac Obedientia, & devotione noſtra, vel Succeſſorum noſtrorum Romanorum - - - - - - - - -
- -
remiſſionis aliqua forſan committerent, conceſſio, & remiſſio, ac præſentes litteræ illis nullatenus ſuffragentur. Non obſtantibus - - - - - - - - - - - - - - -
- -
prædictam ex quavis cauſa, etiam defenſionis Fidei contra Chriſti Nominis hoſtes, ſub quibusvis verborum formis, & clauſulis etiam - - - - - - - - - -
- -
- -
Volumus autem quod - - - - - dictam Cappellam, vel ad præmiſſa manus porrigentibus adjutrices - - - - - - - -
- -
- -
Præſentes litteræ nullius ſint roboris vel momenti.

Datum Romæ appud S. Petrum Anno ab Incarnatione - - - - - - - - -
- - - - - - - - - - - noſtri Anno - - - -

A Tergo

1493. 8. M.

DE

DE
MONASTERIO
SANCTI GEORGII
MAJORIS.

HOC habent commune fatum Urbes æque ac res magnæ, ut dum earum exordia prima a temporibus antiquiſſimis repetuntur, vulgi fabulis admixta vitientur: ſive id ex obſcura remoti ævi caligine fiat, ſive ex innato rudis populi ſtudio ad commiſcenda prodigia. Exemplo ſit in rem meam, quod memoriæ proditum eſt de Inſula, quæ Romæ in medio Tiberi aſſurgit, quam ex ſtipula, & ſpicis projectis, (quod Criticis minus ſimile veri videtur) ſtetiſſe autumant. Tale aliquid enuntiatur in quibusdam Chronicis Anonymorum, de origine Inſulæ S. Georgii Majoris, ubi nunc viſitur celeberrimum Cœnobium ſacræ Divi Benedicti familiæ. Nimirum in ipſis naſcentium Venetiarum exordiis, quum Inſulæ, quas mare Adriacum, in hoc extremo receſſu ſtagnantibus aquis complectitur

frequenti populo fervere inciperent, perhibent navigium in atroci tempeſtate ventis diu, ac fluctibus agitatum, tandem demerſum fuiſſe, tum cœnoſas paludes limum ſenſim ſenſimque exonerando, ſuper everſum ejusdem latus inſulæ hujus fundamenta prima ſtraviſſe. Sed eſto id potuerit fieri, rei etiam ſequutæ non ſuppetunt monumenta, quibus innixi fidem adhibeamus. Equidem cum video ſtudium quorumdam ex noſtris Scriptoribus comparandi in multis Venetiarum exordia cum urbis Romanæ origine, ſuſpicari ſubit fabulis illos popularibus plus æquo indulgere. Interea illud compertum & exploratum eſt, Baduariam gentem in hac Inſula, quo tempore Ducalis Sedes translata fuit, Venetias Templum dicaſſe Divo Georgio, cujus venerationem, & cultum propter inſtituta, cum Græcis commercia Veneti noſtri in patriam ab Orientalibus plagis adduxerant. Baduarii porro, quippe qui Ducalem Thronum jamdudum occuparent, novam hanc Eccleſiam, Templo Divi Marci ſubjectam, conſtituerunt. Hæc tamdiu mancipatio tenuit, quamdiu Joannes Maurocenus ab inſigni Cuxani Cœnobio (ubi S. Benedicti regulam una cum viro Sanctiſſimo Petro Urſeolo Socero ſuo, & Joanne Gradonico amplexus fuerat) digreſſus remeavit Venetias, ut Cœnobium fundaret, in quo eadem rigide vivendi norma tranſigeretur, quam ipſe in Cuxanenſi maxime auſtero Monaſterio didicerat.

I. Ex Cuxanenſi igitur Monaſterio, ubi per quadriennium monaſticam vitam egerat, in patriam redux Joannes Maurocenus, a Tribuno Memmo Duce Eccleſiam S. Georgii, ex adverſo Ducalis Palatii in Inſula poſitam, obtinuit, ut *Monaſterium conſtrueret, ſub Sancti Benedicti regula*, quod omnium primum in Urbe Rivoaltenſi eſſet, ubi Monachi Benedictini cœnobitice congregati Deo famularentur; quamvis enim nonnulla per æſtuarii Inſulas ædificata fuiſſent Cœnobia, & Venetiis etiam apud S. Zachariæ, & S. Laurentii Monialium Monaſteria Monachi degerent, Sanctimonialibus in adminiſtratione Sacramentorum deſervientes, tamen Cœnobia illa Monachorum in Torcellana Diœceſi conſtituta fuerant, & Monachi Venetiis commorantes in hoſpitiis, & privatis ædibus habitabant. Loci donationem, & primam nobiliſſimi Monaſterii fundationem, refert Dandulus lib. VIII. cap. XVII. par. II.

par. II. his verbis : " Anno ſui (Tribuni Memmo Ducis)
„ quarto iſte Dux pie obtulit, & conceſſit Joanni Mauroceno Monacho Eccleſiam Sancti Georgii Martyris, ex oppoſito ſui Palatii ſituatam cum aquis & paludibus ſibi adhærentibus ad jus, & proprietatem ſuæ Capellæ S. Marci pleno jure ſpectantem, ut Monaſterium conſtrueret ſub S. Benedicti regula; & pro victu in eo ſervientium poſſeſſiones dedit, ſic inter cetera in eadem conceſſione dicens:
„ *Verum quia Eccleſia fuerat pertinens ad dominium Baſilicæ Sancti Marci, quæ eſt Capella noſtra, & libera a ſervitute Sanctæ matris Eccleſiæ: Volumus ut eadem libertate ſemper conſiſtat, ut nullus Epiſcopus ſervitutis uſum requirere, aut prandia præſumat, niſi tantum ut proviſorem decet, & rectitudinem illos tenere doceat, & pabulum vitæ æternæ miniſtret*. Fuit namque iſte Joannes gener Petri Urſiolo Ducis, qui terrena parvipendens ad Monaſterium Sancti Michaelis de Cuxano cum eo ivit, & factus Monachus, nunc repatrians hanc Eccleſiam impetravit, ut in Religione, ſicut voverat, dies ſuos feliciter conſummaret.

Inſtrumentum donationis, quod, ut in margine Codicis Ambroſiani legitur, ſtipulatum fuit. " *Anno Jeſu Chriſti* 882.
„ *Imperantibus Baſilio & Conſtantino fratribus, filiis q. Romani Imperatoris magnis, & pacificis, anno eorum Imperii poſt obitum Johannis Zimiſki undecimo, die* 20. *Decembris Indictione* XI. *Rivoalti &c.* manu Vitalis Presbyteri & Ducalis Notarii, cum ſigno Tribuni Ducis ſubſcripto ſubſcriptione adhibita CXXX. teſtium.

Hoc ipſum inſtrumentum ſimul cum nonnullis aliis, *Marcus Bollani Abbas Monaſterii, & loci S. Georgii Majoris* obtulit Judicibus conſtitutis ad inquirendum, & recuperandum bona Communis Venetiarum, ut iis jura ſui Monaſterii confirmari obtineret, quod & ſolemni ſententia factum eſt die 23. Septembris anno 1289. (A)

Poſt hæc Joannes amplum ibidem Monaſterium ædificavit, ad quod ſub auſtera ipſius diſciplina plurimi, ex nobiliſſimo etiam genere procreati, ſe ſe certatim aggregari poſtularunt. Inter eos & ipſum Tribunum Memmum Ducem munificum loci donatorem adnumerat marmorea epigraphe, quam ipſius

ſimulacro in latere exterioris proſpectus Eccleſiæ erecto, Monachi in grati animi teſtimonium affigi curaverunt.

MEMORIÆ.

„ Tribuni Memi optimi Ducis, qui factioſis ab urbe pulſis, inde Ottonis Secundi Cæſaris odio in Rempublicam „ mirifice eluſo; de eadem utique promeritus, ut æternam, „ eamque certiorem adipiſceretur gloriam: abdicato Imperio: „ hanc Inſulam Monachus incoluit, quam prius ejusdem in„ ſtituti viris pie legavit. Idem grati animi ergo P. P. 1610.

Lapidi adverſatur Dandulus in Chronico, ubi lib. VIII. cap. XVII. par. XVI. Tribunum Memmum aſſerit *infirmitate confectum* potius *cogente populo Veneto*, quam *voluntarie* Monachum ordinatum fuiſſe *in Monaſterio S. Zachariæ*, ibique poſt ſex dies obiiſſe, & in eodem Monaſterio tumulatum fuiſſe. “ Tertiodecimo ſui Ducatus anno hic Dux Mauricium „ filium ſuum miſit ad Baſilium, & Conſtantinum Impera„ tores Conſtantinopolitanos, ut congruam, atque honorabi„ lem ſedem obtineret. Quo anno Dux infirmitate confectus „ Monachus ordinatus eſt in Monaſterio S. Zachariæ, quod „ non voluntarie feciſſe ſcribitur, ſed cogente populo Vene„ to, ibique poſt VI. dies obiit, & in eodem Monaſterio tu„ mulatus eſt. “Eadem prorſus affert antiquiſſimum Chronicon Altinas, quod Joannis Sagornini nomine circumfertur. „ Anno vero XIII. ſui Ducatus idem Dux Mauricium ſuum „ filium Conſtantinopolim mittens, ipſa, eademque infirmi„ tate detentus, ſex diebus non ſua ſponte, ſed populo co„ gente antequam ultimum ſibi obſcureſceret, Monachus in „ S. Zachariæ Cœnobio effectus eſt. Præfuit autem Veneticis „ annis XIII. & menſibus quinque. Sepultusque eſt in eodem „ Monaſterio.

Neque vero, licet clariſſimi Ducis Monachatus, alteri ſeu Monaſterio, ſeu hoſpitio adjudicetur, Joannis maxima gloria ex filiis deficit, quippe qui Gerardum Sagredum Epiſcopum ſanctiſſimum, & martyrem in Monaſterium excepit, habituque ſanctæ religionis indutum in conſortium Monachorum ad-

adnumeravit; Quantum vero angelicus juvenis ſub Joannis magiſterio profecerit, ejus poſtea ſanctitas declaravit. Dum autem Sanctiſſimi viri, qui *primus patriam martyrii corona decoravit*, mentio incidit, libet admiſſionem ejus ad Monachatum ex antiquis Cœnobii hujus codicibus exhibere, ut concivibus ſuis innoteſcat, illuſtrem martyrem in celeſti benedictione ab ipſa nativitate, fuiſſe præventum.

Gerardus Sagredo & Catharina, quam ſibi æqualis nobilitatis uxorem copulaverat, cum diu prole caruiſſent, Deiparæ Virginis, & Sancti Georgii Martyris patrocinio, quibus ſeſe aſſiduis precibus commendaverant, filium in ipſa Divi Georgii feſta die in lucem editum obtinuerunt, quem de ejusdem Sancti nomine, cui natum parentes referebant acceptum, appellari voluerunt. Quinquennis gravi morbo correptus ad Monaſterium S. Georgii ductus eſt, ubi cum Joannis Abbatis & Monachorum fervidis precibus ad Deum effuſis e mortis periculo evaſiſſet incolumis, Monaſtico habitu ſe, juxta illorum temporum morem, indui poſtulavit. Interea Pater ejus Gerardus ad bellum ſacrum, quod a Silveſtro Papa II. ultimo ſui Pontificatus anno indictum fuerat profectus, paulo poſt in eadem expeditione obiit, quo nuntio accepto Catharina ejus uxor Georgium filium, nondum ſacris votis obſtrictum, ad renovandam viri memoriam, Gerardum appellari impetravit.

Poſt hæc Joannes cum Monaſterio per vigintiquinque annos ſanctiſſime præfuiſſet ad premia laborum migravit anno MXII. quem ob virtutum merita paſſim Beatum appellant, Patriarcha Theupulus in Indice, Wion in Mart. Monaſtico, aliique ſcriptores.

II. Guilielmus Prior Monaſterii in demortui Abbatis locum ſuffectus fuit; ſupralaudatus vero Gerardus electus Prior, qui non multo poſt, anno nempe

III. MXXI. Guilielmo viam univerſæ carnis ingreſſo in Abbatem conſtituitur eo ipſo anno MXXI. In ea dignitate poſitus cum in rebus gerendis Deum ſemper accurata ſupplicatione conſuleret, magnosque & arduos pro ejus gloria labores ſubire præoptaret, ſe ſe ad ſacram Jeroſolymorum peregrinationem excitatum interno ſpiritus afflatu præſenſit, non quidem tantum, ut ea loca Chriſti Redemptoris laboribus,

& ſan-

& ſanguine conſecrata præſens veneraretur, quam ut in afferenda Barbaris gentibus Evangelica luce opportunitas ſibi eveniret optatiſſimam martyrii palmam acquirendi. Eo igitur conſilio poſt novennium laudabiliter in regimine tranſactum, magno cum Monachorum ſuorum mœrore e Monaſterio diſceſſit anno Mxxx. Cum vero per Hungariæ regnum iter arripuiſſet, ibi a Sancto Stephano Rege, hoſpitio exceptus non multo poſt Canadienſi Eccleſiæ præficitur, quam cum per multos annos ſanctiſſime adminiſtraſſet, tandem ſanctiſſimæ vitæ merita martyrii corona cumulavit. Ipſius virtutes & admirabilem in paſſione conſtantiam fuſe enarrarunt Surius, Wion, & Petrus de Natalibus, qui tamen in eo corrigendus eſt, quod aſſerat Sanctum Gerardum Sagredo, Canonicum Ducális S. Marci Eccleſiæ Venetiis extitiſſe, niſi ex eo excuſatio prætendatur, quod antiquitus hujus Cœnobii Monachi, appellati aliquando fuerunt Canonici, ideſt regulariter & in communitate viventes, fortaſſe ut ab iis Monachis diſcriminarentur, qui veluti Capellani in Hoſpitiis degentes Monialibus S. Zachariæ, & S. Laurentii, in ſpiritualium rerum adminiſtratione aſſiſtebant. Ita in antiqua ms. vita ipſius S. Gerardi a Fortunato Ulmo citata, dum de Monachis S. Georgii mentio ingeritur: ſcriptum legitur: *Iſti ſunt primi Monachi Canonici in Monaſterio S. Georgii Majoris*. Verum de D. Gerardo ſermo erit ad Eccleſiam Matricem Murianenſem, ubi ſacrum ejus corpus colitur Buda translatum, ex quo reliquias nonnullas excerpſit, & Monaſterio huic dono dedit Antonius Grimanus Epiſcopus Torcellanus anno Domini MDLXXXXIII. die vero IX. menſis Auguſti.

„ Illuſtriſs. & Reverendiſs. Dominus Antonius Grimanus „ Epiſcopus Torcellanus Anno Dominicæ Incarnationis mil- „ leſimo quingenteſimo nonageſimo tertio die nonæ menſis „ Auguſti, in Eccleſia Parochiali S. Donati, quæ in Mura- „ no prope Venetias ſita eſt, conſtitutus. Præſentibus Do- „ mino Bernardo ejusdem Eccleſiæ parochiano, & aliis cleri- „ cis, cum ſuperpelliceis, ut in talibus moris eſt, & lumi- „ nibus accenſis. Ad inſtantiam, & petitionem admodum „ Rev. Patris D. Michaelis a Venetiis Abbatis, & Monacho- „ rum Monaſterii S. Georgii Majoris Venetiarum Reliquias, „ nonnullas S. Gerardi Epiſcopi & Martyris, & Tertii ejus-

„ dem

„ dem Monaſterii Abbatis capſula plumbea incluſas, extrahi
„ fecit, easque præſentibus, & teſtantibus infraſcriptis gratioſe, & liberaliter eidem Monaſterio deportandas conceſſit, & donavit, anno & die quibus ſupra. Ad cujus rei perpetuam memoriam & indubitatam fidem hoc præſens ſcriptum fieri, & ejusdem Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi Domini Epiſcopi ac aliorum, qui præſentes fuerunt ſubſcriptionibus confirmari, & ſolito dicti Monaſterii ſigillo muniri fecimus.

IV. Poſt Sanctiſſimi Abbatis diſceſſum mœrentes Monachi, alium ſibi Patrem delegerunt Joannem Gradonicum, alium plane ab eo ejusdem inſtituti profeſſore Joanne Gradonico, quem non ſemel in Chronico virum Sanctiſſimum Dandulus appellat, quique a Baronio in annalibus ad annum 977. *eo nomine* commendatur, *quod corpora Tyranni* (Petri Candiani IV. Ducis) *atque Filii ejus ad macellum allata, & canibus projecta, ab oculis populi furentis ſubtracta ſepulturæ* (ad Monaſterium S. Hilarii) *tradenda curavit*. Laudati hujuſce Joannis geſta, & merita eruditiſſime contexuit Clar. Vir Amadeus de Luzzis Venetus Ordinis Minorum de Obſervantia in Libello, cui titulus: *Azioni del B. Giovanni Gradenigo Diſcepolo di S. Romualdo*, Venetiis typis edito anno MDCCXXXI. Memoriam quoque ipſius refert Martyrol. Monaſt. ad diem xx. Februarii his verbis: *In Sacro Monte Caſinate S. Joannis Gradonici Venetorum Illuſtriſſimi*.

V. Dominicus inde ſucceſſit anno MXXXVI. de quo præter nomen nihil poſterorum memoriæ præterea proditum fuit. Abbas hic prætermiſſus fuit ab Arnoldo Wione in ſerie Abbatum S. Georgii Majoris, quam inſeruit in adnotationibus ad vitam S. Gerardi Sagredo a ſe concinnatam, typisque editam Venetiis anno 1597. Recenſetur ab Ughello in Elencho Abbatum in Italiæ Sacræ Tom. V. in Epiſcopis Caſtellanis allato, atque in ms. catalogo ejusdem Monaſterii ab anonymo Monacho ad annum circiter 1443. efformato, ex quibus præcipue chronicas Abbatum notas, cum ex monumentis deficiant, eruendas eſſe putavimus.

VI. Juſtus ab Ughello ad annum 1051. appoſitus, in ms. catalogo, cui magis fidendum arbitror, anno 1056. alligatus, in Dominici locum ſuffectus fuit. Anno ejus regiminis ſecundo, Chriſti videlicet MLVIII. ad hanc Eccleſiam ſpirituali theſau-

ro

ro ditandam advectum fuit a Venetis mercatoribus ſacrum Divi Coſmæ Eremitæ corpus e Cretenſis Inſulæ ſpelunca erutum, cujus memorias, & translationem exhibet vetuſtiſſimum ms. in Monaſterii archivo adſervatum, in quo hæc leguntur:

VITA
SANCTI COSMÆ
HEREMITÆ & CONFESSORIS.

„ DIlectiſſimi, creator & amator noſter *nobis* providit, qui „ ſui diadematis precioſam gemmam Coſmam ſanctiſſi„ mum, quam alteri genti ſubtraxit, nobis licet immeritis, „ patronum piiſſimum ad honorem & ſalutem totius Venetie „ dedit. Hic etenim *natione Grecus in* Creta inſula, ſolita„ rie vite celſitudinem tenuit, (1) & *jejuniorum orationumque* „ exercitiis continuis *ſe maceravit deſiderio ad cæleſtia proficiendi*, ac vite labilis exoſas moras *relinquendi*, & ideo in„ fatigabiliter quam preſtolabatur, & ſitiebat, termino ſui „ laboris adheſit. *Die ſecunda menſis Septembris ingreſſus eſt* „ *viam omnis carnis*, *nempe mortuus eſt*, (2) *ut conſtitutum* „ *eſt*

(1) Quo tempore Sanctus hic floruerit, quove anno ad meritorum præmia evolarit, ignotum eſt, cum nulla alia de ipſo ſuperſint documenta; tamen ſi conjecturas captare licet, dicendum eſt circa annum Domini DCLVIII. in Domino obiiſſe. Ut enim allata enarratio teſtatur ex una parte, in Creta Inſula corpus Sancti Eremitæ quievit per annos cccc. & ex alia Venetias delatum fuit anno MLVIII. profecto conſtat ex annorum detractione (ut optime notat etiam Fortunatus Ulmus) cum prædicto anno 658. vel circiter mortalitatem exuiſſe.

(2) Ex immemorabili traditione ipſius Eccleſiæ S. Georgii, & ex Directoriis Eccleſiæ Patriarchalis Venetiarum colitur feſtum S. Coſmæ Eremitæ Conf. ad diem 11. Septembris; univerſus enim ſæcularis Clerus ejusdem Civitatis natalitia ipſius quotannis celebrat ſub ritu ſemiduplici, non tamen ad diem 11. Septembris, utpote ab anniverſario dedicationis Eccleſiæ Patriarchalis feſto

„ *eſt hominibus* . Nec ſolum vivens in corpore adinſtar plus
„ quam prophete converſationis humane ſordes , & maculas
„ exorruit , ſed eas exorruiſſe etiam poſtquam ad celeſtia trans-
„ latus demonſtravit . Nam ut quia vix aut nunquam vita ſocialis
„ ſine diverſis reatibus tranſigitur , exanimes etiam artus ſuos in
„ loco indifferenter omnibus acceſſibili teneri nullo modo pa-
„ teretur . Nam cum evidentiſſimis indubie ſanctitatis indi-
„ ciis , odor bonus , incolas ejus amore viventis & maxime
„ poſt obitum inflammaſſet membra ejus ſanctiſſima conti-
„ guum vicum devotiſſime cum ymnis & laudibus detule-
„ runt . Quia vero plerumque ſanctis devotio fidelium mini-
„ me placet quam vite melioris immutatio non commendat ,
„ nec eſt acceptabilis reverentia bonitatis , que a bonis mo-
„ ribus enerviter vacat , ſanctiſſimus , ut diximus , vir , quo
„ occulto neſcitur juditio , ſui corporis mutationem non li-
„ benter tulit , atque ſibi diſplicuiſſe evidenter aperuit . Per
„ aliquot enim annos vel ſiccitate , vel tempeſtatibus negatis
„ fructibus terre vehementer incole *fame* ſunt afflicti , do-
„ nec ad locum dilectum membra referrent , que tulerant
„ ſancte intelligentes ibi ſanctum ſuum velle recondi ſanctiſ-
„ ſimum corpus ubi non (ut diximus) indifferenter commu-
„ nis , ſed cauſa ſolius religionis eſſet fidelium temporibus cer-
„ tis acceſſus . Taliter expoſitus precioſi corporis theſaurus plus
„ profuit , & incolis venientibus , ac redeuntibus per annos fere
„ quadringentos fuit tutiſſimi patrocinii ſuffragium , ſed cum di-
„ ſponens omnia occulte , & juſte omnipotens Deus diu re-
„ motam , & ob hoc forte minus ſtultis carnalibus caram de-
„ votioribus vellet prodere , & largiri margaritam contigit
„ ex negociandi conſuetudine a Venetia navim exire , & ad
„ easdem partes venire . Omnes enim hec amore libertatis
„ paludes maritimas inhabitat , & pene ſola eſt in mundo ,

feſto impedita , ſed ad diem v. ejusdem menſis , officio hujuſce Sancti pe-ragendo aſſignata . Anonymo ms. authori , qui diem 11. Septembris emortualem Sancti Eremitæ aſſerit , conſentiunt Petrus de Natalibus lib. VIII. Catal. cap. XXXVI. Molanus in additionibus ad Martyrol. Uſuardi , Bellinus , Ferrarius , & alii ; Galeſinus vero in Martyrol. diem 11. Septembris non obitus , ſed translationis memoriæ conſecratam fuiſſe aſſert . *Venetiis translatio S. Coſmæ Eremitæ & Confeſſoris , cujus corpus Creta Inſula eo delatum eſt* .

„ que ſue nobilitatis antique mores, usque ad hec tempora
„ ſtudio laudabili retineat. Quia vero ſemel amore, ut dixi-
„ mus, libertatis acceſſibilia loca relinquentes maluerunt in
„ remotis paludibus habitare, & pacifice moribus & legibus
„ ſuis contenti vivere, quam duris exactionibus Regum vel
„ Principum deſervire injuſte rapientibus contiguis quibusque
„ nobilitatis ſue paulatim jure & prediis caruerunt. Et dum
„ bellorum facinus inclita pietate ſalubriter horret direpta
„ repetere, quia non ſine ſanguine poterat partim metu di-
„ vinitatis, partim quia quieti magis degere amant, nolue-
„ runt. Impavit ergo poſt hec commertii maritimi labores
„ rei familiaris occaſio. Et poſtquam fundatis urbibus man-
„ ſio, que prius ardua videbatur complacuit *apparatis* nauti-
„ co bona omnia terrarum convehendi facta eſt conſuetudo.
„ Tamen in dies melius proficiente *patria* gens eadem ne-
„ gotii terreni queſtus ad meliora convertit, & ubicunque
„ mercandi neceſſitas adduxiſſet *pignora* ſanctorum precio, ra-
„ ptu, vel furto, ferventiſſimo religionis amore frequentius
„ acquirere, & penes ſe reponere cepit. Ex cujus devotionis
„ merito tantum Venetie contulit divinitas propitia, ut qua-
„ ſi altera a contiguis nationibus frequentaretur Roma, dum
„ quod illa privilegium ſe gaudet habere de corpore Petri,
„ hec ſecundum modum ſui meruit de corpore Marci. *Et*
„ *propterea* alternantibus religionis ſtudiis concurſus ad Vene-
„ tiam *fit* vel Romam, (3) atque *inde* credit fidelis quisque
„ unius ſibi commodi exiſtere cauſam ſi alio magiſtri, & alio
„ diſcipuli *feſtum* veneretur tempore glebam. Quanta prete-
„ rea corporum ſanctiſſimorum pignora vel ante Marcum,
„ vel poſt Marcum meruerit *noſtrum* non eſt evolvere quan-
„ doquidem tanta ſunt, ut aliquis rudis inter eos vix valeat,
„ referentibus, atque venerantibus credere quia dignum fuit,
„ ut ſicut in Roma milibus Sanctorum cingitur Apoſtolus
„ primus, ſic in Venetia multis cingeretur Apoſtoli primi,
„ filius Evangeliſta ſecundus. Hujus glorie cupidine ferven-
„ tes in predicta navi Venetici Cretam venerunt, & nutu
„ Dei,

(3) Plurimos vel ſanctitate vel dignitatibus inſignes viros Venetias accedentes Divi Marci Evangeliſtæ exuvias veneratum exhibent Dandulus, Hagiographi Antuerpienſes, aliique, qui de rebus Venetis verba fecerunt.

„ Dei, in loco ſancti memorie contiguo appulerunt. Circum-
„ quaque cauſa negotii diſcurrentes hauſerunt auribus Coſme
„ glorioſi glorioſam famam, & ex ejus amore laudabilem con-
„ ceperunt pectoribus egregiis flammam. Semel & bis, &
„ multotiens ad ejus memoriam propoſuerunt venire, ſed im-
„ pedientibus negotii curis propoſitum tardabant explere.
„ Adeſt interea ſanctus in viſione uni eorum, & palam ju-
„ bet, ut Venetiis conceſſum a Deo, ſecum ferat corpus
„ ſuum. Ille revelationis tenorem ſociis indicat & ſimul hor-
„ tatur, ut multitudo fidelis ad referendas gratias cum mu-
„ neribus tante dignationi concurrat, & a Deo conceſſum
„ ineſtimabilis precii theſaurum ſuo corpore non perdat. Cum
„ igitur die conſtituta properarent ad ſanctam memoriam Ve-
„ netici, ut alacrius inſiſterent operi cepto miraculum pri-
„ mum demonſtravit dignatio ſancti. Devotionibus enim aliis
„ nudis pedibus placuerat ire, & amore ſancti prominentium
„ ſcopulorum punctiones non curare. Alii autem calciati mi-
„ nus ad hoc compunctis animis ibant alacri tamen intentio-
„ ne ſimul omnes velociter properabant. Mirum in modum
„ ſtatim, ut ad ſcopuloſa loca, que erant circa ſpeluncam
„ venerunt eis, qui nudis pedibus venerant nil ſentientibus,
„ & leviter euntibus, calciati ceperunt ſcopulis acutis gravi-
„ ter pungi, & vacillanti veſtigio vix poſſe portari. Indican-
„ tes alterutrum rei nove miraculum gaviſi ſunt Deo omni-
„ potenti gratias acclamantes, & hoc primo miraculo per in-
„ terceſſionem Beati Coſme proſperam navigationem ſibi ſi-
„ gnificari fideliter preſagantes. Accedunt deinde ſupplices ad
„ ſpeluncam, & oratione facta ingrediuntur per arctiſſimam
„ quam unius hominis vix capiebat corpus feneſtram. Inve-
„ niunt precioſum cum corpore precioſo ſarcophagum, in quo
„ uſque ad id tempus integrum pene ſervabatur quaſi parvo
„ ex tempore reconditum. (4) *Tranſlatum autem fuit ipſum*
„ *ſanctiſſimum corpus ad hoc noſtrum Monaſterium anno Do-*

(4) Hucusque antiquum ms. Ea quæ ſequuntur recentiori manu, ut ex diverſis caracteribus, diverſoque atramento conſtat, conſcripta ſunt, & quidem ab imperito viro adjecta fuiſſe videntur, ex erroribus, quibus ſcatent, *corpus* enim *ſanctiſſimum* non anno 1403. ut hic adnotatur, ſed anno 1058. Venetias ad Monaſterium S. Georgii advectum fuit, quod aperte teſtatur antiqua ſcheda, olim arcæ ſacri corporis affixa hæc exhibens.

„ *mini* 1403. *menſe Aprilis Indicione XI. poſt ipſius obitum* „ *ſanctiſſimum anno quadringenteſimo fere, ut ſupradictum eſt.* „ *Caput vero ipſius aliquantulum fractum in ejus corpore re-* „ *cluſum eſt, ut diligenter contuentibus patet. Nam caput ſibi* „ *appoſitum S. Felicis Confeſſoris eſt.*

„ Caput corpori annexum eſt caput Sancti Felicis Confeſ- „ ſoris per Sereniſſimum Imperatorem Karolum ad has oras „ apportatum : reconditum in Monaſterio hoc S. Georgii Ma- „ joris Venetiarum, cura ac diligentia R. P. D. Gerardi Pante „ Abbatis Monaſterii prædicti, Die 8. Menſis Octobris An- „ no Domini MCCCLXI. Caput vero hujus S. Coſmæ Confeſ- „ ſoris in ipſo corpore eſt.

„ Corpus autem ipſum prædicti Confeſſoris Beatiſſimi Coſ- „ mæ, collocatum fuit in hoc jam dicto Monaſterio, anno „ ab Incarnatione Domini MLVIII. Menſe Aprilis Indictione „ Undecima.

Vim augent veritatis ea, quæ in ms. translatione S. Pauli Martyris ad hoc Monaſterium facta leguntur : *Poteſt ſicut credimus de tali manſione gaudere : ubi conſociatus eſt Beatiſſimis Stephano Prothomartyri digniſſimo, Coſmæ atque Damiano Martyribus : necnon etiam Coſmæ Confeſſori Sanctiſſimo.* Si etenim translatio S. Pauli, Byzantio Venetias peracta fuit anno Domini MCCXXII. quomodo in ipſius enarratione enuntiatur deductio *Coſmæ Confeſſoris Sanctiſſimi*, qui perperam adnotatur advectus anno 1403. *Scriptor Translationis* S. Pauli, (ita prudenter Fortunatus Ulmus in annotationibus ad vitam S. Coſmæ, quam ex hoc ms. deſumptam typis edidit anno 1612.) „ Inquit inter cætera, loquens de Marino Storlato Conſtan- „ tinopoli tunc Præfecto, qui Religioſo operi favit. *Qui Do-* „ *minus Marinus pro eo, quod illius parentes ex antiquo apud* „ *Monaſterium S. Georgii tumulantur, & ipſe credit tumulari :* „ *diligit Monaſterium, & Confratres.* Contemporaneum Ma- „ rino Storlato, ac proinde memoratæ Pauli Martyris Trans- „ lationi, habes auctorem ex eis verbis ; *Ipſe credit tumula-* „ *ri, diligit Monaſterium, & Confratres.* Quare ſi An. MCCXXII. „ Coſmas ex oculato teſte in Templo noſtro jacebat : cui „ D. Paulus Martyr ſociatus eſt : Quomodo ad nos anno po- „ ſtea MCCCCIII. deductus ? Falſa itaque ad Manuſcriptum „ additio. Vera autem ſunt, quæ ſcheda profert. Debetur-

„ que

„ que ſane præcipuus Coſmæ honos ob adventus primas. „ Quippe etiam ante Prothomartyris Translationem ad nos „ deductum fuit. Jacet Corpus in Altari D. P. N. Benedicto; „ atque ipſi Eremitæ ſacro.

Jacentem ibi Sanctum Eremitam denotabat dyſtichon olim ad baſes columnarum ejuſdem Altaris inciſum.

Hic ſitus eſt Coſmas Cretenſis cultor Eremi
Quem meritis clarum ſigna patrata probant.

Cum vero carminum nugæ gravitati auguſti Templi minus convenire viderentur, iis abraſis, brevi epigraphe ſuppletum fuit: *Corpus S. Coſmæ Eremitæ Confeſſoris.*

Separata a reliquo corpore coluntur in argenteis Reliquiariis pars Cranii, & nonnulla ipſius Divi Eremitæ fragmenta; caput vero S. Felicis Confeſſoris, quod olim appoſitum fuerat (ut jam diximus) ad hoc corpus modo argenteo ſimulacro incluſum viſitur in Sacrario; de eo autem rurſus dicemus, ubi de Gerardo Pante Abbate mox ſermo erit.

VII. Urſus in locum Juſti Abbatis, qui ad cœlos evolaverat cooptatus fuit anno MLIX. ut notant antiquæ ſchedæ Monaſterii, qui a Petro Aurio ejusque filio Pulcro Cœnobii nomine paludem quandam ſeu jus piſcandi, aveſque captandi in ipſa palude recepit, prout fuſius in inſtrumento menſis Julii anni MLX. legitur per manus Leonis Diaconi Sagornini & Notarii in actorum codice exarato (B).

VIII. Juſtus hujus nominis II. Abbas in Archivo Monaſterii recenſetur ad annos 1063. 1074. & 1079.

IX. Placidus enuntiatur hujus Monaſterii Abbas ab Ughello, & aliis ad annum 1079.

X. Karimannus ad annum 1086. & ut ex Tabulario Monaſterii notant Ulmus & Wion. Eo regente Stephanus Gandianus bona ſui juris in Muriano poſita Monaſterio Sancti Georgii Majoris perpetuo poſſidenda donavit, oblationis tabulas menſe Aprilis anno MLXXXVII. complente & roborante Dominico Clerico & Notario. (C) Eas Tom. I. antiquit. Med. Ævi. pag. 899. exhibuit Clar. Muratorius, quas tamen cum in aliquibus licet levis momenti verbis ab autographo diſcordare noverimus, ideo utile putavimus, ipſas ex originali documen-

cumen-

cumento fideliter tranſumptas iterum in lucem proferre. Inſigne quoque donationis privilegium ad ampliandos hujuſce Monaſterii proventus detulit Vitalis Phaledro Dux Venetiarum; anno etenim MXC. menſe Julii ingentem redditnum vim ex terrarum domorumque proprietatibus provenientem *Monaſterio Beati Georgii* tempore Karimani Venerabilis Abbatis ampliſſima donationis *cartula* conceſſit, & tranſactavit, *quam ſcribere* ipſe Dux rogavit *Andream Presbyterum Martinacium Notarium & S. Johannis Baptiſtæ Plebanum*, a nobis hoc diploma tunc ignorantibus in Plebanorum ſerie prætermiſſum. (D) De bonis vero & Privilegiis ab Alexio Imperatore Venetis in grati animi teſtimonium elargitis fuſe ſermonem habet Anna Comnena ipſius Alexii filia in celebri hiſtoria geſtorum patris ſui *Alexiade* nuncupata.

XI. Ambroſius anno 1103. qui Monaſterium uno circiter anno adminiſtravit.

XII. Tribunus Memmius anno 1105. Cœnobii regimen ſuſcepit, cujus tempore Eccleſia S. Georgii inſigni & pretioſiſſimo ditata fuit theſauro, ſacris, nempe exuviis Sanctiſſimi Stephani Prothomartyris, quas a ſancta Syonis urbe Conſtantinopolim primum advectas, e regia urbe Venetias deinde tranſtulit anno MCX. Petrus S. Georgii Monachus, easque in veteris Templi ara principe Tribunus Abbas honorifice collocari mandavit. Celeberrimam hanc Translationem refert Dandulus in Chronico *lib.* IX. *cap.* XI. *par.* XI. his verbis:
" Anno Ducis (Ordelapho Phaledro) octavo æræ vulgaris
" 1110. (Ordelaphus enim, ut ait ipſe Dandulus, Ducale
" faſtigium aſcendit anno 1110.) corpus Beatiſſimi Stephani
" Prothomartyris a Hieruſalem ſub Conſtantino Auguſto Con-
" ſtantinopolim delatum Venetias transfertur; quia dum ela-
" pſis octo (in codice Ambroſiano legitur *novem*) annis Pe-
" trus Prior Sancti Georgii de Venetia ex juſſione Tribuni
" Abbatis in Conſtantinopoli cuidam Eccleſiæ ipſi ſubjectæ
" præſideret, divina revelatione ſcrutari cœpit, qualiter Cor-
" pus in Baſilica, quam ſæpius viſitabat, repoſitum poſſet au-
" ferre, & oratione profuſa Calogero cuſtodienti cum timo-
" re ſecretum cordis aperuit. Quo denique conſentiente ad
" Altare Sancti procedunt, & Archam lapideam, effuſa odo-

" ris

„ ris fragrantia, eximio cum labore frangunt, & capſam, in
„ qua corpus jacebat, inveniunt, quam absque onere auſe-
„ rens ad ſuam deportavit Eccleſiam; nec terrore Græcorum
„ flebiliter murmurantium tantum theſaurum Venetias de-
„ mandare auſus fuit tunc. Sed pacificato tumultu in quadam
„ navi, multis nobilibus ſociata, Venetias redeunte theſau-
„ rum oneravit, quod dum in periculo foret, ex voce divi-
„ nitus emiſſa navigantibus propalatur apud Maleum. Illi
„ autem corpori reverentiam cum ſupplicationibus exhiben-
„ tes a periculo evaſerunt. Dum igitur Venetias applicaſſent,
„ de collocando corpore ſedatis diſcordiis, in Monaſterio San-
„ cti Georgii ex generali collaudatione corpus devotiſſime
„ collocant, ſub cujus vocabulo innumeri Cives Scholam ce-
„ leberrimam perfecerunt, appellatumque de cætero fuit Mo-
„ naſterium Sanctorum Georgii & Stephani Martyrum, &
„ pro celebriori devotione perpetuis temporibus augenda de-
„ cretum extitit, ut Dux invitatus cum inſigniis Ducalibus
„ Veſperi & Miſſæ Feſtivitatis ejusdem debeat intereſſe, &
„ cum ibi affuerit, Abbas & Monachi honorificentias reali-
„ ter, & perſonaliter ei debeant exhibere, quæ tanto Domi-
„ no, & Patrono convenire videantur, & celebratis Veſperis
„ poſt reditum regalia Duci mittere non omittant, quæ om-
„ nia ex miraculis demonſtratis, & Græcorum Codicum aſ-
„ ſertione vera eſſe demonſtrantur. Cujus Sancti veneranda
„ Translatio VIII. Kalendas Junii devotiſſime celebratur.

Antiquus Monaſterii Codex ms. fuſiorem affert translationis hujus enarrationem, quam piæ lectorum curioſitati de verbo ad verbum ex autographo ms. deſumptam exhibemus:

DE

DE TRANSLATIONE
S. PROTHOMARTYRIS STEPHANI
De Conſtantinopoli in Venetias.

„ QUum de ſanctorum dictis vel geſtis aliquid ſcribimus, „ aut utcumque aliter agimus, vel qui de ſanctorum „ miraculis aliquam ſcientiam ſumere nitimur curare ſol- „ lerter debemus, ut vitia vitemus, & ſanctorum virtutes „ devoto corde, & ore imitemur. Si enim vitiis obſiſtimus, „ & ſi virtutum jura aſſequimur, tunc Chryſti militum, vi- „ te notitiam, notitie certamina, certaminum tolerantiam, „ tolerantieque miracula, & prodigia attentius colligimus, & „ ad eorum veſtigia ardentius tranſcendimus. Illorum autem „ fortia vel mira atque ſublimia Chriſtyano jure audimus: „ ſi per ea que de eis intelligimus, humiles eſſe diſcimus, „ & ſi eorum tolerantie adherendo, fortiores reddimur. San- „ ctorum namque campos quando ingredimur, quaſi de ſpi- „ nis roſas decerpimus. Omni ergo cura diſcretaque ſollici- „ tudine eſt procurandum, ut & quod redolet colligamus, „ & quod pungit caveamus, quia fortaſſis ſi improvide vite „ ſanctorum flores colligimus manus noſtra incaute colligens „ morum ſpina lacerabitur. Nunc his finem ponimus, & „ tranſimus ad id, de quo intendimus ne ſi de his prolixius „ egerimus animus fatigetur audientium. Optamus equidem „ aliquid de translatione corporis Sancti Stephani Prothomar- „ tyris, ſecundum noſtre ſcientie mediocritatem agere, quo- „ modo vel quo in tempore Conſtantinopoli in Venetias de- „ late ſint ejus glorioſiſſimi corporis reliquie. Attamen quo- „ modo translatum fuerit corpus ejusdem Prothomartyris Con- „ ſtantinopolim ex Hieroſolimis, prius breviter quedam in- „ terſerimus, ut ſic quaſi quibusdam argumentationibus, evi- „ dentius confirmetur quod dicimus. Nec eſt reprobandum „ vel infirmandum, ſi qua de Chryſti militum actibus im- „ meriti temptamus, quia & Saul etiam fuit in numero pro- „ phetarum. Nec eſt mirandum ſi inſcii & indocti de ſanctis

„ ma-

„ magna miraque aliqua ſcribendo tangimus, cum aſinam, „ irrarionale animal, rationabilia verba locutam fuiſſe noverimus. Sic igitur Dei Omnipotentis Miſericordia confiſi, „ animi noſtri devotam intentionem, non ſolum volentibus, „ verum etiam nolentibus patefacimus, & quando, & quo„ modo translatum fuerit Beatiſſimi prothomartyris Stephani „ corpus Conſtantinopolim a Hieroſolimis, ſuccincta brevi„ tate ſcribere incipimus.

„ Tum itaque Prothomartyris corpus in Syon ſancta eſſet „ repoſitum, fuit Hieroſolimis Alexander quidam de Senato„ ribus, qui cum ſummo ſtudio in ſue proprie poſſeſſionis „ predio conſtrui fecit quoddam oratorium. Quo diligenter „ expleto, mireque conſtructo, Alexander ille ſenatorius, „ adiit Johannem tunc Hieroſolimitanæ Eccleſiæ Epiſcopum, „ moribus digne preditum, mireque ſanctitatis virum, ro„ gans cum lacrymis, & gemitibus, pectoriſque obtunſioni„ bus, ut in oratorio ſuo condere dignaretur Chriſti Levite, „ primique Martyris corpus. Ideo enim oratorium illud fie„ ri juſſerat, & ut hoc fieret, a principio conſtructionis de„ votus mente diſpoſuerat. Johannes itaque Hieroſolimitanus „ Epiſcopus intuens Alexandri gemitus & lacrymas, conſi„ deranſque ejus pectoris ſuſpiria condeſcendit, & fecit quod „ flagitaverat, & in loco illo repoſuit Protomartyris Stepha„ ni ſacratiſſimas reliquias. Hoc expleto vix quinquennio pe„ racto, graviter infirmatus fuit Alexander Senator. Qui jam „ finem vite ſibi adeſſe ſentiens ſeque a Deo vocari preſciens „ Eccleſiam ſibi fecit heredem, partem pauperibus tribuens, „ partemque conjugi ſue Juliane nomine relinquens. Poſt „ hec Johannem prefatum Epiſcopum ad ſe vocavit & ut „ eum juxta corpus Prothomartyris tumularet admodum po„ ſtulavit. Quid ergo? Alexander moritur, immo vocatus „ tranſit ad Dominum; & ut exoraverat ab Epiſcopo recon„ ditur.

„ Interea per quinque annorum curricula Juliana que Ale„ xandri uxor fuerat a nonnullis principibus inquiſita, ut alio „ viro copularetur, fuit fatigata. Illa autem ut Deo ſerviret, „ malebat manere vidua, quam alicujus conjugii aſſumere „ copulam. Timens tamen ne aliquis ſibi reſpuenti & obſi„ ſtenti aliquam inferret contra votum violentiam, aut inju-

„ riam. Hoc ſalubrius eſſe excogitat, & quietius ſatis eſſe exiſtimat, ſi corpus conjugis ſui excipiat, & illud Conſtantinopolim deſerat ad ſui juris propria. Erat profecto indigena genere illuſtriſſima, honoribuſque excellentiſſima, & facultatibus famoſiſſima. Conſilium igitur quod ſola iniit, quod ſoli menti ſue prius credidit, totum Cyrillo Hieroſolimitano Epiſcopo Johannis ſucceſſori aperuit, & ut conjugis ſui corpus ſibi concederet flebili prece expetiit aſſerens ſe velle illud deferre Conſtantinopolim. Quo audito quod expetierat prorſus denegatur ab Epiſcopo Cyrillo. Juliana vero quia conſequi non potuit quod voluit, domum triſtis rediit, & tamen, ut id facilius perficeret, laborare ſtuduit. Nam patri ſuo Conſtantinopolim illico literas deſtinavit, & quid vellet quidve optaret, diligenter intimavit, & quod Cyrillus ſuis precibus non conſenſiſſet, revelavit, ut idem litteras Conſtantii tunc Imperatoris Cyrillo dirigeret exoravit. Quibus intellectis quod depopoſcerat nequaquam poſſet denegari. Quid ultra? Preceptum Imperatoris litteris & ſigillo Cyrillo dirigitur. Quo viſo, ut tollat viri ſui corpus Juliane conceditur. Juliana itaque nullius more intercipiens ſpatium cum Epiſcopo acceleravit ad perficiendum diu expetitum deſiderium & ſperans ſe mariti ſui tollere loculum: amplexatum ſuſtulit loculum, in quo erat repoſitum Prothomartyris corpus. Ecce tunc triſtis leta redditur, valeque dicto preſuli cum non ſperato corpore gaudens propere graditur. Tantus autem theſaurus diu non latuit, Sanctorum gemma, martyrum corona, atque diadema, totiuſque Eccleſie ſemper lucens lucerna diu celari non potuit. Angeli enim in itinere celeſti laude inceſſanter reſonabant, & odor quaſi omnium unguentorum ſive aromatum, atque omnium ſpetierum flagrabat. Immundi etiam ſpiritus, ſe tranſitu corporis Prothomartyris vehementiſſime cruciari conclamabant. Preterea demoniaci non nulli curabantur, & quotquot infirmi afferebantur, invocato nomine Sancti Stephani protinus ſanitati reſtituebantur. Quid multis immoror? Corpus non Juliane mariti, ſed Sanctiſſimi Stephani Conſtantinopolim ducitur, & totius rei ſeries, & veritas, Conſtantio Imperatori ardentiſſime ſciſcitanti aperitur, & corpus ab Imperatore, & Euſebio Conſtantinopolitano præſu-

„ le

„ le dignis laudibus, & hymnis ſuſcipitur, & in loco qui
„ Conſtantiniana dicitur, ab eis digne mireque reconditur.
„ Manſit autem ibi repoſitum, orientalibus inde tripudianti-
„ bus, usque ad Alexii Imperatoris Imperium. Quia vero quo-
„ modo translatum fuerit corpus Beatiſſimi Stephani a Hie-
„ roſolimis Conſtantinopolim breviter inſeruimus, ut luci-
„ dius & certius ſit illud de quo intendimus, nunc ad ipſius
„ rei noſtre narrationis exordium ſtilum vertimus.

„ Tempore igitur Alexii Imperatoris Monachus quidam
„ Veneticus Dei Sacerdos nomine Petrus, manebat Conſtan-
„ tinopoli, quem illuc deſtinaverat ſuus Abbas Venetie Ri-
„ voaltenſis Sancti Georgii. Habet enim ibi Monaſterium il-
„ lud usque ad preſens Eccleſiam, & predia. Habet & quam
„ plura alia beneſitia, ob quorum cuſtodiam Fratri illi ma-
„ nendi illic injuncta fuit obedientia. Et merito talis mitti-
„ tur jureque hujusmodi cura tali committitur. Nam Abbatis
„ ſui obtemperans monitis, Monaſteriique cure intendens,
„ & commodis nil prorſus ſibi reſervabat proprii, nec pote-
„ rat ullis adverſis conteri, nec extolli proſperis. Hic Con-
„ ſtantinopoli commorans per longa temporis ſpatia frequen-
„ tabat Beati Prothomartyris Stephani Eccleſiam dignam lau-
„ dibus & precibus exhibens reverentiam. Interea dum hec
„ ageret divine pietatis gratia ſuggerente cepit mente revol-
„ vere ſi quomodo poſſet tam precioſi corporis theſaurum ac-
„ quirere. Cum vero hoc ſepe per dies aliquot excogitaret,
„ & dum cordis ſui tacitam rem ſepe inveſtigaret, nec ali-
„ cui aliquid ſui ſecreti timens intimaret, tandem divinitus
„ a Deo confortatus viriliter agens taliter ad id cepit inſu-
„ dare. Semper enim quandocunque ad Eccleſiam Protho-
„ martyris pergebat, oratione completa pedibus cuſtodis ſe
„ volvebat, & ut pro ſe oraret, flebiliter eum depoſcebat, &
„ prius quam rediret, ei aliquid benedictionis offerebat. Mul-
„ totiens etiam ſecum cibos portabat & cum eo guſtabat.
„ Quod faciendo eum indiſſolubiliter ſibi aſſociavit, & quaſi
„ domeſticum ſibi affectavit, & velud unanimem illum ſibi
„ conformavit, At ubi Petrus Monachus cuſtodem ita ſibi
„ vinculo dilectionis colligavit, rem tacitam & optatam ſic ei
„ aperire temptavit. Tu pater, inquit, quia ſapiens es, ſa-
„ pientibus, & inſipientibus debitor es; Unde audi me fi-

„ lium ſimplicem quia cupio tibi quoddam ſecretum aperire,
„ ſi tamen illud prius promiſeris celatum cuſtodire. Reſpon-
„ dit cuſtos dicens: Quicquid dixeris paterne audiam & cela-
„ tum quaſi inauditum cuſtodiam. An non credis, quod te
„ diligamus? Cui Monachus: Da mihi inquit, corpus Sancti
„ Prothomartyris Stephani, & ego dabo tibi quicquid expe-
„ tieris, & mecum in Venetias ſi veneris, ibi nec honore,
„ nec divitiis carebis, ubi non amplius cuſtos, ſed pater &
„ dominus eris. Cumque cuſtos hec intelligeret talia ſtupefa-
„ ctus refert. Unde Monache tibi tanta temeritas? Unde tibi
„ tanta indocta ſimplicitas? Unde tibi tam execrabilis crudeli-
„ tas? Me quippe certa lege vis damnare, quia civitatem re-
„ giam vis tanto patrono privare, me cupis morti digna
„ ſententia deſtinare, eo quod optas Imperatoriam majeſtatem
„ tanto interceſſore expoliare. Audiens hec Monachus, geni-
„ bus cuſtodis ſe volvebat, preces cum ſuſpiriis ei fundebat,
„ & ne ſibi turbaretur, cum gemitu, & planctu depoſcebat,
„ & eum alloquendo, hec verba addebat: Nolo quidem pa-
„ ter te morti tradere, ſed volo te de paupertate, qua con-
„ ficeris, eripere, & volo te honoribus & divitiis magnis
„ eſſe inſignem. Eſt & hoc aliud, quod, ut credo, erit Deo
„ dignius, ſuoque Prothomartyri venerabilius. Tanta eſt
„ enim hujus Imperii excellentia, quod martyr eximius in
„ hac urbe nulla excolitur reverentia. Si igitur tranſlatum
„ fuerit corpus in Venetias, ibi erit populorum confluentia,
„ ibi erunt ſolemnia, & feſta precipua, ibi martyr excoletur
„ debita reverentie gloria, & tibi pater erit ſublimitas, atque
„ magna divitiarum copia. Cuſtos ubi hec audivit, iterum
„ magis obſtupuit, & graviter doluit, & cum immenſo gemi-
„ tu, tale reſponſum Monacho protulit. Tace jam & ceſſa,
„ & amplius ne loquaris talia, quia tua & mea, que inde emi-
„ nent profutura non procuras pericula, fruſtra proculdubio
„ michi promittis premium, nullo modo valenti, ſi facerem,
„ vitare ſupplicium. An neſcis quod Sanctus iſte Stephanus ſo-
„ tius Apoſtolorum fuerit? An ignoras, quod iſte inter ſe-
„ ptem diaconos ab Apoſtolis ordinatos primus extiterit? An
„ dubitas quod iſte primus ante omnes proprio ſanguine ſuo
„ Eccleſiam decoraverit? Iſte primus meruit Chriſtum in mor-
„ te ſua imitari, cum pro perſecutoribus ſuis exoravit. Iſte

„ cum

„ cum lapidaretur a judeis celos apertos & Jeſum ſtantem a
„ dextris Dei patris potuit contemplari. Hoc etiam orante
„ Saulus, ut converteretur fuit excecatus. quia hoc orante
„ ut baptizaretur, fuit illuminatus. Hoc orante de Saulo fa-
„ ctus eſt Paulus. Hoc orante perſecutor conſecutus eſt oran-
„ do Apoſtolatus primatum. Quid igitur fieret, ſi Imperator
„ aut Imperii optimates vel plebs nós hoc velle ſaltem ſenti-
„ ret? His auditis Monachus nullo terrore concutitur, ſed
„ ferventior, & conſtantior redditur, talique reſponſo cuſto-
„ dem alloquitur. Que dicis cuncta novimus, & ea multoque
„ plura de illo cotidie legimus, & omnia venerando credi-
„ mus. Ibi namque frequentabitur reverentius precibusque &
„ muneribus non ſolum a Veneticis, verum etiam a cunctis
„ occidentalibus. Et in Venetia primus Martyr Apoſtolum
„ Marcum ſanctiſſimum primum Evangeliſtam ſotium prome-
„ rebitur. Cum talia Monachus de die in diem ageret, & ipſi
„ cuſtodi non ſine ſingultu preces funderet, eique multa da-
„ ret, pluraque promitteret, & cum jejuniis, & helemoſinis
„ atque orationibus Deum adjutorem ob id depoſceret; factum
„ eſt divinitus, quod quadam die cuſtos ad ſe Monachum vo-
„ caret, atque inter cetera ſic affatus eſt, eum audire illud
„ deſiderantem. Hactenus Frater ſimul verba habuimus, &
„ tibi blandienti & exoranti, nulla niſi dura & aſpera retuli-
„ mus, nunc hujusmodi cauſationes penitus poſtponimus Deo
„ & Sancto Stephano totum committimus tue flagitationi tuis-
„ que ſingultibus & lacrymis uberrime fluentibus; tuisque ſu-
„ ſpiriis condeſcendimus. Habebis quidem corpus Prothomar-
„ tyris, quod expetis, ſi tamen illud per aliquod tempora
„ celaveris, & ſi prius te ſic facturum firmiter ſpoponderis. Vix
„ verbum a cuſtode finitur, & Monachus ſtatim quaſi exanimis
„ pre gaudio efficitur, & jacens in terra per longum hora-
„ rum ſpatium diu ſiſcitatus vix erigitur. Poſtquam vero de
„ terra ſe erexit ſtatim in partem eccleſiæ, in qua omnia il-
„ la tractabantur, perexit, & in pavimentum ſe projecit &
„ hanc orationem ad Dominum cum fletu fecit: Domine Je-
„ ſu Chriſte Fili Dei vivi, qui humilis videbaris mundo in
„ carnis infirmitate, & ſuper omnes manebas in divinita-
„ tis majeſtate, qui mundo loquebaris ex humanitate domi-
„ nans ei ante ſecula ex divinitate, qui es homo ſine pecca-

„ to,

„ to, humani generis reſtaurator, tu qui es Dei & hominum
„ mediator, digneris Venetiam illuſtrare preſencia glorioſiſſimi
„ Prothomartyris Stephani, ſicut eam patrocinio corporis Beati
„ Marci Apoſtoli & Evangeliſte decoraſti, tecum patris coo-
„ perante, indiviſibili majeſtate, in Spiritu Sancti unitate,
„ cui eſt laus, honor, & imperium, & gloria in ſecula ſe-
„ culorum. At ubi orationem finivit, illico ad cuſtodem re-
„ diit, & pedibus ejus ſe volvit, blandiendo ſibi amplexibus,
„ & oſculis, & ſe facturum ficut expetierat, indubitabiliter
„ promiſit. Hisque illum alloquitur verbis: Pater ineſt mi-
„ chi adhuc vehemens anxietatis anguſtia, qui fere me exi-
„ nanivit tuorum verborum duritia, unde ut me ſoſpitatique
„ reſtituas, quod promiſiſti ſine ulla temporis dilatione tri-
„ buas michi: Vel ſi nunc dilatandum eſt, quia dies eſt, cer-
„ tam noctem, certamque noctis horam dandi & tollendi mi-
„ chi conſtituas. Quid plura? Certa nox eligitur, certa no-
„ ctis hora conſtituitur. Ad ſtabilitum igitur tempus Mona-
„ chus illuc venit: cuſtodem paratum reperit, & ambo ſimul
„ proceſſerunt pedetentim usque ad altare Sancti Stephani
„ quaſi perterriti. Cumque ante altare veniſſent & locum ar-
„ ce, ubi corpus erat, conſpexiſſent, Monachus in terram
„ proſtravit ſe cum gemitu, & planctu, & hanc orationem
„ ad Dominum fundens ait: Deus Pater Omnipotens, quem
„ Deum recte credo, quem tota animi intentione diligo, cu-
„ jus divine majeſtatis lucem luculentiſſimam humano aſpe-
„ ctu conſiderare non ſufficio niſi divina donante clementia
„ juſticie, fidei, & dilectionis ſplendore illuſtratus fuero. Et
„ tu Deus Patris fili unice, Deus de Deo, lumen de lumi-
„ ne, qui cum Patre & Spiritu Sancto, ab utroque proceden-
„ te, non ſimul, ſed unius ejusdemque es ſubſtancie, & tu
„ Deus qui es trinus in perſonis, & unus in eſſentia deita-
„ tis, qui es cordium & rerum ſcrutator, meſtorum conſola-
„ tor, qui es naturaliter & non accidentaliter pius, & ipſa
„ pietas, juſtus & ipſa juſticia, miſericors & ipſa miſericor-
„ dia, qui es via, veritas, & vita, qui preſcis omnia ante-
„ quam fiant, exaudi me miſerrimum, atque humillimum,
„ comple & concede michi mei voti meeque devotionis diu
„ expectatum deſiderium, ex quo, & per quem, & in quo
„ ſunt omnia in ſecula ſeculorum. Conſecutiva oratione

„ per-

„ peracta ambo acceſſerunt ad archam Prothomartyris. Prius
„ tamen quam opere inſudarent, ſic Monachus cepit exora-
„ re: Stephane Prothomartyr Beatiſſime, corona & ſydus mar-
„ tyrum, & ſanctorum omnium eximium, aſpice lacrymas
„ amborum hic aſtantium, intende & fave propitius precibus
„ & deſideriis humilium. Hec civitas gaudeat, & ſibi ſuffi-
„ cere gloriantur aſſerat. Letetur Oriens. Letetur & Gretia,
„ quod eis conceſſa eſt Imperii excellentia, & de cetero co-
„ ronetur Venetia de tui corporis preſentia collata ſibi glo-
„ ria, cunctique Occidentales leti, tua ſolatia ſentiant, vi-
„ deant prodigia tuiſque ſuffragiis adiuti conſequantur eter-
„ ne hereditatis premia. Finita ergo prece non differunt, la-
„ borare ceperunt, murum caute & laborioſe fregerunt, fran-
„ gentes archam conſpexerunt, quam rumpentes capſellam,
„ in qua corpus erat, viderunt, eamque cum corpore tule-
„ runt. Quo facto Monachus domum rediit, capſam cum cor-
„ pore ſecum detulit, & nil oneris, ac ſi nil detuliſſet, ha-
„ buit, & ſic corpus ſervandum digne usque ad octo anno-
„ rum tempus celatum tenuit, ſicut cuſtodi ſpopondit, ſi quis
„ ſcire queſierit, cum non poſſit referri, ſufficiat credi quan-
„ ta pro certo tunc mira odoris flagrantia reſpiraverit. In
„ craſtino autem Monachus ad cuſtodem remeavit, eique quin-
„ gentos bizantios aureos perperos donavit, locum fractum ita
„ callide, & aſtute reparavit, quod nil conjecture exhib ite
„ rupture remanſit. Ab ea die usque ad tempus ſancitum ſe-
„ pedictus Monachus cura, qua potuit, corpus ſantiſſimum ſo-
„ lus & tacitus die noctuque excoluit. Quam rem ſicut opor-
„ tuit, omnes preter ipſum ſolum latuit, & interim ſi quid
„ debite laudi deſuit, jejuniis & helemoſinis ſupplendo exhi-
„ buit. O quanta fuit furti illius probitas, in quo nulla repe-
„ ritur peccati malignitas. O quam furtum beatum quod mi-
„ nuit, & non auxit reatum. Mira res! novit furari, unde ha-
„ buit gloriari, & non damnari aut calumniari. Aſtutia ejus
„ furis nullius legis terrore concutitur, aut juris potius docu-
„ menta confert ſalutis. Inde enim fur a cunctis mortalibus
„ laudatur, & nullis legibus redarguitur, aut accuſatur & Ve-
„ netia furti hujus diademate coronatur, & ubique terrarum
„ digna laude predicatur. Quia igitur jam explicuimus quo-
„ modo Monachus corpus beatiſſimi Prothomartyris acqui-

„ ſie-

„ ſierit, nunc dicendum eſt, quomodo illud in Venetiam „ detulerit.

„ Temporis tunc pactione Monachi peracta, quam cum „ cuſtode pepigerat, quedam navis non preter ſolitum Con„ ſtantinopolim iverat, in qua erat Veneticorum nobilitas, „ juvenum amenitas, auri argenti aliarumque precioſarum di„ vitiarum affluentia. Cum vero viri navis rectores parati eſ„ ſent ad reditum Monachus perexit ad nauclerum, rogans „ ut in navi ſuſciperet illum, & hoc idem intimavit cunctis „ navis conſortibus, viriſque nobilibus, aſſerens ſe velle vi„ ſitare ſuum Monaſterium. Quod nauclerius & ejus conſortii „ quando audierunt inde alacres illico conſenſerunt, & roga„ ti ſe rogantem, navim intrare rogaverunt. Nam ab omni„ bus diligebatur, & ab omnibus quaſi pater tenebatur, quem „ cuncti caritativo affectu venerabantur. Nam itaque acqui„ ſita vehuntur in navim Monachi omnia, & inter cetera ve„ hitur arcella funibus ſummopere circumligata, & circum„ ſtricta, quod factum credebatur ob divitiarum copiam, ubi „ corpus Beati Stephani erat. Et vere ibi divitie latebant, „ quam divitias hujus mundi precellebant. Que arcella cum „ vehebatur vix a quinque hominibus magnarum virium por„ tabatur, unde miraculum digne notatur. Monachus quippe „ quando corpus abſtulit, ipſe ſolus ſenex, ſenioque confe„ ctus, capſam cum corpore ab Eccleſia usque domum ſuam „ detulit, & nil ſenſit oneris cum fuerit portanti plurimum „ itineris, & tunc arcella illa non ſine gravi labore vix a quin„ que viris potuit in navim deferri. O quanta eſt, Fratres, „ Dei potentia, qui eſt mirabilis in Sanctis ſuis, qui ſolus „ facit mirabilia. O quanta ſunt hujus Prothomartyris meri„ ta. Potuit unus Monachus jam decrepitus id portare ſine „ ullo pondere, quod viri quinque vix potuerunt ferre, ma„ gno etiam fatigati onere! Poſtquam navim magnis divitiis „ oneraverunt conſortii omnes navim intraverunt, ſenem Mo„ nachum, ut intraret juverunt, & quia ventus erat ſecun„ dus, vela ſublevaverunt, & iter agere ceperunt, & per ali„ quot dies velis ducentibus maleum attigerunt. Quo ubi „ pervenerunt, ſubito nimie tempeſtatis infortunia ita eis ſu„ pervenerunt, quod mens ac conſilium a memoria eorum „ abſceſſerunt, & corporis vires eis tabuerunt. In ea enim

„ tem-

„ tempeſtate venti inter ſe furioſe pugnantes navim undique „ conquaſſabant, & maris fluctus ferventiſſime intumeſcebant, „ & inter ſe contrarii hinc inde ſe proſiliebant, quod contra „ ſpem ſalutis navim ſubmergebant. Tunc utique videbatur „ nautis pre turbine, quod celum caderet, & terra aſſurge- „ ret. Nec mirum quoniam preter illa & alia quam plurima „ eis inerant pericula. Orando enim dare eos feriebat, plu- „ via madefaciebat, tonitrua perterrebant, fulgura coruſcan- „ do vix videre permittebant. Hiis infortuniis per triduum „ continue furentibus temones franguntur, anchore perdun- „ tur, & omnia fere alia navis neceſſaria ita conteruntur, „ quod navis relinquitur, quaſi truncus. Proh dolor quantus „ tunc fuit dolor & gemitus, quanta miſeria, quantus clamor „ cum lacrymis, quanta deſperationis triſticia. Omnes com- „ muniter unam vocem doloris habebant, omnes oculos ad „ celum erigebant, Deum ſibi tantum afore propitium de- „ poſcebant, quia penitus de vita diffidebant. Sic nautis la- „ borantibus & evadendi prorſus nullam ſpem habentibus in „ tertia die hec vox lapſa de celis auditur ab omnibus: In „ iſta navi eſt corpus Sancti Stephani Prothomartyris. Quam „ vocem cum audiunt omnes amirantur, & quis eorum poſ- „ ſet habére corpus Sanctum celeſti voce revelatum inter ſe „ ſiſcitantur, & tandem quod Monachus illud haberet, ſu- „ ſpicantur. Unde quidam illorum ſtatim ad Monachum fe- „ ſtini precurrerunt, & ſi corpus a Deo revelatum haberet, „ ſingultuoſa voce exquiſierunt. Quibus ille ſcitote, inquit, „ quia corpus illud ſanctum, de quo queritis, non habeo, „ ſed ligni crucis Domini noſtri Jeſu Chriſti, & Jacobi Apo- „ ſtoli & Plathonis Martyris aliquantulum reliquiarum me ha- „ bere perhibeo. Illis Monachum ſic adhuc ſiſcitantibus om- „ nes alii ſimul confluxerunt modo precibus, modo minis, & „ terroribus corpus celeſti voce manifeſtatum, ei expetierunt. „ Dicebant enim: Si ſponte & ſtatim corpus Sancti Protho- „ martyris non manifeſtaveris, & ſi locum ubi ſit abſconſum, „ ut eum pro inſtanti periculo mortis exoremus nobis non „ oſtenſeris, omnia tua perſcrutabimus, & ſi te negante, il- „ lud invenerimus, tibi eum tollemus, digneque venerabi- „ mus, & te in mare jactabimus. His auditis timens Mona- „ chus vim ſibi inferri, nec volens corpore ſibi ablato, ma-

„ re immergi, ſic eis loquitur voce humili. Verum eſt,
„ quod vox de celis hodie inſonuit, verum eſt, quod dici-
„ tis. Hic proculdubio eſt, quod queritis in archa iſta, funi-
„ bus ſtrictum circumligata latet corpus Sanctiſſimi Stephani
„ Prothomartyris. Cumque hoc dixiſſet, omnes protinus ſe
„ diſcalciant, & ante corpus proſtrati nudis pedibus fundunt
„ Deo preces, & lacrymas, & Sancti Prothomartyris, & athle-
„ te Dei depoſcunt ſuffragia, quatenus patrocinio ejus immen-
„ ſe tempeſtati darentur remedia, & vite jam perdite adeſ-
„ ſent, vivendi ſolatia, & ſurgentes offerunt munerum co-
„ piam. Ad hec nullo mortalium exigente, ſed ſolo Deo (ut
„ credo) ſuggerente; jurant omnes ſe de corpore nullam vio-
„ lentiam volentibus inferre, ſe pro poſſe defenſuros, & cor-
„ pus Sancti illud in Monaſterio Sancti Georgii in Venetiam
„ Deo annuente delaturos. Quo facto tanta repente facta eſt
„ aeris ſerenitas, & maris ventorumque tranquillitas, quod
„ humana ſimplicitas magis ammirando obſtupeat, quam di-
„ cere ſufficiat. Ecce mira, ecce ſtupenda! Vox Patris de ce-
„ lis intonans Chriſtum cum baptizaretur Dei filium eſſe te-
„ ſtificando aſſeverat, & vox de celis inſonans Chriſti athle-
„ te fortiſſimi Prothomartyris corpus revelat. Chriſtus mi-
„ perat mari, & ventis] &] obediunt ei, & tempeſtas ma-
„ ris, & ventorum ſedatur Prothomartyris ſuffragantibus me-
„ ritis, & de vita diffidentes vite ſoſpitatique ſunt redditi.
„ Fiunt igitur naute alacres de corpore declarato ſibi divini-
„ tus, atque conceſſo. Cupientesque erga omnipotentem Deum
„ & ipſum Beatiſſimum Prothomartyrem Stephanum pro tot
„ tantiſque ſibi, & Venete urbi collatis muneribus ac bene-
„ ficiis mentis ſue gratitudinem, ac devotam cordis prompti-
„ tudinem apertis inditiis declarare, jurejurando, ac ſolemni
„ ſe voto ligantes ſpondent omnes, quod ubicumque ejuſdem
„ Prothomartyris corpus collocaretur, tenerentur omnes di-
„ ſcalciatis ire pedibus, ſcholamque ibi & fraternitatem in
„ Dei & ipſius honorem facere, ſingulisque annis in feſto
„ hujus inventionis & translationis corporis ſui, cum lumi-
„ nariis accenſis predictam ejus Eccleſiam, ac corpus inviſe-
„ re, atque ad eandem Eccleſiam charitatem & elemoſinas
„ facere. Quapropter omnes infraſcripti qui in eadem navi
„ fuerant, hoc eſt Dominicus Baſſedellus nauclerius, & Joan-

„ nes

„ nes Aurius Piniſſes, ac Dominicus Polani Imperialis proto„ nobiliſſimus, cum Petro Polano filio ſuo, Urſus Baduarius, „ & Johannes Michael de confinio Sanċti Caſſiani, Petrus „ Michael de confinio Sanċti Leonis Pape, Delphinus cum „ Petro filio ſuo, Phaletrus de confinio S. Thome, Juſtinia„ nus de confinio Sanċti Pantaleonis, Dominicus Campulo „ de rivo Apoſtolorum, Otho Urſoiolus, Petrus Contarenus „ de rivo Curtis, Joannes Michael filius condam Petri Mi„ chaelis Judicis, Vitalis Baſilius cum Othone Fratre, Bar„ ba Armatus, Johannes Maurocenus filius Stephani Mauro„ ceni de confinio Sanċti Mauri, Stephanus Michael, Mari„ nus Ardizonus, Aurius Dandulus de confinio Sanċti Luce, „ Aurius Vilioni de confinio Sanċti Matthei, Andreas Mi„ chael de capite rivi Sanċti Pauli, Ercius Delphinus de con„ finio Sanċti Silveſtri, Dominicus Maurocenus de confinio „ Sanċti Pauli, Dominicus Salomon de Buriano, Stephanus „ de Arbore, Joannes filius Tribuni Andreadi, Petrus Scan„ dolarius de rivo S. Jacobi de Luprio, Joannes filius Joan„ nis Sulmuli, Petrus Gradonicus de confinio Apoſtolorum, „ Dominicus Michael de confinio S. Marie in Aſſumptione, „ Urſus Maſtropetro Clericus, Joannes Sanudo de confinio „ Sanċti Joannis Confeſſoris, Dominicus Leo de confinio San„ ċti Cantiani, Dominicus Bonoaldo de Gemino de confinio „ Sanċti Joannis Baptiſte, Petrus Vidoſo, Petrus Tarviſanus „ de rivo Buſſiniaco, Bonus Dandulo de confinio Sanċti Lu„ ce, Vitalis Batiauro cum Andrea Batiauro de Amniana, „ Leo filius Joannis Phaletri Judicis, Joannes Lauretano de „ Metamauco, Joannes Senaduri de Equilo, Joannes Macia„ niano de rivo Curtis, Petrus filius Vitalis Dauro de Tor„ cello, Michael filius Andree Michaelis de rivo S. Pauli, „ Joannes Inzinopo, Vitalis Cornarius, Dominicus Memo, „ Petrus filius Tribuni Gritioſi, Henricus Navigaioſo, Joan„ nes Sirano, Joannes filius Martini Phaletri de confinio S. „ Vitalis, Rainaldus Tarviſanus, Joannes Uvaldo de Vigon„ za, Rodaldus Tarviſana Gaſtaudeſſa cum Pagano cognato „ ſuo, Petrus Ferarenſis, Bernardus Papienſis, Rugerius Ar„ dizonus, Nicola Maſtropetro, Vidigna Auria, Corbina Ge„ no, Conſtantinus Scandolare, & Joannes Othonis Urſoioli. „ Cum omni devotione ac cordis deſiderio rogaverunt vene-

„ rab. virum Petrum Reginum Plebanum Eccleſie Sancti Apo-
„ ſtoli Matthei, & Notarium publicum curie Palatii Vene-
„ tiarum, qui ſecum erat in jamdicta navi, quatenus ſingula
„ ipſorum nomina ſubſcriberet ad confirmandam predictam
„ ipſorum ſcholam ac fraternitatem in honorem Domini Je-
„ ſu Chriſti, & ipſius Prothomartyris Stephani, & quod ſin-
„ gulo quoque anno in feſto predicte ejus inventionis & trans-
„ lationis, quod eſt ſeptimo Kalendas Junii inſimul conveni-
„ re teneantur, & charitatem inter ſe facere ſecundum quod
„ voluerint, eisque videbitur, ac Miſſam pro animabus ſuis
„ cantari facere in honorem Dei, & Sancti Prothomartyris
„ Stephani. Nec non quod in die Kalendarum cujusque men-
„ ſis teneantur duas Miſſas celebrari facere, alteram pro vi-
„ vis, & alteram pro defunctis. Inſuper, quod quum aliquis
„ ex prefate ipſorum fraternitatis & ſchole fratribus obierit,
„ teneantur ad primum, ſeptimum ac triceſimum, cum ſuis
„ cereis & pecuniis ſeu denariis, ejus ſepulcrò preſentes aſſi-
„ ſtere. Poſt hec autem dantes vela ventis tranquillumque
„ mare ſulcantes, ſavente Domino ac Beato Prothomartyre
„ Stephano, ad Venete tandem urbis littora felici navigatio-
„ ne perveniunt. Statimque miſſis ad Ducem & Senatum,
„ nuntiis ſecum declarant adeſſe corpus Beatiſſimi Prothomar-
„ tyris Stephani, quo accepto nuntio exultant omnes in Do-
„ mino, fitque gaudium in univerſa plebe, ac paratis ſolem-
„ niter navibus alacres ac devoti Beato corpori occurrunt. Et
„ ecce in primis inclytus & glorioſus Dux Ordelaphus Phale-
„ drus vir magnanimus, devotus, ac prudentiſſimus, juvenis
„ quidem etate, ſed ſenex moribus. Ecce & Joannes Grado-
„ nicus Gradenſis Patriarcha honeſtate decorus, ſapientia ful-
„ gidus. Ecce Epiſcopi omnes totius Metropolis, omnisque
„ clerus. Ecce Venetie Primates cunctusque populus navim
„ devote cum hymnis & laudibus ſuſcipiunt. Poſtea navim
„ aſcendentes ipſemet Dux capſam, in qua erat corpus, tulit
„ ſingultuoſis amplexibus, & ab eo in navi ſua, qua iverat,
„ deponitur, undique reſonantibus hymnorum vocibus. Di-
„ ſpoſuerat namque Dux Illuſtriſſimus in Eccleſia Beati Mar-
„ ci Apoſtoli & Evangeliſte ſui Ducatus Capella, eum loca-
„ re, & primum martyrem ſanctiſſimum Stephanum primo
„ Evangeliſte aſſociare. [Sacramento tamen illo, quod No-

„ biles

„ biles viri navis procuratores juraverant illectus, & precibus
„ ſue conjugis ductricis nomine Matildis Regie prolis, mire-
„ que probitatis conſtrictus, mutavit jamceptum mentis di-
„ ſpoſitum, & duxit corpus eximium in Sancti Georgii Mo-
„ naſterium. Quo facto debita laude, debitaque gloria cum
„ humilitatis jure ab Abbate illius Cenobii nomine Tribuno
„ Patre pio, de grege ſemper ſollicito, procurante ſemper
„ prodeſſe, & nunquam volente preeſſe, cujus labore & ſtu-
„ dio corpus Sanctum ſuo Monaſterio fuit attributum, & a
„ totius ſui Conventus Confratribus ſydus martyrum pre cun-
„ ctis fulgidum, ſuſcipitur, Eccleſie reponitur, digne recon-
„ ditur, devote cuſtoditur, & ab omnibus occidentalibus fre-
„ quentatur, laudatur, & excolitur muneribus, ibique fiunt
„ per eum prodigia, & ſigna magna, ut in Actibus Apoſto-
„ lorum legitur, de quibus prout Dominus miſericorditer ſug-
„ geſſerit, in ſequentibus inſudabimus. Jure itaque ejus abſen-
„ tia deſtituta, & expoliata meret Conſtantinopolis Civitas
„ regia, & deflet omnis Grecia, totuſque oriens perpetua af-
„ ficitur meſticia, & digne ejus preſentia ſublimata triumphat
„ Venetia, & vicina letatur Italia, & totus Occidens ſub tan-
„ to interceſſore tripudiat. Ideo etiam Venetia laudibus ex-
„ tollitur, quia triplex funiculus ſibi eſt exhibitus, qui nul-
„ lorum mortalium juribus frangitur. Eſt enim non canavineis
„ contextus connexibus, ſed Beati Marci Apoſtoli & Evange-
„ liſte, & precioſiſſimi Prothomartyris Stephani, & Sancti
„ Nicolai Confeſſoris, conſolidatus corporibus. Ut igitur nos
„ tanti athlete Dei Prothomartyris ſuffragiis inveni, & pro-
„ digia ejus, atque miracula reverenter admiremus. Sed ut
„ hoc ardentius agere poſſimus, propendamus, que mine po-
„ tuerunt illum terrere, quando ab amore Dei eum ipſa mors
„ non valuit prohibere. Ecce lapidibus obruebatur, nec ta-
„ men ab intentione ſua predicando, & orando removebatur.
„ Lapidari potuit, lapidibus obrui potuit, lapidum ictibus
„ occidi potuit, ſuperari autem nullo modo valuit. Magnum
„ eſt, quod cum lapidaretur, fortis perſeveravit, ſed iſtud ma-
„ ximum eſt, quod inter ipſos lapidum ictus exultavit, & pro
„ perſecutoribus exoravit. O quam conſtans & fortis fuit Pro-
„ thomartyris infirmitas! o quam victrix fuit pene illius ad-
„ verſitas! o quam dominatrix & triumphatrix fuit ejus pa-
„ tien-

„ tientia! Lapidantes illum lapidatum victum credebant, ſed „ ille lapidatus, melius ſuos perſecutores vincebat. Quanta „ fuit fratres Beati Stephani pietas. Offendentibus autem „ ſuis perſecutoribus mitis exiſtebat, peccantibus in ſe parce- „ bat, delinquentibus Deum exorando ignoſcebat. Patet igi- „ tur, quia & pro nobis filiis ſuis magis exorabit. Transla- „ tum eſt autem corpus Beatiſſimi Prothomartyris Stephani „ a Conſtantinopoli in Venetiam, anno ab Incarnatione Do- „ mini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimo centeſimo decimo, Indi- „ ctione tertia, octavo Kalendas Junii Papa Paſchali Secundo „ Romane Eccleſie preſidente, & Alexio Imperatore Conſtan- „ tinopoli imperante, & Henrico Quinto Romanum Impe- „ rium gubernante, & Ordelapho Phaledro glorioſo Duce Du- „ catum Venetie feliciter regente, & Ducatus ſui anno octa- „ vo, & Joanne Gradonico egregio Patriarcha Eccleſie pre- „ dicte, & Tribuno Abbate pie & paterne curam ſibi tradi- „ tam agente, regnante vero Domino Noſtro Jeſu Chriſto „ a ſolis ortu uſque ad occaſum, ab aquilone & mari cum „ Dei Patris, unius ejuſdemque eſſentie equaliter in Spiritu „ Sancto unitate in ſecula ſeculorum Amen.

Incipit de Mirabilibus S. STEPHANI PROTHOMARTYRIS.

„ CLare jam audientibus patere omnibus credimus, quod „ textum translationis corporis Beati Stephani Protho- „ martyris in Venetiam tranſlati a Conſtantinopoli pro par- „ vitate noſtri ingenii humiliter peregimus, nunc de illius „ miraculis aliquid agere non pretermittamus, quibus Vene- „ tiam decoravit Prothomartyr eximius. Verumtamen nulla „ noſtri ingenii ſcintilla igniti, nullaque eloquentie dulcedine „ melliti, illud temptabimus, ſed opitulante ſola pie bonita- „ tis illius clementia, qui facit diſſertas linguas infantium ad „ laudem athlete Dei, & utilitatem poſterorum aliqua mira- „ cula ejus ſcribere ſtudebimus. Confluentibus itaque popu- „ lis undique in Venetiam, ut corpori Sancti Stephani di-

„ gnam

„ gnam exhiberent reverentiam, quidam contractus Patavini
„ comitatus vix ſolo corpore reptans a tranſeuntibus depo-
„ poſcit ſubſidia, quatenus illum deferrent in Venetiam ad
„ Sancti Prothomartyris limina. Habebat enim quaſi poſte-
„ riori parti natium pedes confixos, & quaſi palme counitos
„ digitos. Qui videntes ejus contracti miſeriam commoti ſu-
„ per illum miſericordia, illum vehunt & usque ad navim
„ vectitant, eumque ducunt ad Sancti Stephani corpus in Ve-
„ tiam, ſicut flagitaverat. Ubi pernoctans & ſuas quas pote-
„ rat peragens vigilias, cum fletu exorabat Prothomartyris
„ ſuffragia. Quo ſic peragente, & diei crepuſculo jam illu-
„ ſcente, dum ante corpus jaceret, nervi ſolvuntur, manus
„ & pedes extenduntur, & cunctis, qui aderant cernentibus,
„ ſine alicujus auxilio erigitur, coram omnibus graditur, &
„ extenſis manibus benedixit Deum, & Prothomartyrem San-
„ ctiſſimum. Omnes itaque qui circumſtabant, cum hoc vi-
„ derent, ad celum voces extulerunt, & corpori ſancto mu-
„ nera obtulerunt, & ſeſe perpetuo ei voverunt.

„ Quando ſanctorum acta mente revolvimus, & quando
„ eorum miracula legendo vel audiendo recolimus, ſepe pro-
„ culdubio reperimus, quid eis addere poſſimus. Nec enim
„ hoc approbat Dei clementia, quod lucerna tecta caligine la-
„ teat. De quibus pauca que vidimus, vel que aliis referen-
„ tibus didicimus, poſteris excolenda, prout poſſumus, tra-
„ dimus, ad quod agendum, ſi quid deeſt noſtre ſimplicita-
„ tis viribus, meritis & votis audientium, qui ſe Prothomar-
„ tyri Stephano noverunt, ſuppleri confidimus. Eſt ergo hoc
„ unum dictu mirabile, quod accidit mirifice Prothomarty-
„ ris nondum recondito in Venetiam delato corpore, ſicut
„ enim ſoliti erant nonnulli Romanorum ad limina Sancti
„ Marci Apoſtoli, & primi Evangeliſte viſenda confluxerant,
„ & illorum oratione completa quam votive menti propoſue-
„ rant, poſtea alia loca Sanctorum circuibant, eorum flagi-
„ tantes ſuffragia, dignaque exſolventes obſequia. Cum itaque
„ ad Monaſterium Sancti Georgii irent & Eccleſiam intran-
„ tes magnam populorum turbam conſiderarent, & cum quid
„ facerent, diu expectarent, tandem quod omnes faciebant,
„ curant & ipſi facere. Verumtamen quando capſe acceſſerunt,
„ cujus ſancti Corpus illud eſſet queſierunt, & quod Protho-

„ mar-

„ martyris eſſet reſponſis cujusdam religioſi Fratris intellexe-
„ runt. Quo intellecto omnes illi Romani, niſi ſolus unus
„ ilico ante corpus ſe proſtraverunt, & ſe precibus, & me-
„ ritis illius Sancti Stephani juvari & ſalvari expetierunt, &
„ quod potuerunt ſinguli obtulerunt. Ille autem Romanus
„ unus ſolus nullam reverentiam corpori ſancto exhibuit,
„ nulla cultura excoluit, & prorſus de corpore fidem adhibe-
„ re noluit, potius ſic ſuos redarguit. Stulti quid eſt quod
„ agitis? Quid eſt indocti quid facitis? Non eſt iſtud corpus
„ Sancti Prothomartyris, Rome eſt, non eſt hic, neque fuit
„ Conſtantinopoli. Quem Frater ille magne probitatis, ſic
„ redarguentem redarguit. Animalis homo, caveas ne tua te
„ damnet indocta ſimplicitas. Hoc te ſcire ſufficiat, quod
„ commonet & convincit credere ipſius veritatis notitia. Hoc
„ quidem ſcitur & legitur, & ab omnibus creditur quod Bea-
„ tus Prothomartyr Stephanus Hieroſolimis extiterit marty-
„ rio laureatus primus, & Sanctorum omnium ſydus eximium,
„ & inde fuit ejus corpus translatum Conſtantinopolim, plu-
„ rimis evolutis annorum temporibus ſicut in geſtis legitur,
„ & nunc Dei largiente clementia delatum eſt huc in Vene-
„ tiam, cujus immeriti fruimus preſentia. Ad hec cum Ro-
„ manus magis inſtaret, & cum cuncta que dicebantur a Dei
„ ſervo negaret, taliter Frater ille dimittit impugnantem &
„ veritatem negantem. Vade & ſi iſta eſt, quam aſſero, ve-
„ ritas, huc hodie redeas divina compellente clementia, &
„ fatearis hec eſſe Prothomartyris totius corporis patrocinia,
„ victa tui cordis duritia. Quid plura? Eccleſia cum ſociis
„ incredulus exiit, ad ripam rediit, & ſuis illudendo, ite-
„ rum corripit, & ſic ſimul intrat cum eis navim. Eſt enim
„ Monaſterium illud undique obſitum maris, & paludum
„ amenitatibus. Vix vero navim intraverat, & ſtatim perter-
„ ritus ultione divina, ut de navi eum excutiant, voce gar-
„ rula clamitat, & ut eum ad corpus Prothomartyris defe-
„ rant moribundus flagitat. Quo ubi aliis ſuſtentantibus per-
„ venit protinus ante corpus ſe projecit, & coram omnibus
„ confeſſus fuit, illud eſſe corpus Beati Stephani Prothomar-
„ tyris, & ſic reſtitutus ſanitati, corpori ſancto laudes, &
„ munera tribuit, cujus patrocinio ſuffragante adjuvari, &
„ ſanitati reintegrari credendo meruit.

„ Si-

„ Signa non deſinunt, prodigia cotidie ad gloriam Sancti
„ Prothomartyris Stephani creſcunt, & ad laudem ejus cotidie
„ miracula crebreſcunt, que audientium mentes admirando
„ tabeſcunt, & ad Sancti amorem vehementius ferveſcunt.
„ Fuit enim quedam mulier paupercula vetula abocula ab
„ ipſa nativitate ſua ceca, oculis cujus nec aliquod inditium
„ pupillarum ab ullo mortalium diſcerni poterat, que etiam
„ nonnullis Veneticorum nota erat. Hec enim ſemper niſi
„ cum ſuo producе, quoniam ire non poterat, & quia ſem-
„ per mendicans prorſus egebat in tranſitu hominum aſſidue
„ ſedebat, & a tranſeuntibus helemoſinam exigebat. Iſta a
„ ſuo productore ad Monaſterium Sancti Georgii, ſicut ſoli-
„ ta erat, ducitur, ubi refocillabatur cum plurimis pauperi-
„ bus aliis, helemoſinis reſervatis in menſa a Fratribus. Qua-
„ dam itaque die, hec audiens populorum ſtrepitum rogavit
„ ſuum bajulum, ut eam duceret ante Beati Prothomartyris
„ Stephani loculum. Quid immoror? Ut poſtulaverat perfici-
„ tur ſemper ceca pro luce poſſidens tenebras, ante corpus
„ ducitur. Ubi cum orationi ſe dediſſet, & cum orandi ali-
„ quantulum moras protendiſſet, ſurrexit videns, jam nullo
„ preduce indigens, dignas Deo & Prothomartyri ſuo San-
„ ctiſſimo Stephano laudes coram cunctis ibi aſtantibus exhi-
„ bens, ita dicens: Ecce que ſemper ceca fui nonnullis ex
„ vobis inde teſtibus modo video hujus Beati Prothomarty-
„ ris meritis ſuffragantibus.

„ Nec iſtud ſilentio eſt tegendum, ſed digna laude eſt re-
„ ferendum, quod quadam die, due mulieres cruribus utriſ-
„ que prorſus contracte, manibus ſe reptantes, preſentaverunt
„ ſe Sanctiſſimi Prothomartyris corporis preſentie. Quo ubi
„ pervenerunt, ut ſui miſeretur, precibus, & lacrymis ex-
„ petierunt, & ut ſanitati redderentur, magna voce Protho-
„ martyri imploraverunt, & ſic exorantes & devota mente
„ implorantes in Sanctum Dei nil deſperantes pavimento quaſi
„ per horam adheſerunt. His igitur ſic agentibus ſanitas red-
„ ditur, cunctis qui aderant viſo miraculo exultantibus. Sa-
„ nate autem mulieres lete ſe erexerunt, & ut oſtenderent
„ ſe curatas eſſe, huc illucque diſcurrerunt, & pro adepta
„ ſanitate Deum magnificaverunt, & Beatum Prothomarty-
„ rem Stephanum glorificaverunt.

„ Ad hec omnes gentes audiant, & qui orbem univerſum
„ inhabitat, auribus percipiant, & unam diem, una eadem-
„ que hora tribus miraculis a Beato Prothomartyre Stepha-
„ no conſecratam digna venerentur magnificentia. Quidam
„ enim puer prorſus curvus cum ibat, fere terram capite
„ tangebat, & mulier quedam ita caput proclivum gerebat,
„ quod fronte pectus premebat, & quedam alia mulier digi-
„ tos contractos palmeque penitus infixos habebat. Hii tales
„ ſic ſinguli infirmitatibus propriis conſtricti, & doloribus
„ afflicti, & longis laborum cruciatibus contriti, ſimul ſe
„ preſentaverunt corpori Prothomartyris eximii, quodque
„ caſu contigit, immo neceſſitas complevit, & Sanctiſſimo
„ Stephano placuit, & Deus ſic ſuum athletam prodigioſis
„ miraculis & ſignis glorificare voluit. Illi itaque cum ſic ſi-
„ mul ſtarent, & cum ſimul ſe loculo corporis Sancti volu-
„ tarent, & cum ploratu & ululatu ſuffragia ejus flagitarent,
„ ecce ſubito & quaſi eadem hora digiti ſanguine fluente ex-
„ tenduntur, & curvi ſanguine effuſo, & nervis offibusque
„ concrepitantibus pre dolore ſicut mortui efficiuntur, ſtatim-
„ que lenito dolore leti & ſani nullo adminiculante erigun-
„ tur, & debite laudes Deo, & Sancto Prothomartyri ſuo
„ Stephano redduntur.

„ Interea huc propere accedant infantes, quorum ore Deus
„ perficit laudem, accedant promiſcui ſexus juvenes, & vir-
„ gines conjugate & vidue, atque ſenes, & ſuper omnes
„ Celos, & ſuper omnem terram, Dei gloriam exaltatam re-
„ colant, & Beati Prothomartyris Stephani admirentur mi-
„ racula, ejusque pia depoſcant exorando ſuffragia. Quodam
„ ruſtico de ſogolenſi rure, podagre morbo diu fatigato, &
„ pede dextero exinde ſibi arido facto Venetia tali Beati Ste-
„ phani Prothomartyris illuſtratur miraculo. Cum enim ru-
„ ſticus ille ſanus dives, infirmitate illa pauper factus eſſet,
„ & cum omnia expendiſſet, & cum medicis multa exhibuiſ-
„ ſet, ut ſanitatem aut aliquod remedium conſequi potuiſ-
„ ſet, tandem ex toto factus inops, & nil habens, quod am-
„ plius expenderet, vel quod ſuo uſui retineret, podagre &
„ paupertatis graviſſimo conficiebatur dolore. Qui cum ſic
„ mereret, & omni modo pauper egeret, & cum nullam re-
„ cuperande ſanitatis ſpem haberet, nec valens ſurgere, nec

„ in

„ in latus aliud ſe vertere, audientibus quibusdam, qui ut
„ eum conſolarentur, tunc aderant, ſic locutus fuit cum
„ planctu & merore. Stephane Prothomartyr ſanctiſſime, ſi
„ verum eſt, quod creditur de tuo corpore, ſcilicet quod in
„ Venetia ſit, & quod Venetia coronata ſit tui corporis dia-
„ demate, ſanitati priſtine me reſtitue, paupertatis mee mi-
„ ſerie medele manum porige, & de iſto lecto doloris cle-
„ menter me erige. Quod, ut dixit, videntibus his, qui au-
„ dierant, ſtatim ſurrexit, & nullo juvante de lecto, gau-
„ dens proſiliit, dignasque laudum voces contulit. Poſt hec
„ nullam moram intercepit, ſed protinus ad corpus ejus ire
„ ſtuduit, eique ſe preſentavit eumque glorificavit, & ſicut
„ ei contigerat, & ſicut ſanatus fuerat, cunctis devote nar-
„ ravit.

„ Miraculis obſtupeo, viribus deficio, unde oculos ad mon-
„ tes erigo, auxilium a domino exigo, cujus opitulante ad-
„ minículo in nullo diffido, & inde potens potentiſſimus fio,
„ & infirmus, fortis exiſto; Ad quod juvet devotio legen-
„ tium, adſint vota audientium, opituletur intentio hodier-
„ num feſtum excolentium, proſit & fides omnium fidelium,
„ qui Omnipotenti Deo debito jure Chriſtianitatis deſerviunt.
„ Cum igitur quidam Apenninarum alpium accola, ſiniſtro
„ pede admodum areſato eſſet contractus, & brachium dex-
„ terum dorſo prorſus haberet totum replicatum, & quaſi
„ renibus innatum, mortem ſibi adfore precabatur, cui vita
„ laborioſior morte computabatur. Qui cum ſic fatigaretur,
„ & inremediabilibus cruciatibus coartaretur, & mente ſti-
„ mularetur, & cum jam a ſuis omnibus vilipenderetur, ſic
„ a Deo & a milite ſuo beatiſſimo Prothomartyre Stephano
„ ex inſperato juvari, & ſanitati reintegrari mereretur. Fa-
„ ma etenim miraculorum Chriſti athlete Prothomartyri ſan-
„ ctiſſimi per totam Italiam corruſcante, & fere jam ubique
„ terrarum pervolante, & quod in Venetia eſſet ejus Sacro-
„ ſanctum corpus nullo heſitante, infirmus ille, ut corpori
„ ſancto preſentaretur, omni modo conabatur depoſcendo ſuos
„ domeſticos, ſuosque familiares. Quo ubi aliis vehentibus
„ pervenit volens, in terra jacens, clamare, & ploratu ve-
„ hementi exorare cepit, quare illuc advenerit. Qui cum ſic
„ orationi inſudaret, & cum beati Prothomartyris Stephani

„ ſuffragia flagitaret pes aridus & contractus in naturam ſuam „ redditur, & extenditur, & brachium a dorſo ſejungitur, „ & carne conquaſſata & ſanguine terra rubefacta, a renibus „ evellitur & in locum proprium reducitur, ſicque cunctis „ admirantibus, dignisque laudum hymnis atque melodiis, „ hinc inde reſonantibus, perdite & diſperate ſanitati reſti- „ tuitur. Devote itaque ſonoris vocibus Prothomartyr extol- „ litur, Deus benedicitur, a quo omne bonum tribuitur, cu- „ jus nomen eſt ex hoc & nunc, & usque in ſeculum bene- „ dictum.

„ Interea, & hoc devote interſerimus, loquendo mente „ tabeſcimus, ſcribere ſummopere pro viribus nitimur, ſcri- „ bendo admirari non ſufficimus. Attamen quia precibus San- „ ctiſſimi Prothomartyris ſuppliciter intendimus, & quia in „ audientium devotione vehementer confidimus, aggredi ce- „ ptum opus nequaquam diffidimus, & hoc miraculum ad „ laudem Sancti Stephani primi Athletæ Chriſti referimus, „ & ad memoriam poſteris humili ſtilo tradimus. Fuit nam- „ que mulier quedam natione teutonica ab ipſa nativitate „ ſua prorſus ceca, ſurda, & muta. Que cum ſic usque ad „ juvenilem etatem plenam ſurditatis, & cecitatis, atque mu- „ ticitatis miſeriis afficeretur, & cum morte ſibi affore in- „ ceſſanter optando imprecaretur, ſtuduit eam ſuus previus „ & bajulus tandem ad Sanctum Leonardum trahendo duce- „ re, auditui & loquelle, atque viſui ejus interventu illam „ reſtitui proculdubio confidens. Sanctus etenim ille Confeſ- „ ſor meritis preſulgidis ubique terrarum nitet oraculis om- „ nium fere infirmitatum, aſſidue per eum crebreſcentibus „ miraculis. Cum itaque illius Confeſſoris limina mulier in- „ travit, ut traheretur ante beati viri tumulum indiciis qui- „ bus poterat ſuo previo ductori indicavit. Quo ubi perve- „ nit protinus ſe in pavimentum projecit, pavimento ſe diu „ volutando adheſit, & ut nutu ſolo credi potuit, & non „ voce audiri vel intelligi, quod ſanitati daretur ſuis mugi- „ tibus Confeſſorem expetiit. Quod cum diutiſſime actitaret „ tandem beatiſſimus Confeſſor Leonardus ei auditus, & lo- „ quelle, utcunque contulit ſanitatem. Audiebat enim, ſed „ parum loquebatur, ſed ita balbutiendo quod vix intellige- „ batur. Unde mulier illa, ut pius Confeſſor, quod dederat

„ ſibi

„ ſibi preſtitæ ſanitati suppleret, & ut viſum, quo prorſus
„ carebat, exhiberet, non ceſſabat expetere. Hoc vero cum
„ ab illa aſſidue depoſcitur quadam die vox quedam inſo-
„ nans, a nonnullis auditur & intelligitur, que ſic mulie-
„ rem illam alloquitur. Mulier, audi, quod Leonardus ſer-
„ vus Chriſti intimo tibi. Fruſtra hic ullas protendis amplius
„ moras, fruſtra ſpe vana laboras, fruſtra quod deeſt, a me
„ tibi conferri exoras. Surge autem, & vade propere, & in
„ Venetiam concito gradu proficiſcere. Modo noviter enim
„ a Conſtantinopoli eſt in Venetiam corpus Beati Stephani
„ Prothomartyris & primi levite Chriſti translatum, & in
„ Monaſterium quoddam Sancti Georgii delatum, a quo &
„ viſus tibi dabitur, & quod deeſt ſanitati tue a me tibi di-
„ vinitus exhibite, ab eo tibi ſupplebitur. Ecce mira, ecce
„ ſtupenda prodigia! Fortaſſis, Fratres, ab aliquo adhuc incre-
„ dulo, & ad credendum corde tardo corpus Sanctiſſimi Pro-
„ thomartyris Stephani translatum eſſe in Venetiam non cre-
„ debatur, & ideo, ut credatur a tam Venerabili Chriſti
„ Confeſſore Leonardo virtutibus & miraculis prefulgido jam
„ cum Chriſto in Celo regnante in terris predicatur. His au-
„ ditis cunctis admirantibus mulier obſtupuit, & vix in ſe re-
„ diens, de pavimento ſe erexit, & Sancto obediens, iter quod
„ ſibi ex precepto injunxerat cum preduce agere cepit, & non
„ quoquam divertit, usque dum in Venetiam pervenit. Quan-
„ do vero Venetie regni fines intravit ad corpus Sanctiſſimi
„ Prothomartyris propero gradu ire feſtinavit, & beati Leo-
„ nardi miraculum in ſe divinitus & evidenter collatum po-
„ pulo aſſidue, & turmatim illuc confluenti, intimavit &
„ preceptum reſidue ſue ſanitatis ab eodem glorioſiſſimo Con-
„ feſſore ſibi injunctum omnibus enarravit. Quid ergo? Mu-
„ lier illa cum per ebdomadam fere ante corpus proſtrata ja-
„ ceret, & dum Sanctiſſimi Stephani Prothomartyris patro-
„ cinium expeteret, omnem ſanitatem ſe inibi recepturam
„ prorſus confidens, tunc ſic muta apertius loquitur, melius
„ labiis reſoluta, & plenius audit utcunque audiens ſurda, &
„ prorſus ceca ſimul viſui perfecte eſt reſtituta. Quadam
„ etenim die, ſcilicet ſexta feria illius inſtantis ſeptimane Ste-
„ phanus Sancte Torcellane Eccleſie Epiſcopus illuc cum ſuo
„ clero venerat ad Prothomartyris exoranda pia ſuffragia cum

„ quo

„ quo confluxerat ſue Dioceſis omnes promiſcui ſexus nobi-
„ litas , & populi communis vulgaritas , digna Deo laudum
„ concinentes cantica , & devote corpori Sanctiſſimo offeren-
„ tes munera eximia undique redolente diverſi thymiamatis
„ flagrantia. Sane quia hujus preſulis mentionem fecimus de
„ eo retexere proſequamur , cujus vite & moribus gloriantes
„ inſiſtimus. Hic profecto quantum ad ſeculi gloriam , admo-
„ dum fuit inclitus , & nobilimis parentibus editus , ab ipſis
„ ſuis attavis Ducum ſanguine genitus prole , Silvius vir libe-
„ ralium artium omnium eruditiſſimus , ab ipſo primevo eta-
„ tis ſue jejuniis, & orationibus, atque helemoſinis ardentiſſi-
„ ma cura continue Deo implicitus , & usque ad Epiſcopii
„ culmen & deinde magis magisque crevit in melius , Epi-
„ ſcopii autem apicem adeptus egenis ſua erogabat, nulli ma-
„ num retrahebat, cuncta pauperibus conferebat , & cum Mar-
„ tino Evangelii non ſurdus auditor , de craſtino non cogi-
„ tabat , & ſecundum pia Hieronimi ſacre legis verba ſic ede-
„ bat, ſic bibebat, quod ſumpto cibo , & potu ſemper exu-
„ riens & ſitiens, ſe ediſſe & bibiſſe immemor exiſtebat. Hic
„ igitur dum Miſſe miſteria in ea preſignata die celebraret ,
„ & dum lecto Evangelio Dei , nectare ſue ſacre predicationis
„ populum refocillaret , mulier illa in preſentia omnium ibi
„ Deo & Prothomartyri Sanctiſſimo preces fundentium coram
„ preſule in terram procidit , & quaſi exanimis per horarum
„ ſpatia diu jacuit. Qua ſic jacente nonnullis cernentibus ſan-
„ guis ab auribus & ore ubertim erupit , & ab oculis gutta-
„ tim ſtillando effluxit, & ſic in cunctis ſanitati reddita , leta
„ ſurrexit , & omnibus unanimiter exultantibus ipſa laudes
„ Deo exhibuit , cujus potentia , cujus virtute, cujus fortitu-
„ dine Prothomartyr Stephanus Sanctiſſimus eam integre ſo-
„ ſpitati reſtituit , per eum qui erigit eliſos , & ſoluit com-
„ peditos, qui & illuminat cecos & dirigit juſtos , qui ſanat
„ corde contritos & alligat eorum contritiones Jeſus Chriſtus
„ Dominus noſter , qui vivit per infinita ſecula ſeculorum.
„ Amen.

„ Contentiones ſuperfluorum verborum relinquimus , cum
„ magis proſint quam obſint nonnullis ſepe exinde diffluenti-
„ bus diſputationibus , & hoc de miraculis ejusdem Protho-
„ martyris Sanctiſſimi addimus , & magis veritati quam pro-

„ lixi-

„ lixitati intendimus. Omnibus enim ad ſalutem melius pro-
„ ficit in Deum veritas, quam verborum contentioſarum di-
„ ſputationum prolixitas. Fuit itaque quedam Rivoaltenſis ado-
„ leſcentula, nonnullis noſtrum nota mulier paupercula de
„ vico quodam Rivoaltenſis Dioceſis, quem geminum vocant
„ usque hodie quisque ipſius loci accola. Hec ita habebat
„ manum dexteram contractam, ac ſi eſſet ipſa manus in trun-
„ ci ſimilitudinem redacta. Que cum gravi & anguſta pau-
„ pertate anguſtaretur, & cum helemoſinis infirmitate illa
„ maxime cogente ſuſtentaretur, quadam die ante corpus Pro-
„ thomartyris acceſſit, ut tunc ex inſperato & ſubito Deus,
„ in meritis Sanctiſſimi ſui Stephani glorificaretur. Nam vix
„ adhuc orare ceperat, & ſanitas jam illius paupercule infir-
„ mitati ſucceſſerat, & que cum manu quaſi trunca ad cor-
„ pus Sanctiſſimum Prothomartyris illuc venerat, rediit cum
„ manu ita extenta, & ſanitati reſtituta, humaneque nature
„ reddita, quod nullum ſignum aut inditium curate infirmi-
„ tati ſupererat. Unde patet, quia Deus ſecundum Prophe-
„ tam, quando pauper ad eum clamat illico illum exaudit.,
„ & ex omnibus tribulationibus imminentibus ſibi eripit, qui
„ ſic continuo iſtam exaudivit, & ſanitati ita mirabiliter re-
„ ſtituit, atque eam a ſue paupertatis gravioribus periculis
„ ſic glorianter eripuit. Sicut ab ipſis, qui tunc hujus mira-
„ culi ſpectaculo affuerunt, proculdubio audivimus, ita hu-
„ militer ſcribimus, & poſteris usque in perpetuum pro fu-
„ turis ad memoriam tradimus, dignasque Sanctiſſimo Protho-
„ martyri Stephano laudes ſolvimus, ejusque perpetuum in-
„ terceſſorem expetimus, & Deum qui facit omnia ſolus, &
„ qui eſt benedictus in ſecula, corde & ore benedicimus.

Fuſe hujus enarrationis compendium exhibent marmoreæ epigraphes, quæ a lateribus aræ, ubi ſacrum corpus quieſcit, inciſæ leguntur:

In Cornu Evangelii.

„ D. Stephanus Prothomartyr Anno poſt Chriſtum natum
„ XXXIIII. a Judæis ſaxis petitus Jeroſolymis martyrio coro-
„ natur, atque inter Sanctos cœlites refertur. Syone conditus.
„ Ejus oſſa plures poſt annos Conſtantino Imperatore, ab A-
„ lexan-

„ lexandro Senatore intra præcariam domum pie condita, in-
„ de Conſtantinopolim ab ejus Conjuge Juliana, Conſtantio
„ Conſtantini filio Imperatore, in Conſtantianam primum
„ Baſilicam translata. Paſchale II. Pont. Opt. Max. Alexio
„ Comneno Orientis, & Henrico Occid. Imper. edito inſigni
„ miraculo, dum vectores fœdiſs. jactati tempeſtate, Maleam
„ deflecterent, Tribunus Memò hujus Cœnobii Abbas maxi-
„ me pius Templo veteri in Aram maximam recondidit.
„ Joanne Gradonico Patriarcha Gradenſe, & Ordelaffo Fa-
„ letro Venetiarum Principe. VIII. Kal. Julii MCX.

In Cornu Epiſtolæ.

„ Oſſa D. Stephani Prothomartyris cum adhuc in vetuſta
„ æde conderentur, Gallo Equiti oranti, ibidem ab Angelo
„ cœleſti oraculo manifeſtata, petentibus Wilielmo, atque Al-
„ berto Auſtriæ Ducibus, Senatus Conſulto reſerata ſunt
„ Kal. Septembris MCCCLXXIX. (1) Sed novo hoc Templo in
„ D. Georgii, & ipſius Prothomartyris honorem a Monachis
„ in auguſtiorem formam reſtituto, veteri æde ſolo æquata,
„ quo Aræ maximæ fundamenta jacerentur, univerſæ fere Ci-
„ vitatis in hanc Inſulam concurſu, Deiparæ Aſſumptionis
„ feſto die Joanne Triviſano Patriarcha Venetiarum, præſen-
„ tibus Abbate & Monachis, hymnosque & laudes canenti-
„ bus, Nicolai de Ponte Venetiarum Principis, & Senatus
„ præſentia, vetere Prothomartyris monumento demolito, ve-
„ nerabundi Monachi eadem in hoc ipſum, ſub veſperam
„ ſuppliciter intulere, atque intra Aram conſtituere: Grego-
„ rii XIII. Pontificatus Anno IX. Rodulpho II. Romanorum
„ Imperatore. XVIII. Kal. Septembris MDLXXXI.

Antiquum allatæ enarrationis codicem, & lapideas inſcriptiones attente a Clariſſimo Annalium Patre Baronio lectas fuiſſe ſcriptis mandarunt Monachi omni fide digniſſimi, qui eum Venetias appuliſſe referunt, eo tempore quo Clemens VIII. Ferrariam, ut ipſius Ducatus poſſeſſionem iniret, acceſſerat; tan-

(1) Appoſitio hujus anni erit mox corrigenda.

tanti autem Cl. Virum ea documenta feciſſe referunt, ut ipſis Monachis audientibus *proteſtatus fuerit ſibi diſplicere tales inſcriptiones a ſe ante non viſas*, ſi enim talia ante noſſet, aliter de Romana translatione ſcripſiſſet.

Utcumque tamen de hac re veritas ſe habeat, novi Romanam Urbem de Prothomartyris lipſanis gloriari, ſuaque jura veteris monumenti teſtimonio tueri, quod a Lucco Archidiacono conſcriptum fuiſſe referunt annotationes ad Martyrologium Romanum ad diem 7. Maii. Quamvis autem monumentum illud *non modica caſtigatione indigere*, faſſus ſit Baronius in annotationibus citatis, tamen deductionem ſacri corporis Byzantio ad Urbem Romam, ex ipſius fide Romano Martyrologio inſeruit, Venetamque excluſit; quæ tamen in multis tum mss. tum typis editis Martyrologiis *ſecundum morem Romanæ Eccleſiæ* inſerta erat, ut videre eſt in antiquiſſimo Martyrologio ms. quod adhuc aſſervatur in Monaſterio SS. Felicis & Fortunati de Vicentia; & in alio typis edito Venetiis apud Hieronymum Cavalcalupum anno MDLXIV. in quo ad diem 25. Junii hæc habentur: *Item translatio Sanctiſſimi Steph. martyr. e Conſtantinopolim in Venetias ad Monaſterium S. Georg. Majoris* 1110. Pari quoque modo in Breviario Romano ad diem II. Auguſti appoſita fuit Romana Translatio, quæ ante S. Pii V. tempora non legebatur.

Verum ſi nomine corporis (ut plerumque fit) partem aliquam corporis apud ſe quieſcere contendunt, Romanis hoc illis denegandum eſſe non abnuam, ſiquidem in poſteriori Translatione ſacri corporis, quæ de loco ad locum in Sancti Georgii Templo peracta fuit (ut mox dicetur) ex anatomica obſervatione oſſium compertum fuit, omnia fere oſſa ad humanum corpus ſpectantia in Veneto monumento aſſervari præter ſcapulam, & occiput, quæ duo Romæ ſe vidiſſe teſtatus eſt, Cornelius Margharinus, olim Romæ Sacriſta, deinde in Monaſterio S. Nicolai de Littore Abbas.

In tanti Martyris venerationem ſolemni Reipublicæ Decreto ſtatutum fuit, ut Dux ſolemni pompa, tum in ſecundis Veſperis Nativitatis Dominicæ, tum in natalitia Prothomartyris feſtivitate ad Divi Georgii Eccleſiam ſacras exuvias veneraturus accederet.

Diverſam omnino fuiſſe hujuſce decretæ viſitationis cauſam

tradunt perperam aliqui, quos inter Marinus Sanutus, & Bernardus Georgius. Hi Marcum Petri Ziani Ducis Venetiarum filium referunt a canibus Monachorum fuiſſe diſcerptum, quapropter in furias actum ipſius Patrem Cœnobium juſſiſſe incendi, quod poſtea facti pœnitens reædificari mandavit. Tabellam ex ſupracitato Bernardo Georgio, prout in Sanſovino legitur, exhibeo.

Ad vada divertens, & Sancti ſtagna Georgii
Unica progenies, ſpes quoque ſola Ducis,
Dum nandi ſtudio ſalſis verſatur in undis,
Myſtrarum a canibus dilaceratus obit,
Extinctum ut natum Dux ſenſit concitus ira,
Combuſſit Monachos, Cœnobiumque ſacrum,
Maximus hoc Præſul factum poſtquam audiit illud,
Non tulit, iratum corripuitque Ducem,
Exin Dux Monachos illos vice prolis habere,
Juſſus, & exuſtum reſtituiſſe locum,
Unde ſacras ædes viſit Dux quolibet anno,
Et Sancto luſtrat corpore ſe Stephani.

Tabellæ repugnat antiqua Monaſterii traditio, & apertum Andreæ Ducis Danduli ſuperius allatum teſtimonium, qui *pro celebriori devotione perpetuis temporibus*, erga Divum Stephanum *augenda* aſſerit *decretum* fuiſſe, *ut Dux invitatus cum inſigniis Ducalibus Veſperi & Miſſæ feſtivitatis ejusdem* deberet *intereſſe*.

Revelationis Gallo Equiti cœlitus factæ memoriam ſcriptis mandarunt Monachi, ne ſolæ traditioni commendata fluxu temporis oblivioni traderetur. Extat etiamnum in Archivo Monaſterii *membranacea ſcheda* antiquiſſimis characteribus hæc exhibens;

Re-

Revelatio Corporis S. PROTHOMARTYRIS STEPHANI.

„ DUM paſſim divulgaretur, Corpus Beati Prothomartyris Stephani fuiſſe Venetias ex Conſtantinopolitana „ Urbe delatum: Nobilis quidam ex Galliarum regione eidem „ Prothomartyri ſumma devotione affectus, Venetias ad„venit, ubi quum didiciſſet ſacras illas Reliquias in D. Geor„gii cognomento Majoris Cœnobio fuiſſe reconditas, ad ip„ſum ſe cœpit frequentius transferre Cœnobium, & ad Pro„thomartyris ipſius Altare diutius in oratione procumbens, „ Deum devote deprecabatur, ut ſi vere ibi eſſet dicti Beati „ Prothomartyris Corpus, ipſum aliquo evidenti ſigno cer„tiorem reddere dignaretur. Dum igitur per aliquot dies in „ tali devotus oratione perſtitiſſet; oranti tandem Angelus „ Domini viſibiliter apparens, extenſa manu, hic, inquit, „ Stephanus athleta Domini jacet. Qua viſione exhilaratus „ ac certior redditus, balteo, argenteis admodum fibulis or„nato, ſe excingens, ipſum Beato Corpori apponendum ob„tulit. In cujus rei memoriam Abbas, qui tunc Monaſterio „ præerat, fabricata ſolemni Icona Angelum ibi effingi fecit, „ altera manu ad Altare extenſa, altera Breve tenentem his „ verbis conſcriptum. Athleta Stephanus jacet hic in pace „ ſepultus. Ut hodie quoque evidentiſſime cernitur.

Iconam ſeu Angelicum ſimulacrum, quod *in rei memoriam Abbas qui tunc Monaſterio præerat effingi* mandaverat, cum neglectum in angulo Monaſterii per multa tempora jacuiſſet, tandem circa annum 1720. e latebris eductum, juſſu Abbatis marmoreo loculo incluſum in conſpicuo Monaſterii loco in atrio nempe, quo ab Eccleſia iter ad Clauſtrum eſt, repoſitum fuit hac appoſita inſcriptione: “ Angelicum hoc ſimu„lacrum vetuſtate corroſum illud ipſum eſt, quod hujus Mo„naſterii Abbas erigendum curavit in ſignum auditæ vocis „ e cœlo Gallum equitem admonentis aſſervari in hoc Tem„plo Stephani lipſana Prothomartyris.

Verum non multo poſt illaudabili conſilio pretioſum hoc

antiquæ veritatis teſtimonium e loco ablatum fuit, & ignoto mihi loco reconditum.

Alias deinde translationes, quibus de loco ad locum ob Eccleſiæ renovationem ſacræ Protomartyris exuviæ deductæ fuerunt ſuo loco attingemus; hoc tamen notandum cenſeo, Venetam Stephani translationem tum a Maurolico, tum a Galeſino Martyrologiis a ſe concinnatis inſertam fuiſſe ad diem xxv. Maii, quamvis hic ſecundus, qui Prothonotariatus titulo Curiæ & Urbi Romanis addictus erat, Stephanum Venetiis quieſcentem Martyrem aſſerat, non Protomartyrem fuiſſe.

Simul cum Beatiſſimi Protomartyris corpore, reliquias quoque, nempe: *Os mediocris magnitudinis* S. Platonis Martyris Venetias tranſtulit Petrus Monachus, quod quidem os fluxu temporis Monachi ex aliqua convenientia nominis decepti ad Divum Pantaleonem pertinere autumarunt, atque ſub eo nomine (ut ſuo loco dicetur) in capſa marmorea ad Altare S. Pantaleonis repoſuerunt. Quamvis autem ſacrum hoc Os, in Tabella Reliquiarum, quæ pro conſecratione aræ veteris S. Stephani adhibitæ fuerunt, Divo Pantaleoni adſcribatur, attamen Fortunatus Ulmus Abbas accuratiſſimus antiquitatum hujus Monaſterii collector, & ſcriptor prædictum Os Divo Platoni adjudicat, tum ex antiqua traditione, quæ apud Monachos olim vigebat de translatis e Byzantio D. Platonis reliquiis, tum ex antiquiſſima pagella, quæ olim in Sacrario expoſita erat, in qua hæc legebantur: *Oſſa S. Platonis paſſi Ancyræ in Galatia ſub Maximiano Imperatore, anno* 1110. qui utique annus translationi alligatur, non vero paſſioni. Extat in Sacello prope januam Monaſterii antiqua effigies marmorea S. Pantaleonis Martyris, quæ fortaſſe æquivoco nominis cauſa dedit, ut pro S. Platonis nomine, & in ſuperius enuntiata Tabella, & in marmoream capſam nomen S. Pantaleonis irrepſerit.

Particula quoque ex Ligno SS. Crucis auro ornata, & cryſtallo incluſa, & quædam S. Jacobi Minoris Apoſtoli Reliquiæ eodem tempore ſimul cum B. Protom. corpore ad hanc Eccleſiam delatæ fuerunt, quarum prima honorifice in Sacrario Reliquiarum aſſervatur, aliæ vero in ara Dominicæ Nativitatis ſacra reconditæ jacent, ubi olim legebatur hoc carmen:

Corporis hic partem voluit Minor eſſe Jacobus.

Sex

Sex a celeberrima Divi Stephani Ttanslatione elapſis annis cum Venetias Henricus Imperator adventaſſet, *ut limina B. Marci, & alia Sanctorum loca cum devotione maxima* viſitaret, pluribus Monaſteriis (ita Dandulus in Chron.) *immunitatum privilegia de ſuis poſſeſſionibus* (extra ditionem Venetam) Italici *regni conceſſit, in quibus* privilegiis *Ducalem Provinciam regnum appellat*. Inter ea memoratu dignum eſt Diploma, quod *pietate motus pro Sanctorum Stephani & Georgii honore*, Tribuno Abbati *Sanctorum Georgii & Stephani* anno Mcxvi. indulſit, *ſuper omnia bona*, quæ *in toto Romano Imperio* ipſius Monaſterium habebat, vel impoſterum acquirere poterat. (E) Illa autem *bona*, quæ anno Mcxv. Venetum SS. Georgii & Stephani Monaſterium extra Venetam ditionem in Romano Imperio poſſidebat, hæc erant: Primo, Eccleſia S. Stephani de Turre in Territorio Bononienſi a Gerardo ejus Urbis Epiſcopo anno Mlxxxix. Carimano Abbati donata; de qua Ughel. Ital. Sac. Tom. V. col. 1203. In eo loco apud Bononiam poſito habitavit aliquandiu Monachus cum Prioris titulo, donec exortis diſſidiis cum Communitate Bononienſi Veneti Monachi e loco receſſerunt.

Secundo: Eccleſia Sanctorum Martyrum Tergeſtinorum Tribuno Memmo Abbati ab Hartuico Tergeſtino Epiſcopo, anno 1114. donata.

Tertio: Latifundium apud Eccleſiam S. Andreæ in iiſdem finibus Tergeſtinis ab eodem Epiſcopo Hartuico anno Mcxv. Monaſterio S. Georgii pia oblatione conceſſum.

Neque iis tantummodo temporalis vitæ ſubſidiis Monaſterium ſuum diteſcere ſtuduit Tribunus Abbas, ſed de Apoſtolicis præſertim privilegiis ſollicitus a Calixto hujus nominis Papa II. impetravit, ut locus ſub Beati Petri tutela & protectione liber in perpetuum conſervaretur. Pontificium hoc diploma Laterani datum, cum inter cætera privilegia Monaſterium ipſum ab omni Epiſcoporum jurisdictione exemiſſet, & ut *quotannis Lateranenſi palatio aureos duos* perſolveret in ſignum *perceptæ a Romana Eccleſia libertatis*, decrevit die viii. Maii anno Incarnationis Dominicæ Mcxxiii. (F) Haſce Calixti Pontificis liberalitates approbavit deinde, auxitque novis privilegiis Innocentius II. Apoſtolico Diplomate, quod Nonan-

nantulæ degens anno Pontificatus ſui II. dedit die VII. Octobris anno æræ vulgaris MCXXXIII. (G)

Tribuno Abbate Monaſterium adminiſtrante Dominicus Michael Dux Venetiarum *ſenio confectus Palatium reliquit anno ſui Ducatus* XIII. *qui poſt paucos dies expirans in Monaſterio S. Georgii* (ut refert Dandulus in Chron. lib. IX. cap. XII. par. XXVI.) *in ſepulcro marmoreo ponitur, quod poſt Vita relicta ejus fieri fecit*. Sepulcrum hoc ex porphyretico marmore conſtructum cum Monachi reædificandæ Eccleſiæ cauſa inconſiderate deſtruxiſſent S. C. Decreto ſtatutum fuit, ut Clariſſimi Ducis memoriæ aliud in conſpicuo loco marmoreum monumentum elevarent, cui deinde erecto inſculpta fuit hæc Epigraphe:

Terror Græcorum jacet hic, & laus Venetorum,
Dominicus Michael, quem timet Hemanuel,
Dux probus & fortis, quem totus adhuc colit orbis,
Prudens conſilio ſummus & ingenio,
Illius acta viri declarat captio Tyri,
Interitus Syriæ, mæror & Ungariæ,
Qui fecit Venetos in pace manere quietos,
Donec enim vivit patria tuta fuit.
Quiſquis ad hoc pulcrum venies ſpectare ſepulcrum,
Genua ante Deum flectere propter eum.
Anno Domini MCXXVIII. *Indictione* VII.
Obiit Dominicus Michiel Dux Venetiæ.

Interea Tribunus Abbas, qui in Occidentalis Imperii ditione multis ſuum Monaſterium poſſeſſionibus vel donationis vel emptionis titulo auxerat, aliam quoque in Orientalis Imperii partibus ad decus ejusdem Monaſterii augendum oblationem accepit, Oratorium ſcilicet, cum adjacente quadam menſura terræ in Inſula Lemni poſitum, quod Michael ejusdem Inſulæ Archiepiſcopus *magno Monaſterio Sancti magni Martyris Georgii in Venetia* ſolemni inſtrumento donavit menſe Julio anni MCXXVI. (H).

Poſt hæc Tribunus Memmius anno ſui regiminis XXXIV. viam univerſæ carnis ingreditur anno Domini 1139.

XIII. Otto, cujus tempore Venetum Sancti Georgii Monaſte-

ſterium Eccleſiam quamdam eodem S. Georgii titulo inſignitam, & Rodeſti ſeu Rodiſti Urbis Traciæ ad littora maris Propontiaci poſſidebat, ut ex autographo Petri Polani Ducis Venetiarum diplomate oſtenditur, quo ipſe Dux Ottoni S. Georgii Abbati, atque Dominico Presbytero, & Monacho dictæ Eccleſiæ in Rodiſto poſitæ publica rerum pondera, quæ in ea urbe de jure Venetæ Nationis erant, perpetuo munere obtulit poſſidenda Anno MCXLV. menſe Septembri. (I) Eandem poſtea Petri Ducis conceſſionem executioni demandari juſſerunt Anno MCXLVII. Dominicus Maurocenus, & Andreas Genus, qui apud Emmanuelem Orientis Imperatorem pro Veneta Republica Legationis munere fungebantur. (K) Obiit deinde Otto anno Domini 1149.

XIV. Paſchalis defuncto Ottoni ſuffectus fuit eodem anno 1149. Acceſſerat eo tempore jam ad jura hujus Monaſterii Eccleſia Divi Marci Evangeliſtæ in angiportu quodam Byzantinæ Urbis poſita, quam ex publicæ largitionis munere proveniſſe veriſimile eſt. Eam Eccleſiam ſub Prioris titulo regebat anno MCL. Petrus Monachus, a quo ſe certam pecuniæ ſummam recepiſſe faſſus eſt ſolemni inſtrumento Stephanus Capellus ejuſdem anni menſe Decembri, cum vero pro majori reſtitutionis firmitate quoddam terræ ſpatium a ſe comparatum *loco pignoris* poſuiſſet non multo poſt ejuſdem nempe anni Veneto More conſiderati menſe Januario totam terram ipſam, cujus prætium a prædicto Petro S. Marci Priore receperat, ipſi & ſuis ſucceſſoribus in perpetuum poſſidendam tradidit. (L) Anno MCLII. Eccleſiam S. Mariæ de Montes apud Juſtinopolim poſitam cum ſuis pertinentiis emit Paſcalis Abbas a Bernardo Juſtinopolitano, cui venditioni Peregrinus Aquilejenſis Patriarcha ſubſcripſit.

Novum decus Eccleſiæ S. Georgii acceſſit anno MCLIV. ex deductis ad eam ſacris lipſanis Sanctorum Fratrum Martyrum Coſmæ & Damiani, cujus Tranſlationis unde, & a quo peractæ, nullum quidem extat in Monaſterii Archivo documentum, niſi tempus & nomen Paſchalis Abbatis prædicti; veriſimile tamen eſt Venetias ex Oriente fuiſſe deductas, idque etiam arguitur ex vaſe quodam argenteo Græcanico opere elaborato, in quo inter cineres, & oſſa, quibus repletum eſt, duæ extant laminæ plumbeæ Græcis characteribus inciſæ, in

qua-

quarum una legitur *Oſſa S. Coſmæ*, in altera vero *Oſſa S. Damiani*, quæ quidem oſſa, & cineres confuſe jacent. Non tamen iis Orbis Chriſtiani Eccleſiis, qui de horum Martyrum lipſanis gloriantur, aliquas ipſorum Reliquias concedere abnuam, ſiquidem (ut in translationibus compertum eſt) non integra corpora, ſed magna oſſium pars, & talis quidem, quæ corporis titulo congruenter appellari poteſt in hac Eccleſia aſſervatur.

Translationem hujusmodi affixit Maurolicus in ſuo Martyrologio ad diem x. Maii his verbis: *Item translatio SS. Coſmæ & Damiani in Cœnobium S. Georgii Venetiarum anno ſalutis* 1154. Martyrologium vero Venetiis typis vulgatum anno 1564. *ſecundum morem Romanæ Eccleſiæ* eadem die x. Maii hæc affert. *Item translatio corporum Sanctorum Martyrum Coſmæ & Damiani ad Civitatem Venetias in Monaſterio S. Georgii Majoris anno Domini* MCLIII. *indictione ſecunda collatorum*.

Ex traditione receptum eſt Abbatem quemdam hujus Monaſterii particulas ex ſacris oſſibus circa annum 1600. abſtuliſſe, ut quarumdam Monialium Vicentiæ degentium devotioni ſatisfieret, cum vero iter cœpiſſet, bis ex equo prolapſus, ne in ſe ulterius divinam provocaret ultionem, retrocedens ablatas Reliquias ſuo loco reſtituit. Rem, ut fertur, exhibeo, hoc autem mage certum eſt, & ex Archivi ſchædis teſtatum, ex ſacris horum Martyrum oſſibus ad hanc Eccleſiam translatis partes aliquas donatas fuiſſe, tum Venetæ S. Joannis in Oleo Eccleſiæ, in qua ipſorum adeſt ara, tum Patavino S. Mariæ de Miſericordia Sanctimonialium Monaſterio, in quibus præcipua veneratione coluntur. Antiquiſſimum, & a majoribus receptum morem adhuc ſervant Monachi, qui in feſta Sanctorum Fratrum die cum vaſe ſacra oſſa continente aquam benedicunt, de qua plurimi febricitantes devote ſumere conſueverunt, plurimique eorum (ut experientia probatum eſt) a febri liberantur. E veteri Eccleſia, in qua jacebant ad novum reædificatum Templum deinde translatæ (ut ſuo loco dicetur) ſacræ exuviæ in ara Crucifixis Martyribus dicata repoſitæ fuerant, ut teſtabatur inciſum ſtylobatis columnarum hoc carmen:

Hic Coſmas Medicus Divo cum Fratre quieſcit.

Deleto carmine inſculpta fuerunt hæc verba:

Corpora SS. Coſmæ & Damiani. XV.

XV. Leonardus Venerius Monaſterii regimen ſuſcepit anno MCLVI. eodem nempe anno, quo Natalis Betani menſe Martio Eccleſiæ Beati Georgii de Armito, quæ Veneto S.Georgii Monaſterio ſubjacebat, domum quamdam a ſe ædificatam obtulit, ut Marcus Julianus, qui tunc eidem Eccleſiæ datus fuerat Prior, ejusque ſucceſſores ipſam perpetuo jure poſſiderent. (M)

Notatu tamen dignior eſt ampla donatio, quam anno inſequenti menſe Octobri *Leonardo Abbati* fecit *Ugo Abbas Monaſterii S. Mariæ in Adrianopoli*, eo tempore Conſtantinopoli degens. Hic, cujus inſtitutum ignoratur, recepto prius ſuorum Monachorum conſenſu, *Eccleſiam* ad honorem S. Mariæ conditam, quæ erat juris ſui Monaſterii, poſitam in Rodiſto *Monaſterio S. Georgii de Venetiis*, & Leonardo Abbati *ejusdem Monaſterii* ſolemni devotione conceſſit *cum omnibus ſuis manſionibus*, *& cum hoſpitali & horto* ſtatutis tamen pro cenſu tribus libris olei *per ſingulos annos in menſe Semptembri* Adrianopolitano Monaſterio ſolvendis. (N) Subſcripſerunt donationi Severinus Prior & Wielmus ſeu Guilielmus Monachus, ex quorum nominibus, ſicuti pariter & ex Ugone, patet Monachos illos Occidentales fuiſſe, ideoque Divi Benedicti potius, quam Sancti Baſilii regulam profeſſos. Leonardi Abbatis rogatu Alexander Papa III. donationem ſuperius enuntiatam Arvici Epiſcopi Tergeſtini a Peregrino Patriarcha Aquilejenſi confirmatam, Apoſtolicæ approbationis munimine roboravit, & Federicus Ænobarbus Imperator privilegia Henrici V. Imperatoris *ſuper omnibus poſſeſſionibus, quas Eccleſia* S. Georgii *in Romano tenebat Imperio*, dum Venetiæ moraretur, *hortatu Sebaſtiani Ziani Ducis*, *& petitione Leonardi Abbatis pro reverentia* potiſſimum *& amore Sancti Georgii*, *& S. Stephani* Imperiali diplomate confirmavit, quod in Italia Sacra affert Ughel. Tom. V. col... ubi & Alexandri III. Apoſtolicæ Epiſtolæ leguntur. Anno deinde ab emanatione Imperialis diplomatis inſequente Sebaſtianus Ziani Dux *ſenio*, *& infirmitate confectus jam in ſuo Ducatu*, ut refert Dandulus in Chronico, *fere ſex annis completis*, *dum quaſi ſpiritum exhalaret ad Monaſterium Sancti Georgii ſe transferri fecit*, *& ſequenti die videlicet* XIII. *Menſis Aprilis vita ceſſit*, *& in*

ſepulcro marmoreo, quod vivens fecerat preparari, digne reconditur. Tradunt aliqui optimum Ducem in extremo agone poſitum Benedictini inſtituti profeſſionem emiſiſſe, juxta antiquam illius ordinis diſciplinam, hujus tamen rei, cujus nullam ingerunt nec Dandulus, nec emortualia elogia mentionem, fides ſit apud authores, qui eam ſcriptis commendarunt:

Antiqua ſepulcri Epigraphe hæc erat:

Hic Dux Egregius, ſapiens, dives cineraſcit,
Vivit cum Chriſto, mundo ſua fama nitescit,
Sebaſtiano vocitatus in orbe Zianus,
Cum Papa, Princeps, Clerus, Plebs hunc recolebant,
Juſtus, purus, caſtus, mitis, cuique placebat,
Conſilio pollens, bona plantans, & mala tollens,
Robur amicorum, patriæ lux, ſpes miſerorum,
Et flos cunctorum Dux electus Venetorum,
Binos conjunxit gladios, & more refulſit,
Eloquium, ſenſus, bonitas, clementia, cenſus,
Illi parebant, nulla virtute carebat.

Ablato ob reædificationem Eccleſiæ veteri monumento Clariſſimi Ducis merito elogium hoc novo Templi proſpectui inſculpi mandarunt Monachi.

„ Memoriæ Sebaſtiani Ziani invicti Ducis, cujus armis „ fracta prius Federici Ænobarbi Cæſaris pertinacia, mox „ officiis delinita, eumdem inter ſe, & Alexandrum III. Pontif. Max. pacis arbitrum voluit, qui nutans Chriſtiana res „ tandem ſublato diſſidio conquievit. Monachi pluribus ob„ ſtricti beneficiis celebriori loco reſtituerunt Anno Domini „ 1610. Deceſſit 1172.

Obiit deinde Leonardus Abbas 1193.

XVI. Marcus Georgius anno 1194. in defuncti Leonardi locum cooptatus fuit, cujus tempore Eccleſiam *S. Marci Veneticorum de Conſtantinopoli* Veneto S. Georgii Monaſterio adnexam, ſubjectamque adminiſtrabat Dominicus Prior; Ab eo, cum Stephanus Patriarchæ Gradenſis Vicarius injuſte exigeret, ut ſe in ſignum ſubjectionis ad feſtum Sancti Marci

in

in Eccleſia, & inde ad prandium in Prioratu invitaret, eo injurio poſtulato commotus Prior, ne in futuro aliquod gravamen oriri poſſet, *prænominatam Eccleſiam, & ſe, & Clericos in ea commorantes ſub protectione Innocentii* Papæ III. *commiſit*, & ſuprafcriptum Stephanum *ab omni gravamine* & de ſupraſcriptis appellavit die XII. Decembris anno MCIC. (O)

Anno MCCIV. Venerandum Divæ Luciæ Siracuſanæ Virginis & Martyris corpus, quod inter cætera expugnati Byzantii ſpolia Henrico Dandulo Venetiarum Duci obtigerat, Venetias in Monaſterium Sancti Georgii delatum fuit. Tranſlationem notat Andreas Dandulus Dux in Chronico lib. X. cap. III. par. XL. his verbis. " Inventis ſimiliter corporibus
" Sanctarum Agathæ, & Luciæ Virginis, quæ Baſilius & Con-
" ſtantinus Auguſtus de Sicilia deferri Conſtantinopolim fe-
" cerant, Dux obtentum corpus Sanctæ Luciæ Venetias in
" Monaſterio Sancti Georgii mandavit, quod in Eccleſia ejus
" nomini dedicata repoſitum eſt. " Sanctiſſimæ Martyris corpus Syracuſis, ubi ſepulturæ demandatum fuerat, Conſtantinopolim deductum fuiſſe certum eſt, quamvis Tillemontius, Venetorum rebus, & nomini parum addictus, illud aſſerat a Faroaldo Spoleti Duce expugnata Syracuſarum Urbe, Corfinium fuiſſe delatum, ex qua urbe Metas poſtea a Theodorico Epiſcopo tranſlatum fuit; aliquas deinde ipſius corporis partes variis locis aſſignat, Monaſterio enim Landiburgenſi in diœceſi Spirenſi poſito brachium, Bituricenſi vero Cathedrali caput Divæ Virginis, olim Romæ aſſervatum, donata fuiſſe refert. Tom. V. pag. 143. Venetæ edit. Hæc & in Collect. Martene habentur Tom. IV. pag. 158. in geſtis Archiepiſcoporum Trevirenſium " Epiſcopus autem Corfinii Theo-
" dorus Epiſcopo Metenſi dedit corpus S. Luciæ V. teſtifi-
" cans manu ſua Evangelio ſuperpoſita, hanc ipſam eſſe Sy-
" racuſanam, de qua Reſponſoria & Antiphonæ cum Miſſa
" cantantur ubique, & eo loci per Feroaldum quemdam Du-
" cem Spoletinum tranſlatam; quod dimidium idem Theo-
" doricus Ekberto Epiſcopo devotiſſime petenti tradidit. "
Pariter Sigibertus in Chronico ſuo ſub anno Chriſti *969.* ait:
" Hoc anno Theodericus (aliis Nodericus) Metenſis Epiſco-
" pus Imperatori ſanguine dilectione, & familiaritate (Otho-
" ni I.) cæteris devinctior, dum in Italica expeditione per

„ triennium ſub eo militaret, multa corpora, & pignora San-
„ ctorum de diverſis Italiæ locis quocunque modo potuit,
„ collegit. Primum a Marſia S. Elpidium ..... *a Corſinio Lu-*
„ *ciam Syracuſanam Virginem & Martyrem a Foroaldo Du-*
„ *ce Spoletanorum olim a Syracuſis illuc translatam* .... Hæc
„ omnia Præſul Dodericus in Galliam hoc anno tranſtulit,
„ & in Eccleſia S. Vincentii Martyris a ſe in Inſula Urbis
„ conſtructa locavit. " Tot autem Scriptorum aſſerta in unam Corfinienſis Epiſcopi fidem refunduntur, qui apud ſe corpus Luciæ Syracuſanæ quieſcere teſtatus eſt, quod quidem tanti fecit, ut Epiſcopo Metenſi ſacra Sanctorum pignora colligenti integrum illud ultro obtulerit. Sacrum corpus, quod ad Regiam Byzantii urbem deductum fuiſſe, Baſilio & Conſtantino Imperatoribus, audivimus ex Dandulo, eodem ſub Michaele Balbo aſportatum refert Rocchus Pirrus ex Fazello, & ann. Siculis in Sicilia Sacra Tom. I. pag. *612*. his verbis:
" Sub Michaele Balbo Imper. cujus vices Syracuſis gerebat
„ Georgius Maniaces, Saracenorum colluvies Siciliam aggreſſi
„ eam fere univerſam, præter Syracuſas, Tauromeniumque
„ ſubegerunt: ſed Maniaces, ut a barbarorum injuriis eripe-
„ ret, vel ut gratum Imperatori munus offerret, Corpora
„ S. Luciæ Syrac. S. Agathæ V. V. & M. M. D. Clementis
„ Abbatis, & aliorum SS. Conſtantinopolim aſportavit. "
Venetæ Translationi fidem perhibent Breviarium Romanum in tertia II. Nocturni lectione, ad diem XIII. Decembris natalitio Sanctæ Virginis ſacram, Petrus Callotius, ſupralaudatus Pirrus, Phil. Ferrar. in Catal. SS. Italiæ, Martyrol. Bellini ſecundum morem Romanæ Eccleſiæ Venetiis editum, Martyrol. item Petri Galeſini, ad diem XVIII. Januarii qui tamen in notis errat, dum annum Translationis ſignat MXL. & tandem Abbas Maurolicus, cujus hæc ſunt verba ad diem prædictam XVIII. Januarii notata: " Item Translatio corporis
„ Beatæ Luciæ Virginis ex Conſtantinopoli ad Venetam Ur-
„ bem anno ſalutis 1040; capta enim Conſtantinopoli, ita
„ Siculi con Venetis convenerant, ut ex duarum Virgi-
„ num Reliquiis, quas antea Michaelus Imperator interſe-
„ cto Maniacho, ex Sicilia Byzanthium devexerat, Aga-
„ thæ corpus adepti reliquum concederent. " Venerabile pignus in Eccleſia Sancti Georgii diu cultum fuit, ad cu-

jus

jus venerationem die XIII. Decembris cum innumerabilis annuatim affflueret populi multitudo, hinc frequentes oriebantur ex hyemali procella cymbarum hominumque ſubmerſiones. Hoc præcipue accidit anno 1279. flante enim validiſſimo vento ingens Civium multitudo, quæ ad ſolemnia acceſſerat naufragio miſere periit. Ea itaque, ut pericula averteret Publica providentia S. C. decrevit, ut venerandum Sanctæ Luciæ corpus ab hujus Monaſterii Templo, ad Parœcialem Eccleſiam, quæ ejusdem Divæ titulo Venetiis inſigniebatur, ſolemni ſupplicatione deportaretur. Acta fuit celeberrima Translatio Principe & Senatu comitantibus, atque univerſa urbe plaudente inſequentis anni MCCLXXX. die XVIII. Menſis Januarii. Hujuſce ſolemnitatis pompam, dum lætus exciperet Venetiarum populus, Marcus Abbas tamen, ejusque Monachi commune gaudium lacrymis proſequebantur, ablatum ſibi theſaurum gementes, quem per octoginta ferme annos poſſederant. Ipſorum lacrymas mirabili prodigio ſolatus eſt Deus, ſiquidem oranti Abbati, & lacrymanti dexteram Beata Virgo e feretro porrexit, ipſamque cum brachio inter ipſius manus dimiſit, quod deinde argentea theca incluſum, veluti ſingulare Divinæ protectionis pignus ex eo tempore præcipua veneratione in ipſius Divæ ſolemniis ad ejus aram honorifice exponitur. Particulam ex inferiori ejusdem ſacri brachii parte auferri juſſit Senatus Venetus, ut Benedicti Papæ XIV. ipſam expoſcentis devotioni fieret ſatis.

Eodem ferme tempore, quo Henricus Dux obtentum Sanctæ Luciæ corpus, aliasque ſacras Reliquias Venetias deferri juſſerat, *Clerus Catholicus Venetorum* Conſtantinopoli *Canonicos in Eccleſia S. Sophiæ præfecit, qui Thomam Maurocenum* Patriarcham Conſtantinopolitanum concorditer elegerunt, cui Apoſtolica prius authoritate confirmato conceſſit Innocentius III. *in cunctis Romanis Eccleſiis plenam, & integram jurisdictionem habere*. Cum vero prudenti viro manifeſtum eſſet, *Venetorum Eccleſias tam in Urbe Conſtantinopolitana, quam in aliis Imperii partibus conſtitutas, nulli Græcorum Patriarcharum fuiſſe ſubjectas*, omni propterea juri, quod *vel ratione privilegii, vel conceſſionis Pontificiæ* ſibi ſpectare poterat, *de Canonicorum ſuorum conſenſu prorſus* renuntiavit, ut Eccleſiæ ipſæ tum Gradenſi Patriarchæ, tum Epiſcopis, *Abbatibus*, aliisque

que Prælatis liberæ ſervarentur, & illæſæ. Datum fuit Pätriarchale Diploma Rivoalti die xv. Maii anno Mccv. (P).

Poſt hæc Petrus Zianus Dux Venetiarum poſſeſſiones & redditus, quos *Marinus Geno Poteſtas in Conſtantinopoli loco* ipſius Ducis *reſidens* Monaſterio S. Georgii aſſignaverat, ſua & ſuorum Judicum & Sapientium Conſilii authoritate de populi Venetiarum collaudatione confirmavit menſe Julio anno Mccvi. (Q), nec multo poſt, menſe ſcilicet Februario anni ſequentis Mccvii. ipſe Dux cum ſuis *Judicibus & Sapientibus minoris, & majoris Conſilii* Marco Abbati ſuisque ſucceſſoribus aquas quasdam prope Conſtantinopolim poſitas *perpetuo jure pro piſcare* conceſſit. (R) Auсto itaque cum temporalis vitæ ſubſidiis, tum ſpiritualibus ornamentis Monaſterio Marcus Abbas ſenio confectus oneri renuntiavit anno Domini Mccxx.

XVII. Paulus Venerius, dum Conſtantinopoli in Pantepopti Monaſterio, quod Venetis S. Georgii Monachis ex publica conceſſione obvenerat, Prioris munus exerceret, in Abbatem S. Georgii electus fuit eodem anno, qui ut antiquam Monaſticæ vitæ diſciplinam in locis ſuo Monaſterio ſubjectis vel firmaret, vel reſtitueret, omni ſtudio laboravit. Quapropter Joannem Berlingerium Presbyterum & Monachum a gubernatione Eccleſiæ in Regno Euboeæ amovit. Eccleſiam hanc quo tempore, vel quo donatore in jura hujus Monaſterii devenerit, incompertum; prima ejus mentio in Archivo occurrit cum Joannem ab ejus gubernio amotum legimus, mox cum ſuis redditibus locatam novimus anno 1451. Nicolao Athenarum Epiſcopo, & deinde anno 1464. Presbyteris Joanni, & Thomæ, ex quo anno nihil de ea amplius licuit invenire.

Majora autem ſuæ ſollicitudinis ſtudia ſtatim ab ipſis initæ dignitatis exordiis in eo adhibuit Paulus, ut venerandum incomptumque corpus S. Pauli Martyris, quod in Conſtantinopolitano Pantepopti Monaſterio, a ſe olim adminiſtrato, quieſcens diu veneratus fuerat, Venetias adduci imperaret. Hoc, ut facilius aſſequeretur, Marini Storlati, qui eo tempore Byzantii Prætor erat, opem imploravit, quo ſibi favente, non multo poſt ſacras Clariſſimi Martyris exuvias in ſuo Monaſterio collocandas obtinuit. Conſtantiam fortiſſimi Martyris, ejusque

que paſſionem refert Dandulus in Chronico lib. VII. cap. IX. par. VII. his verbis: " Paulus vir Orthodoxus, edicto Conſtan-
" tini inhibentis imaginum venerationem, reſiſtens, variis tor-
" mentis jubetur affligi; & cum perſeveraret, erutis oculis
" tantum per forum transjectus eſt, quod ſpiritum emiſit, &
" jam mortuus ad partes Aſpatis pro eſca canibus projectus,
" a Viris Catholicis conſervatus eſt, & denique ſub Petro
" Ziano Venetias deportatus. " Deinde vero Prætoris Conſtantinopolitani favorem, & allatas Venetiis reliquias teſtatur lib. X. cap. IV. par. XXXVII. " Paulus Abbas Monaſterii Sancti
" Georgii de Venetiis de Monaſterio Pantepoptis de Conſtan-
" tinopoli ſibi a Duce conceſſo, corpus Sancti Pauli, qui ſub
" Conſtantino Copronymo Martyrium paſſus eſt, cum favore
" Marini Storlato pro Venetis Poteſtate inibi, Venetias in
" ſuum tranſtulit Monaſterium.

Pantepopti Monaſterium memoratum legitur in Zonaræ Annalibus, qui illud ab Imperatoris Alexii Comneni matre ædificatum fuiſſe aſſerit. Ita Zonara Tom. III. " Matri Im-
" peratoris adminiſtratione rerum (ut dictum eſt) diu fun-
" ctæ mala, quibus ſubditi vexabantur, plerique adſcribebant.
" Quam rem filius, ut qui nominetenus forte duntaxat regna-
" ret, etſi moleſte ferebat, tamen illam invitam pro reveren-
" tia ſua poteſtate privare noluit. Quo mulier animadverſo,
" verita, ne vel invita excedere cogeretur: relicta Regia om-
" ni auctoritate, illi cedit: & in Pantepopti Monaſterium a
" ſe ædificatum migrat. Ubi cum aliquot annos honorifice
" & Regaliter vixiſſet provecta ætate obiit. " Pauli ſub Conſtantino Copronymo Martyris memoriam, affert Martyrologium Romanum die 17. Martii, notatque ibidem Baronius eadem die, de ipſo agi in Menologiis Græcorum. At Galeſinus, Maurolicus, antiquum Martyrologium ſecundum morem Romanæ Eccleſiæ Venetiis typis editum, antiqua Venetæ Eccleſiæ, & Monaſterii S. Georgii traditio paſſionem S. Martyris ad diem Julii octavam, ejus vero translationem ad diem XXI. alligat. Certamen Sanctiſſimi Martyris, ejusque inventionem pariter & translationem exhibet Petrus de Natalibus in Catal. lib. VI. cap. 68. quæ iisdem ferme verbis in antiquo paſſionario Ducalis Baſilicæ recenſentur, cum vero nihil ad ea, quæ Dandulus attulit, addidiſſe noſcantur, inutile puto

hic

hic Petri verba jam typis edita exhibere. Conſultius erit Sancti corporis inventionem ex antiquiſſima Scheda ms. in Archivo Monaſterii aſſervata in lucem afferre, quæ cum his verbis incipiat: *Defunctus eſt autem Beatiſſimus, & glorioſiſſimus Paulus ſacer Martyr*; Videtur haud integra eſſe, & præcedenti folio carere, ob cujus defectionem majora de inclyti Martyris fortitudine documenta amiſiſſe dolemus. Ex modo autem ſcribendi, & ex verbis, quæ in ea leguntur. *Ut mihi prius oſtenſum eſt* facile arguitur Scriptorem ipſi ſacri corporis inventioni interfuiſſe, cujus deinde enarratio Græce ſcripta, ad latinum ſermonem deducta fuit.

„ Defunctus eſt autem beatiſſimus ac glorioſiſſimus Paulus „ ſacer martir Chriſti & Confeſſor octava die menſis Julii „ (1) in confeſſione Jeſu Chriſti ſub Imperio impiiſſimi „ Conſtantini Copronimi quarto anno ſui Imperii (2) qui & „ aliis triginta annis imperans, deinde proprie iniquitatis pe„ nas ſolvens ſcaturiens verimbus abrupit (3) vitam ignis „ perpetui factus eſt cibus. Nec minimum tempus interme„ dium & omnis tiranis Iconomachorum cecidit, obtinuit „ autem Imperium Michael (4) filius piiſſime Teodore, qui „ templa renovavit, fidemque catholicam dilatavit, & augmen„ tavit, & decorem venerabilium imaginum erexit adtribuens „ Eccleſie ornatum decentem & congruum. Poſtquam quibus „ igitur inditiis novit Deus & ipſe deſtitit ab humanis re„ bus. Sanctus vero Ignatius gubernaculaque ſumpſit Eccle„ ſie. Antonius Abbas venerabiliſſimi Monaſterii cauleos vir „ Venerabilis (5) vita ratione actu & ornatu venuſtatus, ad

hunc

(1) Ex hujus ſchedæ authoritate Martyrium Divi Pauli ad diem 8. Julii alligatum fuit.

(2) Conſtantinus cognomento Copronymus Leoni Iſaurico Patri ſuo ſucceſſit in Imperio anno 741. illudque tenuit usque ad annum 775.

(3) Ita horribilem ejus mortem deſcribunt Hiſtoriæ Græcorum.

(4) Michael hujus nominis III. Theophili Imperatoris, & Sanctæ Theodoræ filius Imperium ſuſcepit anno 841.

(5) Antonius Monaſterii Cauleos Abbas Patriarchalem Conſtantinopoleos Sedem aſcendit (ut notat Baronius) anno 888; cum autem Divus Paulus agonem conſummaverit (ut ms. ſcheda teſtatur) quarto Copronymi Imperantis anno, Chriſti videlicet 745; conſequens eſt, ut anno CXLIII. poſt ejus paſſionem ſacrum corpus repertum fuerit, ex quo corrigendus eſt in Catalogo citato Petrus de Natalibus, qui poſt annos CXXII. a martyrio elapſos, *corpus ſanctum* aſſerit *divina revelatione* ſublatum.

„ hunc ergo Sanctum Antonium preſbiterum quedam divina
„ apparitio adveniens corporis Beatiſſimi Pauli Martiris ma-
„ nifeſtam fecit oſtenſionem Angelica enim apparitio appa-
„ rens Pontifici, inquit ad eum: Surgens mane & aſſumens
„ timoratum clerum vade ad partes aſparis, & deveniens ad
„ Monaſterium Chaioma requirens ibi invenies Corpus Bea-
„ tiſſimi Pauli Martiris, qui multos pro veritate conſumans
„ agones accepit coronam imortalitatis. Mox ergo Patriar-
„ cha urgens preceptum Imperatoris ſecundum juſſum Ange-
„ li Priorem, toti ſacre Sinodo enarravit. Viſum eſt ergo
„ omnibus & timoratum Clerum, & urbis Monaſteria leta-
„ nia facta locum qui oſtenſus eſt Patriarce occupare. Quod
„ & fecerunt acendentes candelas armaturamque Crucis vivi-
„ fice preferentes cum precibus & hymnis, ad queſitum lo-
„ cum pervenerunt. Ubi ſacra miſteria celebrantes in tem-
„ plo Domine noſtre genetricis Dei, & ſemper Virginis Ma-
„ rie, ad predictum Monaſterium Chaioma per perfectionem
„ ſacri miſterii effodientes inveſtigant preoſtenſum locum &
„ requirentes invenerunt, & deprehenderunt Divina directi
„ gratia, & lapidem impoſitum tumulo martiris a venerabi-
„ libus viris, ut mihi prius oſtenſum eſt viderunt, magnum
„ exiſtentem, & qui ab humana manu vix poſſet elevari.
„ Hunc Patriarcha diu orans ſanctiſque interceſſionibus con-
„ fiſus auſus eſt propriis manibus ammovere. Revoluto ergo
„ lapide & ſepulcro poſitus tanquam ſpirans & animatus vi-
„ debatur integer ſanus & perfectus, nullam maculam ferens
„ in corpore, ſed ita ſpirans nitore vultus, ut ipſe ſolaribus
„ radiis preniteret. Quem deoſculans ſanctiſſimus Patriarcha
„ Antonius, cum omni clero & populo attolentes ipſum cor-
„ pus Sanctiſſimi Pauli & ferentes depoſuerunt in templo ſan-
„ ctiſſime Domine noſtre genitricis Dei, & ſemper Virginis Ma-
„ rie (6). Honorato in predicto Monaſterio Chaioma, quod
„ & usque nunc Sanctum & Venerabile corpus Martyris ita
„ videtur integrum & ſanum ſanitates perficiens omnibus ejus

(6) Monaſterium de Pantepopti, ex quo, ut refert Dandulus, acceptum fuit corpus S. Pauli Martyris, titulo S. Mariæ inſignitum erat, quod ex authenticis documentis patet; in eo enim ſuperius laudatus Paulus Prioris munus exercuit.

„ auxilium invocantibus tribuens ſanitates. Quis enim vel „ morbis comprehenſus vel adverſitatibus circumdatus deinceps Beatiſſimi martiris implorans nomen non ſtatim invenit difficilium ſolutionem. Eſt enim portus infirmantibus „ omnibus, qui in tribulatione ſunt oppiculator & adjutor „ promptiſſimus. Sed..... ſplendor juſtorum gubernatione Patriarcharum conluctor celeſtis actus particeps adſis nunc & „ nobis tue opitulationis indigentibus & auxilii & eripe nos „ a maligni ſcandalis, que vix eſt effugere hujus vite ſeda „ turbationem mentemque mitiga & tempeſtate, & in mundana „ nos effice confuſione ſuperiores, ut tuarum interceſſionum „ directi gubernaculo in preſentem vitam tranquile pertranſeamus, & ſempiterna bona adipiſcamur, que contingat nos „ omnes nanciſci gratia, & benignitate Domini noſtri Jeſu „ Chriſti, cum quo gloria & imperium honor & ſuplicatio „ Patri & Spiritui Sancto & nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum Amen.

Translationem quoque Sacri Corporis Venetias factam ex alio ms. pergameno addiſcimus. Eam, etſi ab Ughello allatam, hic tamen exhibere optimum cenſeo, tum ut omnia Divi Martyris autentica documenta uno in loco collecta inveniantur, tum ut enarratio ipſa, quam a viro contemporaneo ſcriptam fuiſſe novimus, notulis aliquibus illuſtretur.

Translatio Corporis Beatiſſimi Pauli Martyris de Conſtantinopoli Venetias anno Domini MCCXXII. *in Monaſterio Sancti Georgii Majoris.*

„ Glorioſus Martyr Paulus, Fratres mei dilectiſſimi, juſtum „ eſſe credidi, qualiter e Conſtantinopoli Venetias venerit, „ & tempore, ſtylo ſcribere, ut beata memoria vobis, & poſteris perpetuo conſervetur. Græcorum gens, quæ imperium „ Conſtantinopolitanum regebat, fere omnes, quæ in mundo erant gentes tam in ſecularibus, quam in ſpiritualibus „ deſpiciebat, & abominabatur. Venit, ſicut æſtimo, eorum „ ſuperbia, & deſpectus in memoriam juſti Dei & occaſione „ ſanctæ terræ gens nobiliſſima, & Deo devota Veneticorum „ cum aliquibus Comitibus ultramontanis paraverunt exercitum ut Saracenos, & Barbaros devaſtarent. Sed Deus om-

„ ni-

„ nipotens magis voluit Græcorum ſuperbiam, & deſpectum
„ per memoratos nobiles punire, quam etiam Saracenorum,
„ & Barbarorum injuriam vindicare. Cumque eſſet Dux bo-
„ næ memoriæ Henricus Dandulus vir valde famoſiſſimus, &
„ ſapientia ornatus, apud Jaderam venit filius Cherſachi (me-
„ lius Iſac) cujus excuſſis Pater oculis a ſuo patruo, impe-
„ rium perdiderat, & rogavit Ducem, & Comites, qui cum
„ eo fuerant, ut amore Dei cui ſe devoverat ſerviturum,
„ eum de tanta injuſtitia vendicarent, & ſibi imperium quod
„ ejus Pater male perdiderat per miſericordiam reſtituerent.
„ Qui condolentes, & eum ſecum deducentes, dederunt ei
„ imperium, Græci vero habentes eum Dominum occide-
„ runt, & qui eum deduxerant incendere laboraverunt cum
„ ſuis navibus. Et ecce unde crevit occaſio, ut qui omnes deſpi-
„ ciunt, ſuper omnes omnipotentis Dei potentia deſpectui trade-
„ rentur. Nos hæc diximus, Fratres mei dilectiſſimi, ut nemo
„ ſuperbire audeat, vel aliquem habere deſpectui, quia Deus ſu-
„ perbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Græcorum im-
„ perium ex tunc inantea factum eſt Latinorum, & in Conſtanti-
„ nopolitana Eccleſia, quæ diu reſtiterat Romanæ Eccleſiæ or-
„ dinatus eſt nobilis quidam Venetiæ Thomas Maurocenus no-
„ mine eruditiſſimus Patriarcha. Tunc & Monaſterium S.Georgii
„ cœpit poſſidere Conſtantinopolitanum Monaſterium, nomi-
„ ne Pantepoptis, (1) in quo Beatiſſimus, & Sanctiſſimus Pau-

(1) Monaſterium Pantepopti, quod tum in enarratione Translationis, tum in Danduli Chronico vocatur Conſtantinopolitanum, in jura Veneti Cœnobii devenit eo tempore, quo fœderata Gallorum Venetorumque arma Conſtantinopolim expugnarunt. Fortunatus Ulmus in quibusdam brevibus annotationibus *ad Translationem Corporis S. Pauli Martyris Byzantio Venetias* aſſerit Monaſterium Pantepopti olim in Inſula Naxo, quæ eſt una ex Cycladibus poſitum fuiſſe, hocque ex vetuſtis Chriſtophori Mauri Ducis Venetiarum Epiſtolis arguit, in quibus Monaſterium S. Georgii dicitur *in Inſula Naxi* poſſediſſe olim *Eccleſiam quamdam nominatam Pantepopti*. Autographas haſce Epiſtolas in Veneto S. Georgii Majoris Archivo adhuc aſſervatas legimus ſuo loco mox efferendas, comperimusque non Monaſterium Pantepopti, ſed Eccleſiam quamdam nominatam *Pantipboti* enuntiari; ex qua vocum ſimilitudine deceptus Ulmus Monaſterium Conſtantinopolitanum ad Inſulam Naxi traduxit. Hanc Naxi Inſulam olim inter Cyclades celeberrimam cum aliquot annis poſt captam Conſtantinopolim Marcus Sanutus Venetus claſſe propriis impenſis comparata ſubegiſſet, Henricus, qui Balduino Fratri in Imperio Conſtantinopolitano ſucceſſerat, Inſulam ipſam in Ducatum erexit, primumque ejus Ducem Marcum Sanutum inſtituit.

„ lus Martyr glorioſe venerabatur, & in quo multa ſigna „ per eum Dominus fecerat & miracula multasque ægritudi- „ nes ab ægris corporibus per ejus merita expellebat. Eodem „ tempore præerat in Monaſterio B. Georgii vir nobili ge- „ nere Dominus Marcus, (2) qui de congregatione ſua mi- „ ſit miræ ſanctitatis virum moribus ornatum Dominum Pau- „ lum, (3) qui aſſiduis jejuniis & in caſtitate cum humilita- „ te, & patientia Deo ſerviens beatum exitum vitæ præſen- „ tis pro deſiderio æternæ beatitudinis incertus, & neſciens, „ quando fieret expectabat. Miſit etiam cum eo duos alios „ Monachos, ut Monaſterium Pantepoptis cum eo pariter, „ imo ſub eo divinis offitiis honorarent veneratione qua me- „ rebatur.

„ Aſſumpto igitur regimine præfati Monaſterii inter cæte- „ ra invenit corpus glorioſiſſimum Beati Pauli, de quo tanta „ exultatione gaviſus eſt quanta nemo poſſet de acquiſitione „ immenſi theſauri amplius gratulari, & merito: nam the- „ ſauros omnes hujus ſeculi præcellebat, templum Dei exti- „ terat, & Spiritus Sancti fuerat habitatio, & pro nomine „ Domini mortuus jacebat in corpore, vivus in anima, in „ cœleſti patria lætus, & victor regnabat cum Chriſto.

„ Spiritus Sancti cooperante gratia idem Dominus Paulus „ Conſtantinopoli rediit, ac non poſt multum temporis Do- „ minus Marcus ſenectute gravatus Abbatiam S. Georgii quam „ tenebat, refutavit, & ipſe, ut erat omni honeſtate famo- „ ſus, eſt Abbas effectus. Tanti vero theſauri non immemor, „ qui eo tempore Monaſterium Pantepoptis, aſſenſu, & vo- „ luntate ipſius Abbatis S. Georgii regebat Dominum Mar- „ cum nomine Monachum, & Sacerdotem S. Georgii, ut „ idem ſanctiſſimum corpus, prout poſſet, abſcondite ſibi „ mitteret ne tanti theſauri violentiam pateretur. Neceſſe „ habuit Prior idem præceptis Abbatis ſui obedire imo tene- „ batur de jure.

„ Per id tempus Conſtantinopoli ſuper partem, quē vene- „ rat Veneticis principabatur vir illuſtris Marinus Storlatus, „ ſci-

(2) Marcus Georgius Abbas, quem ſuperius diximus oneri renuntiaſſe.
(3) Paulus Venerius vir eximiæ virtutis, qui deinde electus fuit Abbas S. Georgii Venetiarum.

„ ſcilicet ſuper ejuſdem Civitatis medietatem (4) Qui Do-
„ minus Marinus pro eo, quod illius parentes ex antiquo
„ apud Monaſterium S. Georgii tumulantur, & ipſe credit
„ tumulari, (5) diligit Monaſterium, & Confratres. Ad
„ quem cum Prior profectus acceſſiſſet, & ſecreta ſui cordis
„ aperuiſſet cum ingenti amore in deducendo Martyris S. Pau-
„ li corpus conſilium & auxilium dedit. Habebat Prior me-
„ moratus amicum fidelem Jacobum Grimaldum nomine.
„ Hunc rogavit, ut pretioſam gemmam ſuo Abbati deferret,
„ quæ non ſolum Monaſterium, ſed & totam Venetiam ſua
„ præſentia decoraret. Nam ſicut B. Marcum pene de uni-
„ verſis partibus viſitare adveniunt innumerabiles viri, ac
„ fœminæ, (6) ita B. Paulum facta eſt glorioſa conſuetudo
„ videndi. Præterea paravit Prior capſellam optimam in qua
„ totum integrum, ut erat, depoſuit corpus. Poſtea rogavit
„ Prior memoratum Principem, ut rogaret Petrum Ingoſum
„ de Conſtantinopoli, ut in ſuo aſſirio (7) capſam cum cor-
„ pore ſuſciperet, ſed quod intus eſſet ei nullo modo aperuit,
„ & ut præciperet, ut in tali loco poneretur quod non poſ-
„ ſet aliquis deſuper ambulare. Audivit ille preces Prioris,
„ audivit, & quod rogaverat corpus ſcilicet deferre. Fecit
„ etiam nauclerus, quod rogavit Poteſtas. Parati nautæ ve-
„ nire ad navem capſam funibus ſtrictam duxerunt, & ſicut
„ dictum fuerat, poſita eſt in loco, quo nemo habebat acceſ-
„ ſum. Mirabantur nautæ de capſa, quæ erat circum ligata,

„ & inte-

(4) Quamvis non integram medietatem Urbis Conſtantinopolitanæ Veneti poſſiderent, Scriptor tamen medietatem vocat, eo quod quarta pars a dimidia Imperii Romaniæ in jura Venetorum devenerat, ad quam regendam Senatores clariſſimi nominis mittebantur; tempore autem translationis Prætor, ſeu, ut vocant, *Poteſtas* erat Conſtantinopoli Marinus ex Patritia Gente Storlata, qui translationem ipſam egregie adjuvit.

(5) Ex hiſce verbis *Credit* & *diligit* pro certo arguimus Scriptorem hujuſce enarrationis ipſam concinnaſſe, dum adhuc Marinus Storlatus in vivis degeret, adeoque contemporaneum fuiſſe, & fortaſſe etiam ipſi Translationi interfuiſſe.

(6) Illuſtre teſtimonium de celebri olim Veneratione a Chriſtifidelibus exhibita ſacris Evangeliſtæ Marci exuviis in ipſius Veneta Baſilica quieſcentibus.

(7) *Aſſirium* navigii ſpecies, de qua nihil Cangius in Gloſſario præter ea, quæ in hac S. Pauli translatione leguntur. Veneto vernaculo *Arſil* vocatur corpus navis, ſeu triremis, inerme vel quia nondum inſtructum, vel quia non amplius ad uſum idoneum.

„ & interogabant portitorem, quod intus haberet. At ille ti-
„ more coactus, vitrea opera auro depicta ineſſe dicebat. Et
„ ut vere vitra opera capſa geſtabat figura dico, non natu-
„ ra. Hoc enim de puritate vitri eſt, quod dicere poſſumus,
„ ut quæ intrinſecus manent clauſa extrinſecus agnoſcamus,
„ & ſanctus vir Paulus Chriſti Martyr ſanctitatem, quam
„ habuit in voce confeſſionis, ſervavit in opere paſſionis. Ni-
„ hil in ſe habuit duplicitatis, nec fraudis opera ſicut ſcri-
„ ptura de quibuſdam loquitur dicens: ſunt qui nequiter hu-
„ miliant ſe, & interiora eorum plena ſunt dolo & fallacia.
„ Auro fuerant depicta ideſt virtutibus ornatus, his nempe
„ prudentia, temperantia, fortitudine, & juſtitia, vel quia ſcri-
„ ptura dicit ſapientiam ſicut aurum. Ideo ſapientia etiam
„ eum dicimus ornatum. Nam ſapientia terrena animali, &
„ diabolica neque ſecundum Apoſtolum Paulum ſapientia in
„ miſterio abſcondita, quam præparavit Deus in gloriam
„ ipſius. Hanc ipſam commendans Jacobus dicit: quæ de ſuo-
„ rum eſt ſapientia, primum quidem pudica eſt, deinde pa-
„ cifica, modeſta, ſuadibilis, bonis conſentiens, plena miſeri-
„ cordia, & fructibus bonis, non judicans ſine ſimulatione.
„ Cæperunt nautæ navigare, & venerunt aura ſecunda us-
„ que in partibus Cephaleniæ; Et quia lux in tenebris late-
„ re non poteſt, paravit Dominus ventum validum, & ni-
„ miam tempeſtatem maris, ita ut aſſirium fluctibus merge-
„ retur. Tunc perdiderunt temonem, arborem inciderunt, de
„ ſe penitus deſperantes, vivere amplius non credebant; plan-
„ gebant etiam de peccatis ſuis, nimium formidantes, ne ſi-
„ cut aquis corpora, ſic animæ æterno ſupplicio traderentur.
„ Interea ſicuti placuit Creatori, in mentem naucleri venit
„ capſella, in qua latitabat Beatus Paulus Chriſti Martyr,
„ & quod Poteſtas ſibi dixerat ut in tali loco poneretur, ut
„ ab aliquo non conculcaretur, cœpitque ſuſpicari, ſanctum
„ aliquem intrinſecus latitare, & propterea pati naufragium.
„ Verum hoc eſſe, & nos credimus, quia, cum de ceco na-
„ to interrogatus fuiſſet Dominus ſi is peccaſſet, aut parentes
„ ejus, ut cæcus naſceretur, reſpondit neque hic peccavit,
„ neque parentes ejus, ſed ut manifeſtentur opera Dei in
„ illo. Sic iſti ad glorificationem Martyris Beati Pauli paſſi
„ ſunt non naufragium, ſed maris ventique intolerabile ſup-

„ pli-

„ plicium ſicut ad glorificationem unigeniti ſummi Dei cæ-
„ cus paſſus eſt quam diximus cæcitatem. O mira, o ſtupen-
„ da! qui glorificavit caput, non deſinit quotidie glorificare
„ & membra, qui glorificavit filium ſuum Jeſum, glorifica-
„ vit & Martyrem ſuum Paulum.

„ Vocatis omnibus nautis narravit eis per ordinem, quo-
„ modo Poteſtas eum rogaverat ſuſcipere capſam, & ut in
„ tali loco poneretur quod ab omnibus non conculcaretur.
„ Et quia alicujus ſancti corpus eſſe in capſa crediderat pe-
„ titus eſt Jacobus Grimaldus, ut aperiat capſellam, qualiter
„ poſſent agnoſcere veritatem. Reſpondit hoc ſe facere nullo
„ modo poſſe. Nam quidem clericus Dominicus Caravellus
„ nomine, qui eſt Canonicus SS. Apoſtolorum Eccleſiæ (8)
„ & Diaconus in alia navi clavem haberet ne aliquam dimi-
„ nutionem aliquis faceret de corpore ſancto. O recta inven-
„ tio, o diſpenſatio ſancta corpus ſui Martyris, quod Dominus
„ ad laudem ſui nominis per tot annorum curricula ſervave-
„ rat integrum ſicut hucusque poſuit in corde mittentis, ne
„ in navi illa mitteret clavem capſellæ in qua prædicti depo-
„ ſuerat corpus ſanctiſſimi gemmam. Inde enim quod eſt ſer-
„ vata ejus integritas, noſtris meritis non eſſe credimus ſed
„ Domini gratia. Omnia vere cooperantur in bonum his,
„ qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti. Sic & beato de
„ quo loquimur Paulo ad ſuam glorificationem, ei eſt ſerva-
„ ta eadem, quam vidimus menbrorum integritàs propter
„ illius nimiam ſanctitatem. O nautæ cur timebitis peri-
„ re. Portabatis portantem, & neſciebatis; habebatis ſalu-
„ tem, & ignorabatis, & ideo timebatis perire. Sed Chri-
„ ſtus Jeſus lucernam ſuam, ideſt Martyrem ſuum Pau-
„ lum, quem multis per tranſacta tempora illuſtraverat mi-
„ raculis, extinctam non eſſe aperuit neque ſub modio poſi-
„ tam oblivionis, cujus nomen ſcriptum eſt in libro vitæ. Eſt
„ etiam poſita ſuper candelabrum, regnans cum Chriſto pro

„ quo

(8) De celebri SS. Apoſtolorum Baſilica Conſtantinopoli poſita puto intelligi, in qua Canonicorum cœtus divina officia peragebat; non autem de Veneta Eccleſia SS. Apoſtolorum nomini ſacra, in qua nunquam Canonici degerunt. Dominicus autem, qui ejus Eccleſiæ Canonicus dicitur, ex Caravella familia fuit, olim inter Patritias illuſtris.

„ quo ſumpſit mortis ſupplicium ut luceat omnibus illum fi-
„ deliter colentibus.

„ Revelato itaque corpore inter eos lis crevit. Alii vole-
„ bant eum in mare mittere, ſicut quondam nautæ fecerunt
„ Jonam: alii dicebant nequaquam, ſed deprecemur Deum,
„ ut a periculo mortis liberemur ſancta interceſſione ipſius.
„ Non enim a facie Domini ſicut Jonas fugerat beatus Mar-
„ tyr Paulus: ſed ſicut conſors nominis, & gentium magi-
„ ſter beatus Apoſtolus Paulus Cæſarem appellaverat, ſciens
„ per ſpiritum, ſe Romæ in fide Chriſti multis profuturum;
„ ita beatus iſte Martyr deduci ſe ſinebat Venetias, & ſi non
„ prædicatione miraculis ſimilia multis facturus. Juxta Dei
„ placitum prævaluit bona voluntas in omnibus, & cæperunt
„ ſanctum venerari, quem ſtulte aliqui cogitabant ſubmerge-
„ re. In continenti nempe die, vel hora, tanta facta eſt
„ tranquillitas maris, & venti, quanta nemo mortalium me-
„ lius cogitare poſſet. Viſo tanto miraculo nunquid dicere
„ potuerunt, quis eſt hic, quia venti & mare obediunt ei?
„ Erat profecto membrum de corpore, cujus Chriſtus in ſem-
„ piternum eſſe non deſinit caput, Chriſtus, qui per ſuum
„ fidelem Martyrem Paulum juvamen ſalutis diu optatum de-
„ dit ducentibus illum. Læti itaque nautæ pervenerunt Otre-
„ ctum, & ibi accipiente ſibi, & aſſirio, quæ deerant ne-
„ ceſſaria, ſtanteque aura ſecunda pervenerunt uſque Vene-
„ tias. Iterum quia diximus, quod Dominicus Caravellus
„ diſpoſitione divina ſicut credimus, in alia navi clavem
„ haberet theſauri incomparabilis, ipſe Prior venit cum
„ clave, & denunciavit gaudium affuturum, quod non ſo-
„ lum ſuſcipientes letificaret, ſed etiam multas exteras gen-
„ tes, quæ ad eum venturæ erant ipſum adorare, ut cer-
„ nimus. Poſtea vero nunciatum fuit domino Abbati &
„ Monachis, quod venerant, qui detulerant ſanctum corpus
„ beatiſſimi Martyris Pauli. At illi gaviſi, & alacres cum
„ magna lætitia, & exultatione paraverunt navem poſue-
„ runtque intus vexilla non modica, & campanis pulſanti-
„ bus, cum honore digniſſimo, digniſſimum corpus margari-
„ tam ut ita dicam, pretioſam, immo margaritis omnibus
„ pretioſiorem, ſanctitate mundicia, & miraculorum virtute,

„ per-

„ perduxerunt ad Monaſterii ripam anno Domini MCCXXII.
„ (9) Ornatus D. Abbas Sacerdotalibus indumentis, & mitratus (10) cum ſuis Monachis, & Monachabus (11) omnibus, ipſemet accepit capſam cum corpore propriis ulnis, Fratribus illum juvantibus, & dignis laudibus voce & mente canendo, lætus in Eccleſiam S. Georgii Martyris, ſicut optabat, Deo annuente perduxit. Poteſt ſicut credimus, de tali manſione gaudere, ubi conſociatus eſt beatiſſimis Stephano Prothomartyri digniſſimo Coſmæ atque Damiano Martyribus, nec non etiam Coſmæ confeſſori ſanctiſſimo. Sunt etiam ſicut monſtratur in eodem loco, divina diſpoſitione gemmarum omnium præcioſiſſimæ gemmulæ prætioſiores; ut eſt crucis ligni particula, ſpongia, quæ ſacratiſſimo Domino fuit appoſita, ſicut & Apoſtolorum Philippi, & Jacobi, (12) & Thomæ confeſſoris, (13) quantitas Martyrum, & Virginum, de quibus loqui longum eſt per ſingula.

„ Cognoſcentes viri, & fœminæ Civitatis Venetiæ, gaviſi, & lætabundi venerunt videre ſanctiſſimum corpus Beati Pauli, & ejus ſuffragia poſtulare. Multi denique ægrotantes ipſius meritis, Domino opitulante, in ejus adventum recepiſſe ſalutem cognovimus. Et quia de omnibus nimis „ labo-

(9) Concordant in anno Tranſlationis ſtatuendo omnes Martyrologi, qui eam enuntiarunt. Ita ad diem 21. Maii Maurolicus in Martyrol. Galeſinus in Annotat. Martyrol. ſecundum morem Romanæ Eccleſiæ Venetiis editum, Ferrarius, & alii multi. Mirum autem videri poteſt, nihil de hac tranſlatione enuntiaſſe Clar. Baronium vel in Martyrol. a ſe reformato, vel in annot. ad ipſum Martyrol. Clariſſimæ rei tot, & talibus teſtimoniis roboratæ nihil officere poteſt unjus viri, & quidem recentioris ſilentium.

(10) Ex antiquo hoc documento inſtruimur Abbates S. Georgii etiam eo tempore Mitra decoratos fuiſse.

(11) Fortaſse intelligit de Sanctimonialibus tum S. Zachariæ, tum S. Laurentii, quæ eo tempore ſub Monachorum ſpirituali regimine, & adminiſtratione vivebant, quæ cum nulla clauſuræ lege adhuc tenerentur, in tanti Martyris Venerationem ſacro corpori obviam proceſserunt.

(12) De *Crucis ligni particula*, deque Apoſtolorum Philippi & Jacobi Reliquiis mox dicendum erit.

(13) Quis fuerit Thomas hic confeſsor, cujus Reliquiæ ſimul cum Divi Pauli corpore Venetias tranſlatæ fuerunt, mihi, & Monachis S. Georgii pariter incompertum. Thomam Monachum Antiochiæ legimus ſanctimonia celebrem floruiſse, *quem Antiocheni*, ut teſtatur Martyrologium Romanum, *ob peſtem ejus precibus ſedatam ſolemnitate annua* coluerunt.

„ laborioſum eſſet dicere de aliquibus in ædificationem fidelium, ſicut a relatoribus audivimus, dicemus. Sed quia „ præſens opuſculum nondum peregimus, illius miracula in „ poſterum dicere reſervamus. Ipſe Dominus Abbas capſam „ in qua corpus beatæ memoriæ S. Pauli Martyris jacebat pro „ merito fideli & devoctione ipſius foliorum cooperire auri, „ & depingi fecit, & in arcella optime depicta digniſſime „ collocavit. Lampadem cum oleo ante eum in ſignum reverentiæ dependere juſſit. Fratres vero ipſum diem adventus ejus, ſicut hactenus, die ſcilicet XI. exeuntis menſis „ Madii, unanimes pari exultatione cum ſuo patre celebrarunt feſtivam. Uno etiam voto omni die omnique nocte „ pene per totius anni curriculum non deſiſtunt ejus ſuffragia poſtulare & quibus poſſunt excolere laudibus. Ad laudem, & gloriam unigeniti ſummi Patris, qui vivit, & regnat Deus per infinita ſæcula. Amen.

Corpus itaque SS. Martyris cum ad Venetam Divi Georgii inſulam appuliſſet, integrum inventum eſt, & carne roſei coloris coopertum, ad quod venerandum cum acceſſiſſet Petrus Zianus Venetiarum Dux, Regium cornu ſuæ dignitatis inſigne ſacro Martyris capiti impoſuit, ex quo piæ religionis actu uſus deinde invaluit Divum Paulum pingendi Ducali cornu ornatum, quo etiamnum redimitum ſacrum corpus conſpexerunt ii Monachi, qui recentiori ejus translationi adfuerunt quorum teſtimonio perſeverantem ipſius admirabilem incorruptionem didicimus. Sunt, qui religioſam diadematis impoſitionem a Ziano Duce factam Chryſtophoro Mauro pariter Veneto Duci attribuant, cum autem Picturæ aliquæ in Monaſterio aſſervatæ Mauro Principe antiquiores Paulum Martyrem exhibeant cum Ducali cornu ipſius capiti impoſito, evidens eſt non Mauro, ſed Ziano Duci pii obſequii gloriam eſſe tribuendam. *Yconam quæ etiamnum extat*, ſe vidiſſe teſtatur Fortunatus Ulmus, *Beatiſſimam Mariam Virginem in medio B.B. B. Georgium, Stephanum Prot. & Coſmam M. a dextris B.B. B. Benedictum, Paulum M. cum Ducali Cornu, & Damianum M. a ſiniſtris exhibentem, atque ad pedes B. B. Virginis* Mariæ Abbatem genua flectentem, ad cujus pedes hæc verba inſcripta legebantur: *Dei Matri Philippus Abbas hujus Mona-*

Monaſterii. Floruit Philippus Abbas, ut mox dicetur, anno 1319. Chryſtophorus Dux autem anno 1462.

Poſteriores ſacri pignoris translationes ſuo deinde loco recenſendæ erunt.

Eodem ipſo anno, quo Venetum S. Georgii Monaſterium pretioſis Divi Pauli exuviis ditatum fuit, *Canonici Juſtinopolitanæ Eccleſiæ, ac quidam alii, Eccleſiam S. Mariæ de Monte, ac poſſeſſiones ipſius ad idem Monaſterium de jure ſpectantes contra juſtitiam* uſurparunt; de qua virorum violentia cum apud Honorium III. conqueſti eſſent Monachi, juſſit Pontifex die II. Maii anno MCCXXII. (S) ut Plebanus Eccleſiæ Parœcialis S. Juliani Venetiarum partibus convocatis *cauſam* audiret, & *debito fine* decideret. Judicium pro juribus Monaſterii ſervandis contra Canonicos latum fuiſſe teſtantur Archivi documenta.

Biennio inde evoluto novo diplomate ipſe Honorius Pontifex privilegia Monaſterii renovavit, ipſumque ab omni Patriarchæ Gradenſis, & Epiſcopi Caſtellani juriſdictione liberum eſſe decrevit, & *immediate ad Romanam Eccleſiam pertinere*. Reſervavit attamen Epiſcopo ea, *quæ circa Chriſma, Oleum Sanctum, Ordinationes Clericorum, & quædam alia* in antiquis Romanorum Pontificum privilegiis ſpecialiter reſervabantur. Datum fuit hoc Honorii Diploma Laterani die VI. Maii anno MCCXXIV. (T) Die deinde inſequenti Abbati S. Cypriani Torcellanæ diœceſis, Priori S. Mariæ Novæ de Venetiis (ſic eo tempore vocabatur Eccleſia modo S. Mariæ Virginum nuncupata a Canonicis, & Sanctimonialibus Ordinis S. Marci de Mantua exculta, de quibus Operis hujus Tom. IV.) & Priori S. Mariæ de Avanziis de Patavio mandavit, ut quod ab ipſo in ſuperiori diplomate definitum fuerat, facerent *appellatione poſtpoſita* per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. (V) Honorii diploma inter canonicas ſententias relatum eſt in Decretali Gregorii IX. lib. II. Tit. XII. ubi hæc a Gloſſa referuntur:

„ Patriarcha Gradenſis petebat ſubjectionem in Monaſterio „ S. Georgii & L. ſolidos Venetorum ad indicium ſubjectio„ nis, intentans poſſeſſorium ſcilicet & petitorium. Super „ duobus prædictis articulis lite conteſtata pars utraque ſuas „ probationes induxit, & quia Patriarcha probavit ſe poſſe-

„ diſſe, ac percepiſſe prædicta, cum diceret ſe ſpoliatum præ-
„ dictis, dominus Papa ipſum reſtituit: verum quia utraque
„ pars deduxerat in judicium quicquid juris habuerat in præ-
„ dictis, Papa viſis privilegiis prædeceſſorum ſuorum ex par-
„ te Monaſterii productorum, pronunciavit Monaſterium li-
„ berum, & ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinere,
„ abſolvendo Monaſterium in præmiſſis & aliis, quæ jurisdi-
„ ctionem & ſubjectionem reſpiciunt, ab impetitione Patriar-
„ chæ, non obſtante poſſeſſione ab ipſo Patriarcha probata,
„ quia non probavit tanto tempore ſe percepiſſe prædicta,
„ quod per hoc renunciatum fuerit privilegiis libertatis; ſed
„ cum de prædictis L. ſolidis, quos Patriarcha petebat ad in-
„ ditium ſubjectionis, ſit actum ab ipſo, per ſententiam,
„ quam ſuper hoc contrariam reportavit, Papa ibi non adi-
„ mit poteſtatem, ſi alio jure de præmiſſis L. ſolidis voluerit
„ experiri.

Nec ſatis habuit Honorius hæc feciſſe, ſed die XVII. ejusdem menſis novo ampliſſimo diplomate ea omnia privilegia renovavit, auxitque quæ a prædeceſſoribus ſuis Veneto S. Georgii Monaſterio retroactis temporibus conceſſa fuerant; mox anno MCCXVI. die XX. Martii Apoſtolicis litteris Angelo Baroccio Patriarchæ Gradenſi, & Capitulo Caſtellanæ Eccleſiæ datis, eosdem monuit, ut *juxta conſuetudinem antiquam, & hactenus obſervatam accedere* deberent *invitati ad exequias morientium* in Monaſterio S. Georgii, *& alios illuc libere accedere* permittere; Idipſum autem & Gregorius, qui pridem anno MCCXXIX. die XXIX. Julii Apoſtolica privilegia huic Monaſterio conceſſa confirmaverat obſervari ſtatuit Apoſtolicis literis Angelo Patriarchæ iteratis die VIII. Auguſti ejusdem anni MCCXXIX. (X) Dum hæc Romæ aguntur, Petrus Zianus Dux Venetiarum, qui ampliſſimis muneribus Monaſterium hoc vivens ornaverat, morti quoque proximus piis auxit legatis, & Paulum Abbatem virum Nobilem extremæ ſuæ voluntatis exequutorem inſtituit, quæ cum mandaſſet invaleſcente morbo die XI. Martii anno 1229. *feliciter* (ut ait Dandulus) *expiravit & in paterno ſepulcro* apud S. Georgium *ſepelitur*. Ex Dandulo autem aliisque probatis rerum Venetarum Scriptoribus compertum eſt, Petrum Ducem abdicato Principatu in propria habitatione degiſſe, non autem in D. Georgii Cœnobio Monaſticum cucullum induiſſe.

Ziano in Ducali faſtigio ſuffectus fuit Jacobus Theupolus, qui ipſo initæ dignitatis anno menſe Majo datis Romeo Quirino Poteſtati Coſtantinopoleos Ducalibus literis eidem mandavit, ut bona in Conſtantinopoli poſita Monaſterio S. Georgii commutationis titulo olim a Theophilo Geno pro Venetis Conſtantinopoli Prætore aſſignata *Miſſo ipſius Monaſterii B. videlicet Priori S. Marci* traderet, ut ea Monaſterium ipſum perpetuo poſſideret. (Y)

Appulit poſt hæc Venetias Fridericus II. Imperator, qui in Monaſterio hoc Divi Georgii (ut traditur) honorificentiſſimo hoſpitio exceptus privilegia Friderici I. Imperatoris avi ſui huic Monaſterio conceſſa confirmavit, auxitque menſe Martio anno MCCXXII. Abbati ejusque ſucceſſoribus indulgens, ut *victualia ſua*, quæ per quaslibet partes Imperii habebat, ſecure, & absque ulla tranſitus ſolutione ad ſuum Monaſterium deferre valerent. (Z) Interea cum Juſtinopolitanæ Eccleſiæ Capitulum ab injuſtis moleſtiis non deſiſteret, Epiſcopus Caprulanus de Sedis Apoſtolicæ Legatorum authoritate excommunicationis ſententiam adverſus Capitulum ipſum promulgavit, quam ut Apoſtolica authoritate *usque ad ſatisfactionem* condignam facerent inviolabiliter obſervari, Epiſcopo Vicentino ejusque in hoc collegis mandavit Gregorius Papa IX. die XVI. Septembris anno MCCXXII. (AA) Poſt hæc eximius Vir mortalitatem exuit anno 1236. moribus, prudentia, & rebus geſtis Clariſſimus.

XVIII. Benincaſa, de quo nihil præter nomen ad noſtram notitiam advenit.

XIX. Petrus Quirinus anno MCCXXXIX. Abbas inſtituitur, cujus nomen in Codice Publicorum memoratur ad annum ſequentem 1240. Hic ab Innocentio IV. Pontifice confirmationem impetravit, anno MCCXLIV. die XVII. Januarii (BB) privilegiorum omnium, quæ Apoſtolica prædeceſſorum ſuorum liberalitas Monaſterio S. Georgii Majoris indulſerat, quo item anno die XVI. Octobris Benedictus Archiepiſcopus Heracleenſis pro receptis a Petro Abbate Eccleſia & Monaſterio de ipſius jure poſitis in Conſtantinopoli annuum trigintatrium yperperorum cenſum ipſi, & ſucceſſoribus ſuis ſolvendum ſolemni conventione ſpopondit (CC). Septimo ſuo regiminis anno Petrus Abbas novo theſauro Eccleſiam ſuam S. Georgii ornari

ri gaviſus eſt, dum corpus Divi Eutichii Patriarchæ Conſtantinopolitani Byzantio Venetias adductum in ſuo Monaſterio ſuſcepit, & die XXII. menſis Aprilis *bonorifice in Altari* recondidit, quod poſtmodum e veteri ad novam Eccleſiam translatum in ara Crucifixo Redemptori ſacra collocatum fuit hac inciſa epigraphe:

Hac jacet Eutichius Byzantii Præſul in ara.

Deleto deinde carmine inſcriptum fuit:

Corpus S. Eutichii Patriarchæ Conſtantinopolitani.

Vitam Sanctiſſimi Patriarchæ concinnavit Euſtatius Presbyter ejus diſcipulus, & individuus laborum ſocius, quam Godefridus Henſchenius laudatiſſimus Hagiographus retulit inter Acta Sanctorum Tom. I. Aprilis ad diem VI. ejusdem menſis. Aliam etiam ejusdem Sancti vitam in Codice Reginæ Sveciæ ſe vidiſſe teſtatur Clariſſimus Vir a Fabiano Cretenſi, Monacho Caſſinenſi, e Græco in Latinum traductam, quam cum in lucem proferre opportunum non putarit, quia non ſine *variis mendis*, ut ipſe aſſerit, confectam, nos ex antiquo autographo pergameno, quod in Archivo S. Georgii aſſervatur, depromptam exhibemus, eam ab iis erroribus illæſam autumantes, quibus fortaſſe ſcatet Codex ab Henſchenio perluſtratus, cujus rei teſtimonium eſt nomen Ducis in translatione enuntiatum, dum enim in Codice Reginæ Andreas Dandulus enuntiatur, in Veneto pergameno Jacobus Theupulus legitur, qui anno 1246. Ducali dignitate potiebatur. Euſtachium, loco Eutychii, poſuit Fabianus Monachus, fortaſſe vel propter nominis apud Venetos corruptionem, vel quia minus recte nomen Græcum Sancti Patriarchæ deduxerit; eo etiam nomine Sanctum Patriarcham appellat Bellinus in ſuo Martyrologio ſecundum morem Romanæ Eccleſiæ ad dies XIX. Februarii, & XXII. Aprilis, in quarum prima ſolemnitatem natalitiam, in ſecunda vero Translationem Eutichii recenſet. Maurolicus ad utramque diem, nec Euſtathium, nec Eutychium, ſed Euſtachium Patriarcham Conſtantinopolitanum affert, in cujus quoque nomine afferendo variat Galeſinus, die enim XIX. Februarii S. Patriarcham, quem in Martyrologio Eucharium dicit, in annotationibus corrigit *ex Martyrologio Rom.* Euſtachium, cum tamen in ipſo Martyrolo-

rolo-

rologio Rom. nullus legatur Euſtachius Patriarcha Conſtantinopolitanus. Mox die 22. Aprilis, idem Galeſinus translationem *S. Euſtachii Patriarchæ Conſtantinopolitani* Venetiis factam recenſens, eam in annotationibus ad annum MCCXL. alligat cum tamen pro certo conſtet anno MCCXLVI. celebratam fuiſſe. In nomine Eutychii afferendo Ferrarius in Catal. & alii pariter erraverunt, Fabianus vero noſter ſi in aliquo ab Euſtathio Presbytero diſcrepare videtur, in eo excuſabilis eſt, quia ab antiquo Græco ms. in aliqua parte dilacerato tranſtulit.

VITA
SANCTI EUSTACHII (1)
PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI

Per domnum Fabianum Cretenſem Monachum Congregationis Caſinenſis alias S. Juſtinæ ex Greco in Latinum traducta.

PROLOGUS.

„ OMnium quidem præclara geſta Sanctorum Fratres nihil „ aliud eſſe probatur, quam quædam humanæ vitæ præ„ſidia quibus facilius ad immortalitatis ſtatum unde cecidi„mus, iter nobis fas eſt arripere præſertim quum eorum vis „atque ſumma non in cognitione tantum, verum etiam in „actione verſetur. Tanto enim magis artioris nobis ſemitæ „curſum aperiunt, quanto mortalium fuiſſe geſta ſentimus, „& quamquam immediatius humana ratio ad divinitatis ar„cana ſuopte tranſcendat ingenio, certius nobis tamen iter „oſten-

(1) Duos Euſtachios Patriarchas Conſtantinopolitanos legimus, unum anno 1018. ſub Baſilio, & Conſtantino Imperatoribus, alteram anno 1086. ſub Alexio Comneno, quorum tamen nullus ſanctitate floruit, ideoque cum Eutychio viro ſanctiſſimo convenire minime poteſt. Corrigendum eſt itaque nomen ex ſuperius allatis; & Euſtachii loco reponendus Eutychius.

„ oſtenditur, ſi ad contemplationis delectationem per operationis exempla ducamus, ac velut in diſciplinis animus non „ poteſt inviſibilium cognitionem penetrare, niſi per ea quæ „ ſenſu cognovit, ante pertranſeat. Sic & ad cœleſtis vitæ „ pabulum infirmitas nequit humana conſcendere niſi per bo„ næ actionis ſtudia prius incedat nec non calcatis his, quæ „ ingenuitatem animi temporalibus quibusdam oblectamentis „ labefactare conantur, indefeſſo utpote gradu ad cœleſtia „ rapiatur. Ea propter, quid aliud nobis ſunt præclariſſimorum „ geſta virorum, quam quædam præſtantiſſimarum documen„ ta virtutum quibus victor animus tutiore quadrivio altiora „ molitur. At certe nobis non deſinunt exempla Sanctorum, „ quorum vita virtutesque ita claruere per orbem, ut ad eo„ rum nos imitationem inexcuſabiles funditus eſſe judicemus. „ Nam quid Apoſtoli, quid glorioſi docuere Martyres, quid Pa„ triarchæ ſanti, ac velut hic noſter, quem præ manibus „ habemus, quid Anachoritarum & Monachorum celeberri„ ma turba virginumque tener per omnia ſexus. Quorum alii „ devicta petulantia carnis, ſuperato alii perſecutore varioque „ ſuum per ardua calle ſecuti ſunt Dominum, niſi ut & Nos „ infirmi minime calentes derelictis his labilibus atque cadu„ cis, quam animum, quam quædam deſpectiſſimarum feces „ obruunt eorum exemplo ad ſuperna nitamur. Hinc diſcant Ec„ cleſiarum Principes ac hujus ætatis noſtræ Rectores, tam & ſi „ de eorum mihi virtutum ſumma non ſit ullo modo judi„ candum, ut ſicut illis in opulentia rerum in officiis ac di„ gnitate ſuccedunt ita virtutibus accedere ſimul, & actione „ videantur. Diſcat mecum pariter ſenes cum junioribus ſi „ vitam inquirunt, quos ad vitam imitari debeant. Diſcat „ ſtudioſus quisque non inanis eloquentiæ magis admirari fu„ cos gratumque leporem, quam eorum exempla virtutesque „ qui virtutes ipſas differendo non docere ſolum, ſed & am„ plecti celeberrime non dubitarunt. Quocirca hunc quoque „ noſtrum chariſſimi Patriarcham pignus ſane inter cætera „ veſtræ devotionis egregium intento corde intentisque men„ tis aſpectibus intueamur imitari curemus, ut ſicut ipſi fe„ lici virtutum commercio regna meruit poſſidere celeſtia ita „ & nos ſuperno confiſi patrocinio ſtudeamus dum in hac vir„ tutum ſchola moramur, quo ſuis eum documentis in futura vita „ mereamur habere conſortem.

In

Incipit Vita.

„ Sanctus itaque pater magnusque Euſtachius, cujus hodie
„ feſta celebramus magni temporibus Thio (2) quond. pernobili
„ Frigiæ, pago exortus claruit. Hunc parentes & genere non
„ ignobiles & fidei virtute præclari, quum in ſanctis operi-
„ bus ac ſenectute bona, unicum edidiſſent Eſichio (3) pro-
„ tinus avo ejus Ven. Presbytero adhuc tenella ætate puerum
„ educandum tradiderunt. A quo quum primum ſacroſanctum
„ Baptismatis lavacrum ſuſcepiſſet paulatim præclaræ indolis
„ puer non tam ætate, quam moribus enutritus in anguſtæ
„ civitatis Eccleſia ubi ejus æternæ ſalutis Sacramentum ce-
„ lebrare conſueverat ſacrarum rerum cuſtodiæ præficitur. At
„ interea quum per ætatem divinarum litterarum ſtudiis tra-
„ ditus eſſet ita ſeſe diligenter exercuit, ut & ſcientiæ pro-
„ funditate, & rerum cognitione nulli putaretur eſſe ſecun-
„ dus. Demum perfectam ſatis ætatem ad usque provectus
„ continuo per Sacella, hinc inde ſumma animi ingeniique
„ induſtria crebris dignisque ſermonibus ad animarum docu-
„ mentum Evangelii ſaluberrimum diſſeminare ſemen, cum
„ publice tum privatе non ceſſabat. Qui maxima profecto
„ quam in Deum pietate pollebat, miraculorum etiam ampli-
„ tudine omnibus pene populis regionis illius non enim late-
„ re civitas ſupra montem poterat incredibili temporum opi-
„ tulante Domino faciebat admirabilis haberetur videretque
„ ſibi cœlitus eſſe decretum, ut ei potiſſimum tum animi ſer-
„ vitio, tum etiam corporis ſtuderet inſiſtere, cujus gratia
„ atque virtute tot miraculorum inſignia & portenta in ocu-
„ lis omnium exercebat ſubiit animum, dejectis e veſtigio
„ ſecularibus indumentis religioſam induere veſtem ſacrisque
„ ſe ſe ordinibus inſignire, quo non minus habitu quam ope-
„ re ſimul Domino ſuo a quo tot talenta ſuſceperat deſervi-
„ ret. Itaque in templo ſacratiſſimæ Dei genitricis, quod ea
„ tempeſtate ibi quam celeberrimum habebatur ab Amaſiæ

(2) Locum Nativitatis *Villam Theii* vocat Euſtachius cap. I.
(3) Avus noſtri Sancti Autychius nominatur ab Euſtachio, qui & parentes ejus enuntiat Alexandrum & Gyneſiam.

„ præſidente vocatus procurante etiam non minime Avito cæ-
„ ſariem primum qua juvenili jam tum ætate præditus fue-
„ rat, religionis ſtudio ultro corradendam expoſuit. Sub in-
„ de ad Diaconatus Sacerdotiique dignitatem electus Mona-
„ ſterium in eadem urbe a Meletio ac Seleuco Pontificibus
„ quam gratiſſime ſuſceperit. Quo vitam aliquandiu ſolita-
„ riam degens non multo poſt virtutum ejus præſtantia Ar-
„ chimandrites conſtitutus ita ſedulo, & officio & dignitate
„ uſus eſt, ut & gravitate morum, & ſanctimonia omnibus
„ non in caſſum id officii ſuſcepiſſe videretur. At vero quin-
„ ta Synodo, quæ Imperatoris Juſtiniani ædicto convocata eſt
„ accerſitis hinc inde Pontificibus ad eradicandam novam
„ peſtem, quæ in Amaſia cæteriſque Lacædemoniorum urbi-
„ bus quam acerbiſſime Euticetis doctrina pululara quum
„ ipſe Amaſiæ præſidens maxima ægritudine correptus aggre-
„ di hujuſmodi Provinciam extimeſceret Beatiſſimus Euſta-
„ chius quem in hac re præcipuum nemo fore dubitabat, in
„ ejus locum ſurrogatus eſt. Interea dum ſe Conſtantinopo-
„ lim contuliſſet virtutibus in primis ſapientia ſcilicet atque
„ prudentia, ut erat clarus conſtantia potiſſimum in hæreti-
„ corum diſputationibus quorum dogmata acerrime per quem
„ expugnabat apud omnes clariſſimus reddebatur. Nempe
„ hæreticos omnis ne dum Scripturæ ſacræ teſtimoniis, ſed &
„ philoſophiæ præſidio præterea quibus divinitus armis communi-
„ tus fuerat aſſiduo pene conflictu ſuperabat enim vero adeo
„ evidentiſſimis ibi periculis ſuæ virtutis ac ſcientiæ ſummam
„ oſtendit, ut unus eo tempore fidem quam in infidelibus
„ odio eſſe maxime videbatur, talibus patrociniis impugnan-
„ do perinde ac tiro fideliſſimus media vallatus acie, palmæ
„ immortalis præcipue deſiderio defendere cerneretur. Qua-
„ mobrem unum omnino deſiderium eadem voluntas omnis
„ populos ipſum quam maxime promovit Imperatorem, ut
„ quem tanto ſplendore fulgere conſpicerent amplioris etiam
„ dignitatis gloria ſublimarent. Quo factum eſt, ut quemad-
„ modum Beatiſſimus Patriarcha Menas multo antea divina
„ revelatione eum ſibi ſucceſſorem prædixerat habiturum ita
„ uno omnium conſenſu in Conſtantinopolitanæ Sedis mode-
„ ramina idoneum unanimiter acclamarent. Itaque non mul-
„ to poſt peregrinationem quam annuente Domino haud ini-

„ quo

„ quo animo ſuſceperat ſanctiſſimoque Mena defuncto Imperatore, qui tum Conſtantinopolim pro tempore civitatem
„ incolebat ſanctiſſimum virum ex Amaſia urbe accerſiri juſſit, ac omnibus cum circa regionem Epiſcopis omnibus Ec-
„ cleſiis perque civitatem univerſam preconibus undique ſtrepentibus tam ampliſſime atque inclytæ Urbis Epiſcopatu
„ digniſſimum eſſe declaravit. Arrepto demum Eccleſiæ gubernaculo qualem ſe ſe erga omnes exhibuerit, qualemve
„ in bene gerendarum rerum ſtudio præſtiterit non eſt humanæ facultatis evolvere. His igitur ita tranſactis conſti-
„ tutoque jam dudum in Sedem Euſtachio quum antiquus
„ humanæ naturæ hoſtis, omnium certe nequitiarum, ac
„ zizaniorum, ut in Evangelio legitur ſator nequiſſimus Ec-
„ cleſiæ memorate tranquillitatem & inſtaurationem quam per
„ Euſtachium Beatiſſimum reddenda fuerat, nulla ſuſtinere
„ lege potuiſſet cœpit imbecillis quibusdam dogmatibus ad-
„ modum conatibusque leviſſimis experiri, quo eam ad illa-
„ queandas fidelium mentes, uti diu noctuque paratus eſt
„ aliquantulum ab inſtituto commoveret. Et primum quidem
„ variis technis variiſque peſtiferæ calliditatis ſuæ laqueis blas-
„ phemare quosdam ſub religionis, ac pietatis prætextu com-
„ pulit. Poſtremo deliramentum quodpiam adverſus Eccleſiæ
„ catholicæ veritatem inter molia ſatis eorum corda diſſemi-
„ navit, ut ſcilicet Chriſti Jeſu Sacratiſſima caro quam ex in-
„ temeratæ Dei genitricis utero ad humani generis redemptio-
„ nem aſſumpſerat, quaque verus homo veram accepiſſe car-
„ nem firmiſſime probatur & creditur eam dubio procul in-
„ corruptibilem impaſſibilemque fuiſſe fatentur. Quum inve-
„ terata callidiſſimi hoſtis invidia imperatoriam quoque maje-
„ ſtatem tam peſtifera contagione fœdaviſſet magnum Euſta-
„ chium qui toto animo totisque viribus eo improbam veſa-
„ namque dementiam conabatur evellere imperatoris, Impera-
„ toris juſſu propria ſede turbatum proh nephas exilio vexare coe-
„ git. E veſtigio itaque vir Sanctus ſuperno confiſus propugna-
„ culo quum eam relegationem æquo admodum animo ob Dei
„ præcipue voluntate ferre decreviſſet ſeceſſit in Monaſterium
„ non longe ab Amaſia Lacedemoniæ urbe. Quo biſſenos re-
„ legatus annos corporis animique exercitatione celibem vitam
„ feliciſſime duxit. Denique poſt maxima plurimaque miraculo-

„ rum inſignia quam per id temporis Domino cooperante execu-
„ tus eſt quum jam perniciosiſſima illa & penitus abominanda
„ hæreſis ejus precibus extincta eſſet, poſt liminio reverſus
„ omnium haud mediocri propemodum lætitia in ſedem pri-
„ ſtinam eſt celeberrime reſtitutus. Non multo poſt Juſtiniano
„ defuncto majeſtatis imperatorie ſceptra in Juſtinum atque
„ Tyberium ſucceſſione translata ſunt. Quorum quum impe-
„ rio quamplurimæ hominum ſtragis fierent, omniaque ferme
„ circum circa devaſtarentur eorum ipſe ſævitiam præcipuis
„ lachrymis, aſſiduaque oratione repreſſit. Qui eandem poſt
„ multas virtutes, variaque miracula, quibus toto fere vite
„ ſue tempore claruit rexiſſetque quum Eccleſiam annos quat-
„ tuor & viginti menſesque ſex poſt ejus reditum ab exilio,
„ ſenio feſſus ſpiritum feliciter emiſit ad ſuperos qui etiam
„ paulo ante obitum ſuum Imperatori Tyberio præcipue de
„ Imperio quedam nec non de ejus vitæ termino vaticina-
„ tus eſt. Quæ omnia antequam diem clauderet extremum
„ nec minus quam prædixerat evenire. Supervixit tamen poſt
„ viri ſanctiſſimi obitum menſes fere quattuor ſepultus eſt
„ autem Sanctiſſimus Euſtachius ſub Altare SS. Apoſtolorum
„ ubi etiam Venerandæ SS. Andreæ, Timothei ac Lucæ re-
„ liquiæ repoſitæ ſunt. (4) Anno vero Domini milleſimo du-
„ centeſimo quadrageſimo ſexto Duce tunc Venetiarum in-
„ clyto Jacobo Theupolo (5) Romæ autem Innocentio IV.
„ Pont. Max. Imperatore vero Federico II. ſacratiſſimum ejus
„ corpus Venetias delatum eſt, & in phano Divi Georgii co-
„ gnomento Majoris honorifice in Altari reconditum. Die
„ XXII. menſis Aprilis (6) ubi diuturna hymnorum laudum-
„ que precatione a Monachis devotiſſime colitur.

Eodem ipſo peractæ Translationis anno, quum Gregorius de Monte Longo tunc Apoſtolicæ Sedis Delegatus, poſtea A-qui-

(4) Ea quæ Fabianus Monachus ex Græco deduxit, ſi accurate cum vita per Euſtachium concinnata conferantur, profecto innoteſcet, traductionem hanc iis non ſcatere variis mendis, quas ſuperius laudatus Henſchenius in Codice Reginæ Sveciæ adinvenit.

(5) Sic in pergameno Veneto, ex quo corrigendus (ſicut & in aliis fortaſſe multis) Codex Reginæ.

(6) Hanc Translationi diem aſſignant ex tabulis Eccleſiæ S. Georgii Majoris plurimi Martyrologi. Ex iis Ferrarius in Catalogo SS. extra Martyrol. reponit ad dies XIX. Februarii VI. & XXII. Aprilis, atque II. Maii.

quilejenſis Patriarcha Petro Pino Epiſcopo Caſtellano mandaſſet, ut certam pecuniæ ſummam a Clericis *ſuæ civitatis*, *&* *Diœceſis faceret exhiberi*, Epiſcopus ad ſolvendam ipſius pecuniæ partem Abbatem S. Georgii, exemptum licet, & Romanæ Sedi immediate ſubjectum, *indebite* compulit, de quo tamen mandato Abbas *ad ipſius legati duxit audientiam appellandum*; verum cum Legatus per alias litteras Epiſcopo injunxiſſet, ut prædictam pecuniæ ſolutionem etiam ab exemptis Monaſteriis exigeret, Petrus Epiſcopus *ad ſolvendum portionem procurationis bujusmodi in tertia parte*, *quam conſueverat in ſimilibus procurationibus exhibere Abbatem ipſum indebite* coegit; quapropter cum ad Innocentium IV. *de immoderato gravamine* conqueſtus eſſet Abbas, Pontifex per Apoſtolica ſcripta Epiſcopo mandavit, die XVI. Julii eodem anno MCCXLIV. ut Abbati, quod ab ipſo *immoderate* receperat, plene reſtitueret (DD).

Tribus etiam Apoſtolicis diplomatibus diverſo tempore Lugduni datis hujus Monaſterii incolumitati conſultum voluit ipſe Pontifex Innocentius, die enim I. Junii ſuperius enuntiati anni MCCXLVI. indulſit, ut *Monaſterium quod multorum* premebatur *onere debitorum nulli de cætero* teneretur *per litteras Apoſtolicas providere*, *quæ de hujusmodi indulgentia mentionem non* feciſſent (EE). Mox eodem anno die XIII. Julii Epiſcopo Caprulano mandavit, *quatenus ea*, *quæ de bonis ejusdem Monaſterii alienata* inveniſſet *illicite*, *vel diſtracta*, *ad jus ipſius legitime revocare* curaret (FF). Demum anno MCCIIL. die XV. Martii Petro Abbati, ejusque Monachis conceſſit, ut *nulli de cætero in penſionibus ſeu eccleſiaſticis beneficiis authoritate literarum Sedis Apoſtolicæ non facientium expreſſam de hac indulgentia mentionem providere* tenerentur. Quarum deinde litterarum exequutionem Epiſcopo Adrienſi anno MCCLIII. die ultima Julii demandavit (GG). Obiit deinde Petrus Abbas anno 1249.

XX. Petrus Bono anno MCCL. electus Abbas tertio ſui regiminis anno Chriſti videlicet MCCLIII. die IV. Septembris a ſupralaudato Innocentio IV. impetravit, ut *omnes libertates & immunitates a Romanis Pontificibus Monaſterio S. Georgii* conceſſæ, aliæque *libertates & exemptiones* ab aliis *indultæ* authoritate Apoſtolica confirmarentur (HH).

XXI. Marcus Bollani Prior Petro defuncto ſuffectus fuit in Abbatem anno MCCLV. menſe Auguſti, contra quem inſurgentes tres tantummodo e cœtu Monachorum ſchiſma excitarunt ac Nicolaum Bembum e Prædicatorum familia ſibi in Abbatem delegerunt. Controverſia deinde ad Pontificem delata Marcus authoritate Pontificia Abbas confirmatus fuit. Inita itaque ſuæ dignitatis pacifica poſſeſſione a Raynerio Zeno Venetiarum Duce expetiit, & impetravit literas anno MCCLVI. die XVII. Auguſti datas, quibus Prætori Conſtantinopolitano Jacobo Delphino mandatum fuit, ut Monaſterium S. Georgii in ſuorum poſſeſſione jurium conſervaret, nec a quocunque permitteret in ſuis bonis indebite moleſtari. (II) Ultimum hoc fuit diploma, quod Veneta pietas ad tuenda Monachorum jura in Orientis Imperio tulerit, anno etenim 1261. Michael Paleologus, qui pridem Nicææ in Bithynia Joanni filio Theodori Laſcari conſors Imperiis datus fuerat urbem Regiam Conſtantinopoleos dolo Græcorum urbem habitantium cœpit, anno LVIII. poſtquam a Gallis Venetiſque occupata fuerat, ex quo Imperium Latinorum finem accepit & res Veneti Monaſterii in Græcia, ubi undecim Monaſteria (ut in Archivo habetur) ſibi ſubjecta numerabat, adeo turbatæ fuerunt, ut cum nullum deinde ſuperſit documentum, jure putandum ſit, Eccleſias & poſſeſſiones omnes ex integro ipſi ablatas fuiſſe.

Non longe interea a Monaſterio in iis aquis, quas olim Joanni Mauroceno primo Abbati conceſſerat Tribunus Memmus Dux, cœperat elevari notabilis adeo paludis portio, ut in ea ſacrum aliquem locum extrui poſſe putaretur. Quapropter Marcus Abbas pie recogitans ſitum hunc iis peregrinis excipiendis fore opportunum, qui ut ad ſacra Paleſtinæ loca transmigrarent, frequentes eo tempore Venetias adventabant, cuidam Fratri Laurentio, quem *Rectorem Hoſpitalis Domus Dei* nuncupavit, paludem ipſam exſurgentem certis ſtatutis terminis conceſſit, ut in ea domos, & Eccleſiam erigeret. Locus deinde in Monaſterium excrevit, quod hodie piiſſimæ Virgines Seraphici inſtituti rigidiſſimæ ſectatrices excolunt, quarum enarrationes & laudes cum mox afferendæ ſint, illuc etiam originis & fundationum documenta exhibenda reſervamus.

Novis adnitente Marco Abbate privilegiis deinde decoratum

tum

tum fuit a Clemente IV. S. Georgii Cœnobium. Peruſii enim degens anno MCCLXV. die XXVIII. Septembris decrevit, ne *Clerici Eccleſiarum de Venetiis* Decimas exigerent de bonis virorum illorum, qui *ſe ac ſua* eidem *Monaſterio offerentes, ſeque ad idem Monaſterium transferentes demum ibidem debitum naturæ* perſolverent. (KK) Viterbii deinde reſidens anno inſequenti datis Patriarchæ Gradenſis, ejusque ſuffraganeis Epiſcopis die XXVIII. Julii Apoſtolicis litteris eisdem mandavit, ut Monaſterium ipſiusque jura contra moleſtatorum injurias *prompta magnanimitate* tuerentur. (LL) Pari quoque benignitate Gregorius X. ut antiqua Apoſtolicæ liberalitatis munera hiſce Monachis indulta approbaret, augeretque ampliſſimis diplomatibus quatuor anno MCCLXXII. datis Monaſterium ipſiusque poſſeſſiones Pontificiæ defenſionis præſidio communivit, die enim XIII. Januarii Monaſterium ejusque bona nominatim recenſita ſub Beati Petri protectione ſuſcepit, plurimisque auxit exemptionibus, mox die XVI. Aprilis Priori S. Mariæ de Virginibus Apoſtolico Delegato mandavit, ut quæcunque inveniſſet de bonis ad Venetum S. Georgii Cœnobium ſpectantibus *alienata illicite, vel diſtracta ea ad ejus, & proprietatem ipſius Monaſterii legitime revocare* ſtuderet, die deinde XIII. Maii omnes libertates, & immunitates, ſeu a Romanis Pontificibus, ſeu a Regibus, & Principibus aliisque Chriſtifidelibus Monaſterio indultas Apoſtolici ſcripti patrocinio communivit, demum die III. Auguſti Abbati S. Hilarii præcepit, ut Abbatem & Conventum S. Georgii Venetiarum *favoris opportuni præſidio proſequens*, non permitteret *eos contra indulta privilegiorum Apoſtolicæ Sedis indebite moleſtari*. (MM) Nec ad jura Monaſterii ſeu tuenda, ſeu reſtituenda defecit ſucceſſorum Pontificum providentia, anno etenim MCCLXXXIII. die XXVIII. Maii Martinus IV. Jacobo Maglaenzocho Archidiacono Caſtellano commiſit, ut *infeudationes* de bonis Monaſterii contra juſtitiam peractas, *in irritum revocare authoritate Apoſtolica* procuraret. Deinde anno MCCXCI. die V. Septembris Nicolaus pariter hujus nominis IV. Priorem S. Andreæ in Littore de Venetiis Apoſtolicum Delegatum inſtituit, ut injuſtos bonorum ad Monaſterium S. Georgii ſpectantium detentores ad reſtitutionem *per cenſuram Eccleſiaſticam*, poſtpoſita appellatione, compelleret. (NN).

Interea

Interea in Oriente ea Monaſteria, quæ extra Imperium Romaniæ ſub Veneta ditione permanebant hujus Cœnobii Abbati ſubjecta erant, cujus authoritate Priores eisdem præficiebantur, quod ex duobus documentis adhuc in Cœnobii Archivo extantibus manifeſto patet ex quorum uno addiſcimus Marcum Abbatem quaſcunque *locationes, & infeudationes Eccleſiæ S. Marci de Creta & jurium, & pertinentiarum ipſius* annullaſſe & irritaſſe, ipſique Eccleſiæ Fr. Bernardum de Vicentia Presbyterum & Monachum, in Priorem præfeciſſe eo præcipue conſilio, ut omnia & quælibet bona *ad Eccleſiæ memoratæ jus* ſpectantia revocare, & recuperare niteretur, quæ quidem omnia faſſus eſt ipſe Abbas ſe egiſſe, tum *de voluntate & conſenſu religioſorum ſuorum*, tum *de mandato Ven. Patris Dom. Fr. Hugonis Ordinis Prædicatorum Epiſcopi Bethlemitani, & religioſi viri Dom. Andreæ Superioris Monaſterii S. Matthiæ Heremitarum de Murano Ordinis Camaldulenſis Viſitatorum Monaſterii S. Georgii & membrorum per Summum Pontificem* (Honorium IV.) *deputatorum in executione dictæ viſitationis in eodem Monaſterio* tunc temporis, anno videlicet MCCLXXXVII. die XIII. Aprilis *exiſtentium*. Ex alio vero, quod enuntiavimus documento, Marcum Tinto habemus Monachum primo S. Georgii, mox Priorem Eccleſiæ S. Marci de Nigroponte de diviſione oblationum, & decimarum ad eandem Eccleſiam pertinentium fidem perhibentem anno MCCXCIII. die XXVIII. Junii, quam quidem aſſertionem pro veritate ſtare teſtatus eſt die III. Julii ejuſdem anni Thomaſinus de Nova Nepos, ut ipſe ſe eſſe aſſeruit, Presbyteri Benedicti pro Abbate Monaſterii S. Georgii de Venetiis Prior Eccleſiæ S. Marci de Nigroponte. (OO) Obiit Marcus Bollanus Abbas circa annum Domini 1294.

XXII. Saladinus Dandulus poſt Marci obitum anno 1294. conſtitutus Abbas Pontificium Bonifacii VIII. Diploma die XVIII. Aprilis latum obtinuit, quo immunitates quæcunque ſeu a Romanis Pontificibus, ſeu a quibuscunque aliis conceſſæ confirmantur; cum vero ipſius Saladini prædeceſſores *quibuſdam privilegiis, & indulgentiis per ſimplicitatem, & juris ignorantiam uſi non fuiſſent temporibus retroactis*, indulſit idem Pontifex eadem die, ut iis *de cætero* uti poſſent, dummodo eis non eſſet *per perſcriptionem, vel alias legitime derogatum*.

(PP)

(PP) Circa hæc tempora Eccleſia Divi Georgii, quæ tot referta Reliquiis, & illuſtrium divorum corporibus nullo tamen Titularis Sancti pignore gloriabatur, ſacrum ejuſdem Martyris Brachium mira divinæ bonitatis diſpoſitione meruit obtinere. Tempus, & oblatoris nomen ex antiqua pergamena ſcheda addiſcimus, quæ in Archivo inter cætera Reliquiarum documenta aſſervatur. Ea autem ſic eſt:

Qualiter translatum fuerit brachium Sanctiſſimi Georgii de Calabria Venetias. (1)

„ Vir quidam nomine Franciſcus (2) a Summo Pont. Pa-
„ pa Celeſtino, (3) cui adhuc viventi ſucceſſit Bonifacius
„ octavus Abbati Monaſterii S. Georgii de Flore (4) de Ca-
„ labria fuerat comendatus. Quo moram trahente ibidem ab
„ hoſtibus regione vaſtata & a pirathis qui mugrancri (5)
„ appellabantur prædictum Monaſterium invaſum fuit, bonis-
„ que turpiter ſpoliatum. Quo cernens prædictus indigne San-
„ ctorum patrocinia attractari Brachium glorioſiſſimi Georgii
„ Martyris (6) ſubſtulit, & ſecum deferens Venetias trans-
„ fre-

(1) Aliam hujuſce Translationis enarrationem contexuit Hilarion (Monachus, de quo Daniel Papebrochius Tom. III. Maii pag. 132.) & Bibliotheca Caſſinenſis, qui cum a Theophilo Abbate S. Georgii Majoris juſsus fuiſset *Translationem capitis S. Georgii*, cui interſuerat, *hiſtoriæ mandare*, ipſa luculentiſſime exarata, Translationem quoque ſacri brachii adjecit, quam cum ſuperius allata novimus in præcipuis concordare. Antiquiorem tamen, ideoque magis attendendam puto exhibitam enarrationem.

(2) Franciſcus hic in hiſtoria ab Hilarione edita, quam videre eſt inter *Acta Sanctorum* loco citato, vocatur *vir nobiliſſimus*, *optimus* & *devotiſſimus*.

(3) Cæleſtinus V. qui ad Summi Pontificatus apicem ſublimatus, illum humilitati poſtpoſuit ſuccedente ſibi Bonifacio VIII.

(4) Monaſterium in Calabria eo loci, qui *de Flore* dicitur, fundaverat Joachinus Abbas, qui paſſim Beati titulo inſignitur, vir prophetiæ ſpiritu (ut traditum eſt) inſignis, ibique ſenio, & pœnitentiis attritus obiit anno 1020.

(5) Mugrachri vocantur piratæ iſti in hiſtoria a Papebrochio allata.

(6) De pluribus brachiis S. Georgii M. quæ per diverſas Orbis Chriſtiani partes coluntur, fuſe diſserit Papebrochius Tomo citato in Vita S. Georgii, quibus addi oportet Brachium, ſeu Os Brachii, S. Georgii in Sacrario Reliquiarum Baſilicæ Ducalis. Ipſius mentionem ex Dandulo dabimus, ubi ejuſdem Sacrarii Reliquias illuſtrare licebit. Brachium, quod in Divi Georgii Eccleſia aſservatur, eſt os præcipuum brachii, cum autem humana brachia ex tribus oſſibus conſtent, in eo ſenſu ſex brachia diverſis in locis in-

„ fretavit. Quo transfretante dum rebus & pecunia expolia-
„ tus fuiſſet (7) nunquam potuit benefitio privari, virtute
„ brachii, cujus brachium ab hoſtibus minime potuit inve-
„ niri. Habuerat autem prædictus Franciſcus in notitiam
„ quendam Fratrem nomine Marcum fide dignum & vite
„ honeſtate conſpicuum Monaſterii S. Georgii Majoris de Ve-
„ netiis Monachum cui Brachium prædictum tradidit ad ſer-
„ vandum. Qui dum ſervaret in Monaſterio S. Zacharie (8)
„ prophete de Venetiis, pervenit ad aures Illuſtriſs. Ducis,
„ (9) a quo jubetur ad Monaſterium S. Martyris, cujus eſt
„ brachium (10) honorifice apportari. Unde acceſſerat Ve-
„ nerabilis Dominus Egidius Sanctiſſimus Patriarcha Graden-
„ ſis (11) approperat Rev. Dominus Antonius Archiepiſcopus
„ Duracenſis & ſimul cum Domino Nicolao Epiſcopo Ca-
„ prulano conveniunt Abbates. S. Domnus Salatinus ejusdem
„ Monaſterii Abbas & Domnus Morandus Abbas S. Cypria-
„ ni de Murano ſimul & Domnus Benedictus Prior S. Salva-
„ toris de Venetiis. (12) Et Monachi cum cæteris religioſis
„ & cum multitudine clericorum & populi & brachium cum
„ omni honore defertur & cernuntur Martyris glorioſi digi-
„ ti, & manus (13) diſcoperta circumdato brachio argentea
„ lamina in qua hæc ſcriptura literis aureis continetur. *Hoc*
„ *eſt*

inveniri poterunt. Hic autem quaſi obiter & per tranſitum notandum cenſeo in Eccleſia S. Viti Venetiarum, non corpus S. Georgii (ut aſserit Ughellus) ſed quædam ejus corporis fragmenta aſservari, adeo quidem tenuia, ut ea ad ipſam S. Viti Eccleſiam conſulto recenſere omiſerim.

(7) Incidit enim in prædones, ut alia enarratio refert, qui cum optimum virum pecuniis rebusque aliis expoliaſsent, ſacrum tamen brachium, Deo ſic diſponente, non invenerunt.

(8) Adhuc in Monaſterio S. Zachariæ deſerviebant in ſpiritualibus Monachi, ex quorum numero tunc erat ſupralaudatus Marcus.

(9) Petrus Gradonico Dux Venetiarum, dum autem ſcriptor dicit a Duce præceptum fuiſse, ut ſacrum Divi Georgii Brachium ad Inſulam ejusdem nomini ſacram deduceretur, intelligendum eſt hoc S. C. ſancitum fuiſse, quod apertius aſserit altera hiſtoria, ex qua accipimus, *in Senatu diſputatum*, quid *de cæleſti munere agendum* eſset.

(10) Brachium dicitur eſse Monaſterii S. Georgii, eo quia a Franciſco donatore ipſi Monaſterio fuerat deſtinatum.

(11) De Ægidio ex Ordine Prædicatorum aſsumpto ad Gradenſem Sedem anno 1295. Vide Operis hujus Tom. III. pag. 22.

(12) De Benedicto ſeniore S. Salvatoris Priore egi Tom. II. pag. 251.

(13) Superiori Brachii parti adhærebat manus omnibus ſuis digitis inſtructa.

„ *eſt brachium glorioſiſſimi Georgii Martyris. Nobilis Vir Dom.*
„ *Lucas* (14) *Abbas, Nepos Venerabilis Patris Cardinalis ſe-*
„ *cum tulit in Monaſterio quod S. Georgii de Flore de Chala-*
„ *bria* MCCLV. *Indictione* XIV. IV. *Kal. Decembris*. Eo tem-
„ pore erant Venetiis Viri fide digni de Apulea S. Andreas
„ Recardus & Joannes Nepotus cujusdam Fratris Monachi
„ Monaſterii de Calabria ſuperius nominati qui proteſtatio-
„ ne affirmaverunt prædictum brachium ejusdem forme fre-
„ quenter in Calabria adoraſſe, & in Monaſterio S. Georgii
„ de Flore vidiſſe. Prænominati Pontifices Venerandi ad ho-
„ norem Dei, & S. Georgii glorioſi Martyris Indulgentiis &
„ benedictionibus lætificaverunt populum, & brachium ſuum
„ præfatum repoſuerunt in ſæpe dicto Monaſterio quod
„ vocatur S. Georgius Major de Venetiis Anno Domini
„ MCCLXXXXVI. VII. Kal. Septembris. Nos itaque Fratres cha-
„ riſſimi decet laudare Dominum in Cœlis. Laudare eum in
„ excelſis. Deo gratias.

Saladinus deinde anno 1304. Petrum, Dionyſii Regis Luſitaniæ filium, Venetias appulſum magnifico hoſpitio in ædibus hujuſce Monaſterii excepit, atque anno 1307. ex Clementis V. decreto ob eam, qua præſtabat, juris peritiam Judex Delegatus Abbatem S. Thomæ Burgundionum perpetuum eſſe nec ad nutum Abbatis de Padolirone, a quo inſtitutus fuerat, removeri poſſe judicavit. Pontificias etiam ipſius Clementis Epiſtolas anno MCCCXIII. die XXIX. Maii datas obtinuit, queis Priori S. Helenæ de Venetiis demandatum fuit, ut Abbati & Conventui S. Georgii contra raptorum, & prædonum audaciam efficaci defenſionis præſidio aſſiſteret. (QQ) Saladini obitus in regeſtis Monaſterii notatur ad diem IV. Septembris anni 1318.

XXIII. Philippus ex Patritia Familia Taleapetra, quem ſuperius inſpeximus in Ycona B. M. V. ante ipſam genuflexum, Monaſterio præfuit uſque ad emortualem ejus annum 1322.

XXIV. Morandus Abbas S. Thomæ de Torcello Ordinis

(14) Ex Amanuenſis errore in hiſtoria Bollandiana pro *Luca* ſcriptum legitur *Luexi*, ex qua etiam menda arguimus codici ms. Reginæ Sveciæ minus eſſe fidendum, ut ſuperius notavimus.

Ciſtercienſis, quem interfuiſſe diximus translationi Brachii Martyris Titularis, electus Abbas hujus Monaſterii anno 1322. cum illud per xv. ferme annos adminiſtraſſet, e vivis exceſſit anno 1337.

XXV. Jordanus de Padua, vir morum probitate, & zelo regularis diſciplinæ conſpicuus, cum laudabiliter Prioris munus in Tergeſtino Cœnobio egiſſet, Prior hujus Monaſterii electus eſt, cui etiam poſt Morandi obitum Abbas præficitur. Cum autem corruptos cujusdam Monachi mores aliquando increpaſſet, ille diabolicis actus furiis famulum advenam qui Abbati inſerviebat, donis, atque pollicitationibus expugnavit, ut venenatum poculum Abbati ægrotanti porrigeret, quo hauſto, piiſſimus Abbas ad ſuperos evolavit primo ſui regiminis menſe nondum expleto

XXVI. Bartholomæus Abbas Monaſterii S. Bonæ de Vidoro Cenetenſis diœceſis (quod deinde miſere in commendam converſum eſt) cum Venetiis hoſpitaretur, miro Monachorum conſenſu Abbas electus fuit, eodem anno 1328. cui de ſe factæ electioni ut aſſenſum præberet, vix enixis totius Monaſterii votis precibusque adduci potuit. Inita dignitatis poſſeſſione ſceleſtiſſimum Monachum, qui præceſſori necem intulerat, perpetuo carceri, & quotidiano jejunio addici, & ut patrati ſacrilegii pœnas lueret, bis per hebdomadam flagellis cædi imperavit. Ampliſſimum ab Joanne xxii. diploma obtinuit, quo Andreæ Patriarchæ Gradenſi, Archiepiſcopo Ravennæ & Epiſcopo Juſtinopolitano Delegatis Apoſtolicis mandatum fuerit, ut Monaſterium S. Georgii valida protectione tuerentur, ipſiusque moleſtatores ab illatis injuriis Apoſtolica authoritate compeſcerent. (RR) Viſitur Bartholomæi imago marmori inciſa ſuper horti januam, ipſique ſubjecta legitur hæc Epigraphe 1345. *Dom. Bartholomæus Abbas fecit totum de novo ædificari murum horti*. Mortalitatem exuit anno 1358.

XXVII. Gerardus Pante Abbas S. Nicolai in Littore in defuncti Bartholomæi locum ſuffectus fuit eodem anno 1358. Hic a Pontifice Innocentio VI. literas accepit anno 1361. quibus ei demandatum fuit, ut Sanctorum Hermagoræ & Fortunati corpora, quæ occulte ab Eccleſia Gradenſi ablata fuerant, ſuo *loco, in quo prius erant, reponi* facerent, Pontificium Diploma affertur in Ital. Sac. Tom. V. pag. 104. Eo ipſo ſupe-

perius enunτiato anno MCCCLXI. deportatum ad hanc Inſulam fuiſſe traditur Caput S. Felicis Confeſſoris, quod diu apud Corpus S. Coſmæ Eremitæ jacuit; cum enim Divi Anacoretæ caput confractum incompoſitumque eſſet, caput S. Felicis Confeſſoris ei appoſitum fuit, cujus rei ut localis perduraret memoria cooperimento ſepulcri in quo ſacrum corpus depoſitum fuerat affixa fuit pergamena tabella hæc exhibens: " Caput ſacro corpori annexum, eſt caput Sancti Felicis Con„ feſſoris per Sereniſſimum Imperatorem Karolum ad has aras „ apportatum. Reconditumque in jamdicto Monaſterio San„ cti Georgii Majoris cura & diligentia Rev. Patris Domini „ Gerardi Panthe digniſſimi Abbatis Monaſterii prædicti, die „ octavo menſis Octobris Anno Domini milleſimo treceuteſi„ mo ſexageſimo primo. Caput vero Sancti hujus Coſmæ in „ ipſo corpore eſt, ut diligenter contuentibus apparet.

Carolum IV. Bohemiæ Regem, dum in Italiam properat ferream Italici Regni, atque auream Romani Imperii coronas ſuſcepturus anno 1354. die 3. Novembris Patavium perveniſſe, ibique a Jacobino & Franciſco Carrarienſibus ſummo honore exceptum fuiſſe, teſtatur Cortuſiorum Hiſtoria Tom. XII. Rer. Ital. nullus autem Scriptorum eſt, qui aſſerat Carolum Venetias adventaſſe. Fortaſſe Carolus conquirendarum Reliquiarum ſtudioſiſſimus Patavii degens, ſacrum caput alicui conceſſit, ex cujus munere ad hanc Eccleſiam delatum fuit; at cui ex tot ſanctiſſimis viris, qui ſub Felicis nomine floruerunt, aſſignandum ſit, non auſim affirmare: viget in Monaſterio vulgaris traditio, ad Divum Felicem Nolanum, qui & Confeſſor, & Martyr nuncupatur, pertinere, at cum commune fuerit iis præſertim ſæculis quotquot ſub uno nomine inveniebantur Reliquiæ, has ad unum Sanctum referre, illum videlicet, qui omnium tali nomine appellatorum celeberrimus eſſet; hinc factum eſt, ut caput quoque hoc perperam licet Nolano Felici Sanctiſſimo Presbytero tribueretur. Cui autem jure tribuendum ſit, in extrema corporum reſurrectione innoteſcet. E ſepulcro Divi Coſmæ, in quo diu quieverat, deinde ablatum in argenteo ſepulcro collocatum fuit his appoſitis verbis: *Caput S. Felicis Martyris*. Extremum diem clauſit Gerardus anno 1362.

XXVIII.

XXVIII. Petrus Decimarum pro Romano Pontifice collector, cum Monaſterium novennio rexiſſet obiit anno 1371.

XXIX. Bonincontrus de Bonteriis Bononienſis celeberrimus S. Cypriani Murianenſis Abbas legum Doctor, de quo fuſe ſermo erit in Eccleſiis Torcellanis, ad hujus Monaſterii regimen aſſumitur anno 1371. quod antea ſub Vicarii titulo fortaſſe ob Abbatis ægritudinem per biennium adminiſtraverat. Tertio ipſius dignitatis anno facta eſt Angelica ſuperius relata apparitio. Gallo equiti, ut de ſacro Divi Protomartyris corpore in hac Eccleſia quieſcente certior redderetur, cujus rei teſtimonium perenne Bonincontrus juſſit eſſe Angelicum ſimulacrum ſchedam manibus exhibes, in qua ſcriptum erat: *Hic jacet Athleta Chriſti Stephanus in pace ſepultus*. Inopportuno recentioris Abbatis mandato monumentum hoc cæteroquin plurimi habendum miſere deperditum dolemus. Obiit Bonincontrus Abbas anno 1380. ad cujus ſepulcrum, (quod hodie cœteris quoque Abbatibus commune eſt in Sacello defunctorum nuncupato, ubi in aræ menſa Divi Pauli Martyris corpus quieſcit) inciſa fuit hæc Epigraphe.

„ Hic jacet Venerabilis Dominus Bonincontrus de Bonteriis de Bononia Abbas S. Georgii Majoris de Venetiis egregius Decretorum Doctor, qui obiit prima die Auguſti ſub anno Domini 1380. Orate pro eo.

Operimento ſepulcri inſculptum viſitur ipſius Bonincontri ſimulacrum non quidem Cuculla ſeu Floco, ſed Mantello indutum, prout hodierna die Novitii deferunt, neque hoc Sculptoris imperitiæ tribuendum; etenim in Clementina de Statu Monachorum expreſſe habetur, quod Cuculla ſic clauſa, Abbates vero deferant Flocum, *ubi Congregatio fuerit duodecim Monachorum*, ex quo dicendum eſſet in Monaſterio tunc temporis Monachorum cœtum ad duodecim virorum numerum non perveniſſe. Cuculla autem a Floco ſic diſtinguitur a Clemente V. *Cucullæ nomine habitum longum, & amplum, ſed amplas manicas non habentem. Nomine vero Floci habitum, qui longas & amplas habet manicas intelligere declaramus*; Sed hæc minus ad rem noſtram.

XXX. Paulus Tarviſinus electus anno 1380. obiit circa annum 1387.

XXXI. Carolus in Pauli locum ſuffectus Apoſtolicus Judex & De-

& Delegatus ab Urbano VI. inſtitutus fuit anno MCCCLXXXVIII. die XXVI. Auguſti, ut in Georgium Priorem S. Danielis Venetiarum inquireret, ſique eum ſchismati adhæſiſſe, vel alio crimine inquinatum reperiſſet, è Prioratu expelleret, quod actum fuiſſe diximus Operis hujus Tom. IV. pag. 205.

Anno MCCCIX. Willelmus & Albertus Duces Auſtriæ Veneto nomini addictiſſimi a Senatu Veneto, particulam Oſſium S. Stephani Protomartyris ſummis precibus expetierunt, ut ea Templum principale Viennæ *ſub vocabulo S. Stephani* fundatum exornaretur. Ut pio Principum deſiderio ſatisfieret juſſerunt P. C. anno MCCCIC. ut ex ſepulcro Sanctiſſimi Protomartyris *particula Oſſium dicti S. Stephani* tolleretur Ducibus Auſtriæ concedenda, ſepulcrum deinde ita recluderetur, ut nullo tempore poſſet aperiri. Nec Divi Stephani tantummodo ſepulcrum occludi, ferreisque cuſtodiis communiri decrevit Senatus, ſed omnia Divorum corpora, quæ tum in Divi Georgii Majoris, tum in Sancti Nicolai de Littore quieſcebant, pari diligentia intercludi, & obſervari mandavit, cujus religioſæ voluntatis exequutio Collegio Dominorum de Nocte (ſic vocant Veneti Collegium nocturnis furtis puniendis olim inſtitutum, vulgo *Signori de Notte al Criminal*) demandata fuit ex S. C. ejuſdem diei & anni (SS). Carolum hunc ex Nobili Barbadica gente progenitum fuiſſe ex authenticis documentis accepimus, quem etiam Innocentii Papæ VII. Camerarium fuiſſe novimus ex jam allato B. Thomæ Senenſis Tractatu.

XXXII. Joannes Dominicus Michael integerrimæ vitæ, & exactiſſimæ obſervantiæ juvenis, quamvis adhuc Sacerdotali charactere inſignitus non eſſet, ob ſpectatam tamen morum probitatem Abbas eligitur. In ea dignitate conſtitutus, ut laxatos aliquantulum Monachorum mores ad veterem ſanctimoniam reduceret, plurimum laboravit. Ut autem id facilius exequeretur ab Alexandro V. impetravit, ut delegatione Apoſtolica præclarum opus perficeretur. Delectus itaque fuit Hieronymus Bertrandus Abbas S. Gregorii, qui ſimul cum Marco Salomone, & Mortaſano Polani clariſſimi nominis Senatoribus aſſiſtentibus conſtitutiones edidit diſciplinæ & utilitati Monaſterii apprime opportunas. Interea dum in diſciplinam, & obſervantiam ſtatuendas omni ſtudio incumberet, coa-

coactum eſt Conſtantiæ Concilium XVI. Œcumenicum anno 1417. ut ejus authoritate diro ſchismati, quo Eccleſia a multis annis dilacerabatur, finis imponeretur. Ad ipſum Concilium, ne gregem ſuum in ipſo conceptæ reformationis exordio deſereret, accedere noluit Joannes, quapropter Thomam Thomaſinum e Dominicana familia Epiſcopum Æmonienſem ſibi moribus, & amicitia conjunctiſſimum rogavit, ut quandoquidem ad Synodum Epiſcopali titulo accederet, ſuo etiam nomine intereſſet. Hoſpitabatur eo temporis in Divi Georgii Cœnobio Thomas Epiſcopus, ubi gravi infirmitate correptus, cum ex Monachorum conſilio Divæ Catharinæ Senenſis, nondum eo tempore inter Sanctas relatæ, opem imploraſſet, repente ſanitati reſtituitur. Hæc ex proceſſu patent Venetiis a Franciſco Bembo Caſtellano Epiſcopo pro ejusdem Virginis apotheoſi confecto, cujus acta integra extant in Bibliotheca SS. Joannis & Pauli, eaque, licet in aliquibus mutilata, publici juris fecit eruditiſſimus Martene. Sanitate itaque recepta Thomas ad Synodum Conſtantiæ Abbatis etiam nomine ſe contulit, ex qua Urbe ſuaviſſimas litteras ad Abbatem dedit, quibus eum hortabatur, ut Sacerdotalem characterem ad ornatum dignitatis aſſumeret, quo tamen, niſi reſtituto in patriam Thoma Epiſcopo, Abbas ſe inſigniri non permiſit. Anno igitur MCCCCXVIII. Thomas e Concilio redux Joannem Dominicum licet præ humilitate reluctantem Sacerdotio initiavit, deinde anno inſequenti menſe Junio Eccleſiam titulo Sanctorum Stephani Protomartyris, & Georgii Martyris Eccleſiaſticæ conſecrationis munere decoravit. Actæ rei teſtimonium exhibet antiqua ſcheda in Archivo aſſervata, ex qua patet Stephanum-Protomartyrem non contitularem, ſed titularem præcipuum ejus Eccleſiæ ſemper habitum fuiſſe.

IHS.

„ ✠ Anno Domini MCCCCXVIIII.... Junii Indictione XII.
„ Conſecrata fuit hec Eccleſia per Venerabilem Patrem Do-
„ minum Thomam Epiſcopum Emonenſem ad honorem Dei,
„ & nomina & memorias Sanctorum Stephani Prothomarty-
„ ris & Georgii Martyris; & per eumdem D. Epiſcopum con-
„ ſecratum fuit hoc Altare ad honorem Beati Stephani ſu-

„ pra-

„ prædicti, & in eo collocatæ fuerunt reliquiæ Sanctorum, „ & Sanctarum, & dedit dictus D. Epiſcopus dicta die indul- „ gentiam 40. dierum perpetuis temporibus duraturam. Deo „ gratias ✠ Amen ✠

Ex ea ſcheda corrigendus eſt error in Petri Marcelli Hiſtoria, dum veterem Divi Georgii Eccleſiam aſſerit tempore Franciſci Foſcari Ducis ædificari cœptam, cujus conſecratio electionem Foſcari Ducis anno MCCCCXXIII. peractam quatuor annis præceſſit.

Poſt hæc Abbas Michaelius, cui in ſuperius enuntiata reformatione certus Monachorum, & familiarium numerus conſtitutus fuerat, clauſtra ipſis opportuna, ædeſque ad infirmos excipiendos reædificavit, plurimaque alia in Eccleſiæ & Monaſterii ornatum perfecit. His laudabiliter actis Joannes, ut ad cæteras, quibus præſtabat, religioſi animi virtutes, ſtudium quoque ſacrarum litterarum adjungeret, Patavium ſe contulit, ubi ſe penitus in Ludovici Barbi familiaritatem inſinuavit. Demandatam ſibi a Romano Pontifice Gregorio XII. Provinciam aggreſſus fuerat ibidem Ludovicus, nempe ut in Patavino S. Juſtinæ Monaſterio collapſam Benedictini inſtituti obſervantiam reſtitueret, idque vir Dei tanto ſtudio, atque felici adeo ſucceſſu aſſequutus eſt, ut ex eo Cœnobio antiquus ſanctiſſimæ religionis ſplendor ad illuſtrandam totam ferme Italiam emerſerit. Ludovici itaque amicitia, & Monachorum in Divæ Juſtinæ Cœnobio degentium religioſa converſatione allectus Michaelius, ut ab eo inſtituta in Veneto S. Georgii Monaſterio obſervantia, quæ jam paullulum declinare cœperat, ſolidaretur, & augeretur, ſe ſuoſque Monachos in reformati inſtituti cœtum adnumerari poſtulavit.

Pii viri vota libens excepit Barbus, laudatoque ipſius conſilio cum eo Venetias acceſſit, ut Reformationis opus in Divi Georgii Cœnobio inchoarent. Ipſorum tamen ſtudia in irritum tunc ceſſerunt ob pervicaciam præſertim aliquorum, qui illaudabili libertati aſſueti impoſitum ſibi ſtrictioris obſervantiæ jugum ſubire detrectarunt.

Noviſſimum, quod Eccleſiæ huic ornamentum attulerit Michaelius Abbas, fuit ligneum Crucifixi Redemptoris ſimulacrum Philippi Brugneleſci admirandum opus, & ad pietatem excitandam ſtudioſiſſime aptatum. De eo traditur, quod cum ad

Brugneleſci æmulationem alterum Chriſti e Cruce pendentis ſimulacrum exſculpſiſſet Donatellus ſculptor eo tempore celeberrimus, mox ut Brugneleſci opus aſpexit, in admirationem ejus raptus primas Philippo conceſſit. Poſt hæc Joannes Abbas pie obiit anno 1430.

Eodem ipſo anno, quo Abbas Michaelius ad premia laborum evolavit, Martinus Papa V. Abbatiam S. Georgii Monachis, & Monaſtica diſciplina fere deſtitutam Gabrieli Condulmerio, Cardinali Senenſi nuncupato, commendavit, ea fortaſſe ſpe adductus, ut pius Cardinalis, qui non multo pridem Romæ labentem Divi Pauli Eccleſiam, & dejectam in ipſius Monaſterio diſciplinam per Ludovici Barbi alumnos reparaverat, Venetiis quoque Divi Georgii Cœnobium, & liberam in eo vivendi rationem in meliorem ſtatum erigeret. Res ceſſit e ſententia, ſiquidem Condulmerius non reddituum aviditate, ſed Divini cultus promovendi ſtudio commendatum ſibi locum libens ſuſcepit, ſatiſque edoctus, quanta in Patavino, Romano, aliiſque Monaſteriis ſancte, & prudenter egiſſet Ludovicus Barbus, ei, ut e ſua Congregatione Monachos aliquos Venetias mitteret, impetravit. Cum vero paulo poſt Gabriel ad Apoſtolicam Petri Sedem aſſumpto Eugenii IV. nomine, evectus fuiſſet, Commendatarii titulum in D. Georgii Monaſterio ſibi retinere voluit, donec ſtatuta reformatio ex integro perficeretur, Monachis vero Priorem dedit Honoratum nomine. Egit igitur ea, qua præſtabat, prudentia apud Ducem & Senatum Ludovicus, ut Venetum Cœnobium reluctantibus licet ipſius Monachis ad Patavinæ Congregationis cœtum adjungeretur, quod cum Domino cooperante conſequutus eſſet, Pontificio Diplomate, & publico Principis aſſenſu munitus Theophilum Michaelium Venetum, & Arſenium Mediolanenſem Viſitatores Deputatos Venetias miſit, ut *nomine Congregationis Monachorum de Obſervantia S. Juſtinæ Ordinis S. Benedicti corporalem poſſeſſionem Monaſterii, & loci S. Georgii Majoris* acciperent. Quindecim in loco eo temporis Monachi numerabantur; qui tandem ad ſe reverſi, & propriæ ſaluti conſulentes, ſe *ſubjectioni, correctioni, curæ, & omnimodæ gubernationi dictæ Congregationis humiliter, & devote* ſubmiſerunt die XI. Februarii anno MCCCCXXXII (TT). Rem fuſe narrat Clar. Monachus Jacobus Cavacius in ſua

Cœ-

Cœnobii Divæ Juſtinæ Hiſtoria lib. v. pag. 215. ſed cum in tempore aſſignando, atque in aliis pariter circumſtantiis erraſſe dignoſcatur, laudatiſſimi viri enarrationem conſulto præterimus.

Adlectus deinde licet mœrens, & reluctans ad Tarviſinas Inſulas Ludovicus Monaſterii hujuſce reformator anno 1437. die 1. Maii cum ex iterato Eugenii IV. præcepto Epiſcopale onus ſubire cogeretur, Venetiis in hoc Monaſterio (ubi Comitia Congregationis Generalia coacta fuerant) Abbatiam S. Juſtinæ Patavinæ Congregationis renuntiavit, mox cum ſibi commiſſum gregem ſexennio ſanctiſſime cuſtodiſſet, in hoc Monaſterio, ad quod fortuito diverterat, extremo morbo correptus pie obdormivit in Domino, cujus corpus, ut ipſe teſtamento juſſerat, Patavium translatum in Sacello, ſeu, ut vocant, Capitulo tumulatum fuit. Elogium emortuale refert Ughel. in Epiſcopis Tarviſinis.

Nec tamen quamvis Venetum hoc Monaſterium ad novam Congregationem acceſſiſſet, Eugenius Pontifex Commendatarii titulum dimiſit, ſed inſtituto ejusdem loci Œconomo ſupralaudato Ludovico, Monachis, ut Priorem ſibi deligerent, imperavit. Hi autem Pontificia mandata exequentes Paulum Strata Papienſem virum probatiſſimum Priorem ſibi præfecerunt. Priores itaque, qui Monaſterium S. Georgii Majoris ſub Gabriele Condulmerio Cardinali etiam poſt ejus ad Summi Pontificatus apicem ſublimationem adminiſtrarunt hi ſunt:

Honoratus ab ipſo Cardinale Condulmerio Prior conſtitutus.

Paulus Strata Papienſis a Monachis, Pontifice concedente, electus anno 1436. cui ad alterius Monaſterii curam traducto ſucceſſit eodem anno.

Hieronymus, de quo nihil præter nomen.

Ignatius Genuenſis anno 1437. qui Joſephum Patriarcham Conſtantinopolitanum ad Synodum Florentinam properantem hoſpitio excepit.

Paulus Genuenſis anno 1438. Retentum adhuc ab Eugenio IV. ſub regimine, & gubernatione ſua Monaſterium, ex ipſius Eugenii Apoſtolico diplomate addiſcimus, quo Divo Laurentio Juſtiniano tunc temporis Caſtellano Epiſcopo anno MCCCCXXXV. die VI. Julii demandatum fuit, ut Priori & Conventui S. Georgii, quotienscunque ab ipſis requiſitus fuiſſet, facultatem authoritate Apoſtolica impertiretur vendendi, &

alienandi bona ipſius Monaſterii *in Cretenſi*, *Nigropontenſi*, aliisque diſſitis regionibus conſtituta, quod & deinde egit Sanctus Epiſcopus a Paulo Priore requiſitus anno MCCCCXXXVIII. die XXVIII. Novembris, ut enim poſſeſſiones, aliique redditus ejusdem Monaſterii in Inſula Cretæ ſita vendi poſſent, indulſit. (VV)

Gregorius Genuenſis Anno 1441. quo Prioratum adminiſtrante, Eugenius Pontifex, cui innotuerat religioſa Monachorum in ſuſcepta reformatione conſtantia, Abbatiam Sancti Georgii Venetiarum, ejusque titulum Congregationi remiſit, juſſitque deinceps ejusdem Monaſterii Rectores, quos ad triennium conſtituit, vocari, & eſſe Abbates. Hoc cum ex Principis aſſenſu actum eſſet, primus triennalis Abbas Cœnobio datus fuit ille ipſe, qui ſub Prioris titulo præerat.

I. Gregorius Genuenſis, qui præſente Jacobo Franciſci Foſcari Ducis Venetiarum filio ſolemnem Monaſterii poſſeſſionem iniit anno 1441.

II. Paulus de Caſellis Papienſis anno 1443.

III. Ignatius Genuenſis anno 1447. De eo etiam Cavatius in Hiſt. S. Juſtinæ.

IV. Cyprianus Rinaldinus Eſtenſis, olim Monachus S. Benedicti de Mantua, qui a Gregorio XII. conſtitutus fuerat Abbas perpetuus Prataliæ in agro Patavino. Cum vero Congregationis nuper inſtitutæ meritum agnoviſſet, ſe ſuumque Monaſterium Nicolao V. concedente eidem reformatæ Congregationi reſignavit. Anno deinde 1448. huic Divi Georgii Cœnobio præfectus. Eo Monaſterium regente Joannes Contarenus Patriarcha Conſtantinopolitanus in his Clauſtris hoſpitio exceptus ibidem extremum diem obiit, & tumulatus fuit; in cujus locum Nicolaus Papa V. Iſidorum Cardinalem Ruthenum ſuffecit.

V. Berdardus anno 1456. electus Iſidorum ſupra laudatum Cardinalem Ruthenum e Turcarum captivitate liberatum in Monaſterio hoſpitem diu habuit, cui etiam Joannis anteceſſoris ſui bona reſignavit.

VI. Ignatius anno 1457.

VII. Paphnutius Capriata Genuenſis, eodem anno 1457.

VIII. Bernardus de Valle de Turri Placentinus anno 1459. apud quem ſupralaudatus Iſidorus Cardinalis ſupellectilem aliquam

quam fortaſſe ex Joannis Patriarchæ hæreditate receptam depoſito commendavit.

IX. Theophilus Beaqui Mediolanenſis J. U. D. anno 1461. Celebre erit in hoc Monaſterio hujus Abbatis nomen ob conquiſitum receptumque Divi Martyris Titularis caput, quod Divina largiente Bonitate ad hanc Inſulam ex Ægina Inſula anno MCCCCLXII. traductum fuit. Rem feliciter actam ſcriptis commendarunt tres Monachi, quorum unus jam ſuperius laudatus nomine Hilarion acta Divi Georgii Martyris, quantum valuit, expurgata Latine protulit, eisque adjecit tum Capitis, tum Brachii diverſas translationes; alter Joannes Antonius (ita ipſe ſe appellat) ſeriem translationum latino idiomate concinnavit, tertius vero Guillielmus *religioſus & eruditus vir loculentiſſimam* (teſte Joanne Antonio prædicto) *de ſacri capitis Divi Georgii Martyris translatione ex Ægina Inſula exarationem* compoſuit, quam tamen injuria temporum deperditam dolemus; Hieronymus etiam Valareſſius Venetæ Triremis Præfectus, cujus potiſſimum opera ſacrum Caput ad has oras pervenit, ablationem ab Ægina Inſula, & ſubſequentem translationem ad hoc Monaſterium, quibus ipſe interfuit, Italico & quidem incompto ſermone exaravit. Hilarionis ſcriptum inter acta Sanctorum publici juris fecit Tom. III. Aprilis eruditiſſimus Papebrochius, in quo cum eadem ferme legantur, quæ Joannes Antonius, & Valareſſius exhibent, prætermittendum cenſeo. At vero ab aliis in lucem efferendis me haud eximere æquum cenſeo, tum ut rei veritas virorum teſtimonio fulciatur, tum quia adjectis notulis clarius innoteſcet. Latine (ut diximus) hiſtoriam protulit Joannes Antonius, Italice, & quidem incompto ſermone, Hieronymus Valareſſius, quam & Latine a ſe (ut mox efferam) redditam mihi gratioſe obtulit Nobilis & Doctiſſimus Monachus S. Th. Lector Jo. Auguſtinus Gradonicus Hieronymi Senatoris filius, Petri vero Gradonici, cujus laudes ſæpe dedimus, illuſtris Nepos.

Ad

Ad Rev. in Chriſto Patrem D. Theophilum Mediolanenſem, juris utriusque Doctorem ac Monaſterii Divi Georgii Majoris Venetiarum Abbatem optime meritum.

„ Reverendo in Chriſto Patri D. Theophilo Mediolanen-
„ ſi Abbati Divi Georgii Majoris Joannes Antonius Mona-
„ chus filialem ſubjectionem omnimodamque obedientiam.
„ Poſtquam ſic animo decreviſti Theophile pater Reverende
„ ut rejecta omni excuſatione poſt illam luculentiſſimam Gu-
„ lielmi (1) religioſi & eruditi viri de ſacri Capitis D. Georgii
„ Martyris translatione ex Ægina Inſula exarationem, ego quo-
„ que id ipſum aggrediar, volens fortaſſe pro ſingulari tua
„ erga me dilectione ingenioli mei in hoc vires experiri hoc-
„ que conſtanti animo jubeas, aſſerens, velle te, hanc ipſam
„ exarationem ſimpliciori breviorique ſtilo contexi, (2) licet
„ ad id vires meas omnino impares ſciam: nec dubitem, ex
„ hoc me imperitiæ, & fortaſſe etiam temeritatis notam apud
„ eruditos non poſſe evadere, decrevi tamen, huic potius
„ ſubeſſe diſcrimini, quam tuæ Reverendæ Paternitatis con-
„ traire mandatis, & obedientiæ ſanctæ, quam ſemel profeſ-
„ ſus ſum in hoc jura violare. Impoſitum itaque onus gra-
„ tia divina fretus, tuisque ſacris orationibus utcumque ag-
„ grediar; tuæ humiliter caſtigationi ſubiiciens, quicquid mi-
„ nus vel ornate vel caute in eo dixiſſe contigerit.

IC XC

Translatio ſacri Capitis Divi Georgii Martyris ex Ægina Inſula Venetias in Monaſterium Sancti Georgii Majoris.

„ Apud Peloponneſum, quam Provinciam vulgus Græco
„ vocabulo Moream appellatur, circiter duodecim miliaria
„ ad

(1) Ex Autographo Joannis Antonii ſcripto patet Gulielmum alterum Monachum hiſtoriam Translationis exaraſſe, unde tres emergunt unius rei hiſtorici.

(2) Licet hæc Joannis Antonii enarratio aliis brevior ſit non tamen minus accurata.

„ ad Orientem Inſula Ægina (3) nomine poſita eſt ejusdem „ quoque appellationis in ea oppidum, quod a littore quatuor milibus paſſuum diſtat: Inſula vero ipſa ab Urbe Venetiarum miliariis ferme mille ac trecentis abeſt. In prænominato itaque oppido per centum, ut ajunt, annos, ſeu „ circa Beatiſſimi Georgii Martyris caput in Eccleſia quam „ in dicti oppidi arce ſita eſt cum ſumma totius populi devotione & reverentia conditum venerabiliter manſit. (4) „ Poſtea vero procurante inclyto Venetorum dominio Venetias translatum fuit, (5) atque in Monaſterio Sancti Georgii Majoris ſollemniter collocatum. Cum enim poſt annum „ decimum ab expugnatione Conſtantinopolitanæ Urbis eſſent „ forte Venetorum claſſes in ſinu Æginæ ad purgationem totius Pelagi Adriatici, cuſtodiamque maritimorum locorum „ quibus immaniſſimus Turcorum Princeps inſidiabatur, Hieronymus quidam Vallareſſus Venetus patricius (6) qui uni „ ex

(3) Ægina Inſula ſinus Saronici inter Peloponneſum, & Atticam, Sanctæ Athanaſiæ viduæ, quæ in ea ſanctiſſime obiit incolatu illuſtris.

(4) *Credibile eſt* (ita Clar. Papebrochius loco citato) *de corpore S. Georgii* cum primo exhumatum fuit Conſtantini Imperatoris tempore, *partem aliquam notabilem ſeorſim ſervatam* fuiſse *Helenæ Imperatrici donandam*, ex cujus munere *vero ſimile ſit utramque Romam participaſſe*. Caput igitur ſe poſſidere gloriabantur Romani *ab antiquiſſimis temporibus allatum ad Lateranenſe Sanctuarium*, in quo ut refert Anaſtaſius Bibliotecharius illud invenit Zacharias Papa, & ad ipſius Divi Eccleſiam *ad Velum aureum* nuncupatam, tranſtulit, *ubi immenſa miracula, & beneficia* coruſcarunt. Venerandum pignus accepit poſtmodum ex Clementis VIII. munere Ferrarienſis civitas, quæ Divum Georgium Protectorem, & præcipuum Patronum veneratur, nec Ferrarienſibus civibus gloriam tanti theſauri adimere aggrediar, dummodo (ut plerumque fit) pro capite capitis partem occiput nempe ſe poſſidere fateantur: etenim veriſſimum eſt, Venetiis in Templo S. Georgii ſinciput Venerabilis cranii nomine capitis nuncupari, quod & ſincere faſſi ſunt Monachi, qui ad aram Divi Titularis carmen hoc, modo deletum, inſculpſerunt:

Sincipiti hanc aram cubitoque Georgius ornat.

Porro ſacrum caput, ſeu ſacri capitis inſignem partem Conſtantinopoli furto ſublatam atque ad Æginam inſulam anno circiter 1360. deductam refert Hieronymus Valareſſius, quæ optime cum Papebrochii dictis congruunt, qui vero ſimile eſse aſserit Urbem Regiam Orientis ſacris hiſce Reliquiis munere Divæ Helenæ ditatam fuiſse.

(5) S. C. quo decretum fuit, ut omni honeſto modo ſacrum pignus Venetias deduceretur, erit inter mox afferenda documenta ad literas XX.

(6) Hieronymus hic Valareſſius translationem ſacri capitis, cui cauſam dedit, Italice conſcripſit, quam ad benemeriti viri laudem mox dabimus.

„ ex triremibus præerat, audiens quod eo loco detineretur
„ Caput Beatiſſimi Georgii Martyris multaque ibidem domi-
„ nus per dictas reliquias miracula perpetraſſet, rem atten-
„ tius ſciſcitatam quum ita eſſe comperiſſet, ſcripſit ad Ve-
„ nerabilem virum Theophilum Mediolanenſem juris utrius-
„ que doctorem tunc Abbatem Monaſterii præfati Sancti Geor-
„ gii Majoris nonnulloſque ejuſdem loci Monachos, ac præ-
„ cipue ad Hieronymum Vallareſſum conſobrinum ſuum qui
„ in præfato Cœnobio ſub Monachali vita degebat, admonens,
„ obtinere curarent a Venetorum Dominio, ut ſacratiſſimæ
„ Capitis illius reliquiæ ab Ægina inſula Venetias transfer-
„ rentur ſe ipſum omnemque ſuam in hoc opus curam ac
„ diligentiam offerens. Theophilus itaque Abbas cum ſenio-
„ ribus Monaſterii ſui dicto Dominio ſupplicavit, ut aucto-
„ ritate juſſioneque ſua dictum Martyris caput Venetias trans-
„ ferri curaret. Dominium autem cupiens tantis reliquiis ho-
„ norare prædicti Monaſterii Eccleſiam, univerſamque Civi-
„ tatem, datis literis ad nobiliſſimum virum Victorem Capel-
„ lum (7) Capitaneum præfectumque claſſis præcepit, ut ſer-
„ vata omni honeſtate & æquitate, ab incolis loci, qui jam-
„ dudum Venetorum Senatui ſubditi erant Sacratiſſimas Reli-
„ quias acciperet, eaſque ſecum Venetias perferret. Deferun-
„ tur itaque ad Capitaneum literæ, quibus ille acceptis cum
„ forte eſſet in portu Euboiæ inſulæ quam Nigropontum ap-
„ pellant: nautas jubet, arma colligere, validiſque incum-
„ bere remis. Poſtera vero die, curſu ſecundo cum octo tri-
„ remibus ad portum Æginenſem applicuit: transmiſſiſque ad
„ oppidanos nuntiis, Prætorem eorum Hieronymum Coppum
„ patritium Venetum, ac loci primates accerſit. Deſcendunt
„ illi ad littus cum quibusdam ex civibus obviam Capita-
„ neo intelligere cupientes, quid nuntii, quid legationis quid-
„ ve juſſionis a Senatu Veneto attuliſſent. Venit & Protopa-
„ pa (8) comitantibus aliis quibusdam Græcorum presbyte-
„ ris. Jam enim quidam negocii rumor obreperat, nec la-
„ tue-

(7) De Victore Capello Venetæ Claſſis adverſus Turcas Imperatore, & de Hieronymo Valareſſio pariter præter alios Venetarum rerum hiſtoricus mentionem ingerit Petrus Juſtinianus Venet. Hiſt. lib. VIII.
(8) Idem ferme ac apud Latinos Archipresbyter.

„ tuerant populum Æginenſem mittentium, atque venientium
„ vota. Hos igitur omnes Capitaneus poſteaquam benigne ſuſcepit, in triremis ſuæ puppi conſedere præcepit. Deinde exorſus medio in Conventu, & Senatus Veneti, & Monachorum Religioſorum Sancti Georgii Majoris mentem, devotionemque erga Martyris Reliquias, ſimul etiam & ipſorum poſtulationem explicuit, atque adhortatus eſt, ut tam piæ támque devotæ petitioni annuerent, magnificas, & ampliſſimas ad eos Dominii Veneti pollicitationes expoſuit, memorans ampliorem ex hoc Venerationem Reliquiis Martyris deferendam, poſtquam e loco male tuto, ex faucibus Turcorum in amplam, & populo Chriſtianiſſimo ferventem Urbem translatæ fuerint, ubi famoſum Monaſterium extat, & vetuſtiſſimis fabricata annis nomini Martyris dedicata Baſilica, regularisque floret ſanctimonia vitæ. Ibi & ejusdem Martyris Brachium jam dudum ſumma cum veneratione habetur. Quare, inquit, cum hujuſcemodi Reliquiæ dignius ibi honeſtiorique ritu pertractentur, requiſitioni profecto noſtræ favere Æginenſes debetis, ob id præſertim, quod ex hac translatione pietas Martyris in vos non ſolum non minuitur, ſed magis ac magis augetur, quippe cujus caput ad ſui ferventiorem cultum, amplioremque venerationem Venetias transferri permittitis. Poſtremo imperat, Senatus Veneti literas, quarum ſupra meminimus, coram legi. Illis autem perlectis cæperunt Æginenſes cives præſertimque eorum græci Sacerdotes, animo magis ac mente, quam aperta defenſione reſiſtere. Quoniam autem ut præfatus ſum ſub ditione & Imperio Venetorum inſula tota poſita eſt, id tantum reſponſi in primis reddere, decreverunt. Quicquid Vir illuſtris hac in Inſula, in hoc oppido, quicquid in nobis eſt, Senatus Veneti Dominio ſubditum eſt, hoc nos negare, non poſſumus. At vero Chryſti Martyris caput, quod potius patrocinii cæleſtis eſt, quam ut inter humanas fortunas denotetur, quodque veluti celeſte depoſitum, ac cuſtodem, non corporum modo, ſed & animarum, totiusque noſtræ ſalutis protectorem habemus; qua mente, quo animo peregrinas ad oras deferendum, detinendumque exhibere valemus. Facilius omni theſauro, omni ſupellectili, omni vitæ hujus jocunditate carebimus, quam ut tanto patrono

„ privemur. Is enim tutor noſter, Is ad omnia pericula propugnator, miſſumque e cœlo usquequaque refugium. Demum videntes omnia excuſationis hujus argumenta in caſſum tendere, ad hanc ſimul debilem pactionem confugere. Si è loco, inquiunt, caput ipſum ſacratiſſimum venire voluerit, vobiscum deferte. Hæc idcirco dixerunt, quia vel illos accedere, vel ſanctum nolle, antiqua ex ſtatione ſecedere, ſibi perſuadebant. (9) Superioribus namque temporibus adeo ſe aliquando grave, ac ponderoſum exhibuerat, ut moveri vix poſſet. Quod & modo futurum ſperabant. Hanc igitur pactionem, quum Capitaneus cœterique, qui cum eo erant, benigne ſuſcepiſſent, cæperunt Æginenſes, qui venerant, ad oppidum reverti. Hoc claſſica Venetorum turba ad ſuſcipiendas fideli mente reliquias ordine ſuo, devote quidem atque compoſite ſubſequebatur. Unaquæque triremis (erant enim octo) centum viros emiſerat. Quos præcedebant veluti Centuriones Nicolaus Longus, Hermolaus Minius, Hieronymus Vallareſſus, Franciſcus Molinus. Nam reliqui quatuor protocomiti cum Capitaneo ob cuſtodiam claſſis in littore remanſerant. Vidiſſes longa Virorum agmina, & veneratione & armis exornata. Ita prælatis per aera vexillis pacificas Æginæ portas attingunt. Interim expectantibus in loco hominibus, protocomiti dumtaxat prænominati cum ſuo Sacerdote, & Græcis præsbyteris læti ſecretiorem arcis locum introiere. Reſerantur ſcrinia, quibus ſanctum Martyris caput detinebatur. Accedensque protopresbyter græcus, & ſacras Reliquias in manus accipiens, foras absque ulla difficultate produxit. Videbantur enim ei nullius eſſe ponderis, cum ſemper graviſſima ante ſenſiſſet. Hoc igitur tam ipſe, quam cœteri græcorum Sacerdotes quam moleſtiſſime tulerunt, dolentes nihil ſigni, aut miraculi accidiſſe, quod animos Venetorum a ſacrarum Reliquiarum ablatione removeret. Mœſti itaque, & lachrymabundi procedunt. Concurrerant undique populi per plateas compitaque viarum, ipſa jam limina hoſtiorum ſpectantium turbis referta erant. Mœrebant ſinguli qui decus patriæ, ineſtimabilem theſaurum, ac ſpem certiſſimam

„ amiſ-

(9) Ratio hujuſce perſuaſionis innoteſcit ex primo miraculo poſt enarrationem Translationis exarato.

„ amiſſuri. Perſtrepebant impatientis undique, ac lamentantis „ populi voces, gemitus undique reſonabant. Veriti ob hoc „ legati ignobilis vulgi furorem, cæptum ad littus iter maturare feſtinant. Videbatur enim imminere periculum, ne „ populus dolore ductus, reliquias ſanctas vi auferre tentaret, „ ſi expectarent, ut ipſi optabant, donec ſinguli eas loci illius incolæ deoſcularentur. Nam ad ultimum hoc officium „ vel maxime cuncti fervebant. Quamobrem Veneti portas „ feſtini exeunt, turbisque relictis egreſſi, ad littus tendunt. „ Æginenſes autem tam Viri, quam mulieres ſimul cum parvulis conſcendentes turres ac murorum mœnia, intuebantur, „ quantum licebat, & oculis ſequebantur, quod retinere non „ poterant plorantes, & magno ejulatu deflentes, quod tanto „ hoſpite privarentur. Mulieres vero ſparſo crine pugillis ſua „ pectora feriebant. Pueri innuptæque puellæ lachrymoſis vocibus æthera replebant; eo maxime, quod parentes in quorum ſinibus ſtrictis complexibus detinebantur, absque ulla „ intermiſſione lamentari, gemere, ſtudereque viderent. Tales dedere exequias abeunti. At Veneti exultantes jam portum tenebant, Sacerdotem ſemper ſtipantes, qui in medio „ reliquias deportabat. Capitaneus vero quum redeuntes legatos vidiſſet, una cum iis, quos ſecum in littore detinuerat, „ obviam ſacris Reliquiis ſumma cum devotione proceſſit. „ Clangunt hinc tubæ, concinunt inde mira ſuavitate tibycines, Univerſi autem ex ſuſcepti a Deo ſacri muneris lætitia, „ quodam motu geſtuque corporis extrinſecus cordis ſui gaudium demonſtrabant. Itaque ſacrum Martyris verticem in „ Capitanei carina honorifice collocarunt. Conſcendentes omnes triremes ſuas portum expediti relinquunt. Atque carinis criſpi æquoris terga ſulcantibus felici proſperoque volatu poſt ſecundam & triceſimam diem patrios portus ingreſſi „ ſunt. Tunc ſacrum hoc cæleſteque munus Venetiæ exceperunt. Triremes igitur octo illæ Monaſterium Martyris recto curſu adierunt, nec prius quiſquam ex nautis propriam „ optatamque domum acceſſit, quam ſacræ reliquiæ ſuo hoſpitio collocarentur. Has, & ſi præter ſpem, quanto ſtudio, ac „ veneratione, quantisque votis devotiſſimi ſuſceperint Monachi, religioſus & prudentiſſimus quisque ſecum exiſtimare „ poteſt. Ideo autem præter ſpem & ex improviſo dixi quo-

Z 2 „ niam

„ niam & portum Urbis ingreſſi ſunt, & ad ipſas jam Mona-
„ ſterii portas ante applicuerunt, quam per clauſtra cœnobii
„ vel minimus facti hujus rumor percrebuiſſet. Quare tintina-
„ buli ſonitu, quo ſolent ad capitulum convocari Fratres, ex-
„ citati, ſubito accurrunt Monachi, qui expletis paulo ante
„ Miſſarum ſollemniis in ſuas ſe cellulas domino vacaturi re-
„ ceperant. Ordinantur mox chori, induitur ſacris veſtibus
„ Salvator Monaſterii prior, Abbas enim tunc aberat. (10)
„ Accenſis deinde cereis non paucis, bini procedunt ex Eccle-
„ ſia Monachi. Quumque perveniſſent ad ripam, ſolus Mo-
„ naſterii Prior triremem ingreſſus ſacrum Martyris caput de
„ manu Sacerdotis, qui cum Capitaneo venerat, devote ac re-
„ verenter ſuſcepit. Egreſſus vero hymnum, Te Deum lauda-
„ mus, ſolemniter incepit, Monachisque alternatim, & conſona
„ voce reſpondentibus, ac ſubſequente Capitaneo cum maxima
„ nobilium multitudine Eccleſiam longa proceſſione regreſſi,
„ ad altare majus accedunt. Ibique reliquias ſacras ſinguli
„ ſumma cum devotione deoſculati ſunt. Confluunt dehinc ad
„ Monaſterium cives, fama jam divulgata per Urbem. Vene-
„ rantur cuncti ſuſceptum munus ſua Deo ac Martyri vota
„ reddentes. Monachi quoque per totam diem illam cum ſub-
„ ſequenti, majori quadam pſalmorum & hymnorum modula-
„ tione in Dei ac beatiſſimi Martyris Georgii laudibus perſe-
„ verarunt, donec reliquias ſacras in eo altari reponerent, in
„ quo & dicti Martyris brachium reconditum erat. Poſtea ve-
„ ro diebus jam pluribus elapſis fabricato brevi, decentique ar-
„ mariolo, in ipſo majori altari Eccleſiæ tam caput ipſum, quam
„ Brachium perpetuis ibi temporibus manſura locaverunt.
„ Facta autem fuit translatio hæc Anno Domini MCCCCLXII.
„ Idibus Decembris. Pio II. Pontifice Maximo. Duce vero
„ Venetiarum Chriſtophoro Mauro. Ad laudem & gloriam
„ Omnipotentis Dei, qui vivit & regnat in ſæcula ſeculorum
„ Amen.

Se-

(10) Fortaſſe, quia translationem præſens non viderat Theophilus Abbas, ipſam per alios accurate deſcribi, mandavit.

Sequuntur duo celeberrima jam dicti Capitis Sacratiſſimi Martyris Georgii miracula in eadem Ægina Inſula noſtra ætate patrata.

„ Audierat Alphonſus Aragoniæ rex apud Æginæ Inſulam
„ eſſe caput beatiſſimi Georgii Martyris, cui ipſum maxima
„ ſemper affectum fuiſſe cordis devotione, maxima ſemper
„ excoluiſſe veneratione, vel ex hoc intelligi poteſt, quia ma-
„ gno id apparatu ad ſe deferri mandavit. Venit ergo in Æ-
„ ginæ Inſulæ portum Bernardus villamarinus noſtra quidem
„ ætate piratarum maximus, atque ea tempeſtate Capitaneus
„ claſſis dicti regis Alphonſi ut inde caput ipſum beatiſſimi
„ Martyris de ejusdem regis mandato ſecum auferret (11). Ex
„ hujus itaque repentino adventu, ac claſſe armata territi lo-
„ ci illius incolæ, nonniſi datis prius a pirata obſidibus, eum
„ ad commune colloquium recipere voluerunt. Deſcendunt
„ igitur ad littus nonnulli e civibus, quo facto cœtu ita allo-
„ qui exorſus eſt Villamarinus. Mittite de pectore curam o
„ cives, ne ullum ex vobis lædam, adveni. Fidus ac pacificus
„ nuntius adſum. Rex meus Alphonſus, cui magna & religio-
„ ſa erga Martyrem Chriſti ineſt veneratio, rogat, ut acce-
„ pto haud parvo pondere auri, offeratis ſibi reliquias capitis
„ beatiſſimi Georgii, quæ diu veſtro hoc parvo & humili lo-
„ co detinentur. Quod quum Æginenſes audiſſent, graviſſi-
„ mo dolore affecti ſunt. Diſſimulaverunt tamen conceptam
„ animo triſtitiam, donec petitionem ipſius detulerunt Dominæ
„ ac principi ſuæ, quæ vidua Inſulæ gubernationi remanſerat.
„ Illa ſimul recuſans, nec prece flectebatur, nec auro. Atta-
„ men, quia timebant, ne pirata infamis, qui navigantes inter-
„ cipere, ſpoliare litora, inſidiari oppidis, & ſui demum ter-
„ rorem cunctis maritimis locis inferre conſueverat, iratus
„ forte per circuitum diriperet Inſulam, & agros, ac pecora
„ circumjacentesque domos depopularetur: ulterius ei, quod
„ petierat, negare auſi non ſunt. Abſtulit ergo Caput Villa-
„ marinus, eoque in ſua triremi recondito, ventis vela dari ju-
„ bet, quum ecce ſubito natantes per æquora alta triremes.

„ ma-

(11) Caput S. Georgii Martyris deductum fuit a Venetis anno 1462. ab Ægina inſula, ad quam deportatum fuerat centum ante annos, ſcilicet circa annum 1362. cujus ſæculi ſpatio unus tantum in Aragoniæ ſedit Rex Alphonſus hujus nominis V.

„ magno cum murmure ventus arripuit ; circumtumentibuſ-
„ que undis mortem cuncti imminere formidant. Fit clamor,
„ deſcendunt ad inferiora, ubi reliquias ſacras collocaverant,
„ ut eas tanquam ſalutis ſuæ arma tempeſtatibus opponerent,
„ ipſarumque refugio ſalvarentur. Sed quum quærerent, nuſ-
„ quam depoſitum reperire potuerunt. Mirantur univerſi at-
„ que attoniti quærentes ſingillatim per ſingulas triremes,
„ nec ullum invenientes indicium de locatis paulo ante reli-
„ quiis, redeunt feſtini, unde diſceſſerant, & Æginenſibus rei
„ novitatem, ac perpeſſum periculum exponunt. Mirantur illi
„ ſtatimque accedentes ad locum, in quo, ut ſuperius memo-
„ ravi, ſanctus venerabatur, reperiunt reliquias ad ſuum mira-
„ biliter hoſpitium rediiſſe. Quæ res haud parum gaudii ci-
„ vibus attulit. Villamarinus autem cum ſuis, tantum admi-
„ rationis & ſtuporis accepit, ut veriti, ne Sanctum læderent,
„ ne ſe majoris naufragii reos efficerent, attingendo de cœtero
„ ſacra profani, nihil ſibi inde ulterius auferendum eſſe decer-
„ nerent. Abiit itaque pacatus cum ſuis Villamarinus, ne re-
„ petitis quidem tribus aureorum milibus, quos civibus pro
„ ſuſceptis Reliquiis dono jam dederat.

Aliud Miraculum.

„ Per aliud quoque tempus turci immaniſſimi, qui Chriſto
„ credentes vexare non deſinunt, in obſedionem Æginæ In-
„ ſulæ advenerunt, ac velut canes rabidi Oppidum ipſum cir-
„ cumdantes, Chriſtianis illic commanentibus inſultabant,
„ quin eos omniaque ipſorum bona in proximo directuri.
„ Cives autem ex tanto hoſtium impetu nimio pavore per-
„ culſi, quum nihil ſibi præſidii, nihil refugii ſupereſſe vi-
„ derent, fide ſuccenſi ad beatam felicemque Martyris memo-
„ riam pariter confugerunt, ſpe certiſſima retinentes nuſquam
„ ſibi ejus patrocinium defuturum, ſi id plena fide, ac devo-
„ tione deponerent. Caput igitur beatiſſimi Martyris per gy-
„ rum murorum longa ac devota proceſſione circumferentes,
„ hoſtium obtutibus appoſuerunt. Quum ecce ſubito circum-
„ dedere nubilia cœlum. Hinc corruſcatio, inde tonitrua, tan-
„ taque hymbrium inundatio defluxit, ut antiquum diluvium
„ iterari putares. Vincebat terræ planitiem unda concreta,
„ Ita neſandiſſimi turci inceſſantibus pluviis reverberati, ac
„ pene obruti, ſecedere, fugamque maturare, coati ſunt. In-

„ ſe-

„ ſequentibus eos meritis beatiſſimi Georgii Martyris. Cujus „ nos quoque ſuffragiis & orationibus ad ipſum in noſtris neceſſitatibus plena fide recurrentes, itidem adjuvari merebimus. Præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu Sancto vivit & regnat Deus in ſecula ſeculorum. Amen.

Copia di la tranſlatione de miſ. San Zorzi ſecondo ne dete in nota miſ. Hieronimo Valareſſo, el qual ſe atrovo Soprachomito de una de le galie con le qual lane fo conduta da Legene a queſto noſtro Monaſterio di San Zorzi Mazor de Venetia.

Exemplum translationis Capitis Domini S. Georgii, ut nobis connotavit Dom. Hieronymus Valareſſius, qui erat Præfectus unius ex triremibus, quibus deductum fuit ex Ægina inſula ſacrum Caput ad hoc Monaſterium S. Georgii Majoris de Venetiis.

Al nome del noſtro Signor Dio, e de Madona Santa Maria, e di miſ. S. Zorzi. Qui noterò el modo tegnudo in aver la teſta de eſſo miſ. S. Zorzi conducta a Venezia al Monaſterio di S. Zorzi Mazor.

In Nomine Dei Beatæ Mariæ & S. Georgii: hic adnotabo modum ſervatum in habendo capite dicti Sancti, & ad Eccleſiam ejuſdem S. Georgii Majoris Venetiarum deportatum.

In el anno 1462. del meſe de Mazo. Atrovandoſe larmada della noſtra Illuſtriſſima Signoria Capitanio el Magnifico miſ. Vettor Capelo con galie 15. nel porto de Legena. Vene a notitia ad alcuni de nui, come la teſta di miſ. S. Zorzi era nel Caſtelo de eſſa Iſola de Legena. La qual za molti anni era ſtata li, e ſiva habuda in gran reverentia, & aveva moſtrado de molti miracoli. Un-

Anno 1462. Menſe Maio. Cum pro Illuſtriſſima Dominatione Veneta, Claſſis Dux eſſet Victor Capellus cum quindecim Triremibus in portu Æginæ: ad notitiam quorumdam noſtrum pervenit, quod Caput S. Georgii reperiretur in Caſtello ipſius Inſulæ Æginæ; & quod hoc a pluribus annis ibi fuerat, cum multa reverentia peractis multis miraculis. Cum ergo viſum eſſet Nobis

Unde parendo a mi Hieronimo Valareſſo Soprachomito de una de le dite galie, queſta eſſer mirabele reliquia, e di grande importantia. Sciſſi a Veneſia per do man de letere a miſ. lo Abbate di S. Zorzi, & ad altri de quelli Signori Monaci, dandoli tale notitia di queſta Santa teſta, avendo admiration, che per avanti non ne foſſeno ſtati aviſati. oferendomi adoperar a tuti ſuo comandi per otegnir tal coſſa ſperando mi baſteria lanimo con bon modo averla. Avuto che ebeno li diti Signori Monaci queſto aviſo, ſubito ſolicitorno con li ſuo prochuratori de impetrar chel piaceſſe ala noſtra Illuſtriſſima Signoria ſcriver al dito Magnifico Capitanio miſ. Vettor per tentar di aver eſſa reliquia. E coſſi parendo a quelli Signori de colegio conveniente domanda, atrovandoſſe etiamdio in colegio miſ. Zacharia Valareſſo Savio del Conſejo, deſiderando dotar eſſa Chieſa de S. Zorzi, e honorar queſta terra de tale patrono, con fiducia che per ſo praticha era venuto ne le man di la Signoria noſtra Illuſtriſſima queſta Iſola di Legene, comparſe la Signoria per nome de dito Monaſterio rechiedendo anche voler eſſer cauſa honorar queſto ſanto,

bis Hieronymo Valareſſo præpoſito uni ex dictis Triremibus, hanc eſſe inſignem Reliquiam, & admodum æſtimabilem: Duplicibus litteris Venetiis ſcriptum eſt Domino Abbati S. Georgii, & aliis ex ipſis Dominis Monachis circa exiſtentiam ibidem talis Reliquiæ, ſumme demirantes, quod ante hæc tempora nil illis de hoc innotuiſſet: & exhibendo me ipſum cum omni diligentia ad ſimilem acquiſitionem non deſperando optimum finem. Monachi ergo ita admoniti, omni ſollicitudine apud Illuſtriſſimam Dominationem, videlicet Senatum per Procuratores ſuos exorarunt, ut dignaretur ſcribere circa hoc prædicto Magnifico Victori Capello Duci, ut ſuper hoc opus ſuum non auferret. Vota Monachorum libenti animo exceperunt Sapientes Conſilii, cumque inter eos eadem dignitate ornatus ſederet Zacharias Valareſſius, cujus opera Æginæ Inſula in Veneta jura devenerat, ut Eccleſiam S. Georgii tanto pignore, & Venetam Urbem tali Patrono ditaret, nomine ipſius Monaſterii ſupplices libellos exhibuit, hoc enixe rogans, ut ſacri Capitis tranſlatione non Monaſterium tantummodo S. Georgii, ſed incly-

tò, in la translation di queſta ſanta teſta a tanta illuſtre città, e cuſſi degno Monaſterio dove molto ſi augmentaria le devucion e fama de eſſo glorioſo ſancto, e queſto lui con lieto animo ſolicitando, e molto deſiderando inſieme con i ſuo compagni Savii Grandi meſſeno parte in Pregadi, e cuſſi fu preſo de comandar al dito Capetanio, che vedeſſe aver dita ſanta teſta. Or eſſendo mo larmada noſtra a Negroponte eremo galie 13. adi 5. Novembre aveſſemo molte letere da Venieſia con do galie fra le qual fo uno comandamento della noſtra Illuſtriſſima Signoria comandando al noſtro Capetanio provedeſſe cum honeſto e piacevol modo andar a Legena, e aver dita reliquia. Parſe a miſ. lo Capetanio preſto levarſe & adi 9. ſe levaſſemo da Negroponte con galie 17. (che altre erano anche venute) adi 10. eſſendo al chavo de le cholone parve al Capetanio per boni reſpeti non andar con tante galie, ma andaſſemo con galie 8. a dito luogo di Legena, e in quel zorno intraſſemo in porto. Le galie ſono queſte miſ. Vetor Chapelo digniſſimo Capetanio, i Soprachomiti miſ. Nicolò Lion, miſ. Nicolò Longo, miſ. Almorò Minio, miſ. Fan-

clyta quoque Urbs decoraretur, ex quo tanti Martyris gloria, & populi devotio augeretur. Hæc cum ferventi animo ageret Zacharias, in ejusdem ſtudii partem cæteros quoque Collegas adduxit, quorum opera Venetæ Claſſis Duci ex S. C. lege mandatum fuit, ut ſacrum Divi Georgii Caput obtineret. Quum igitur apud Euboeam cum XIII. Triremibus moraremur die V. Novembris anni prædicti, duæ Triremes e Venetiis advenientes nobis multas litteras attulerunt, in quibus erat S. C. Decretum, quo Ducis Claſſi mandabatur, ut ad Æginam Inſulam ſe conferens, a Civibus Inſulæ, ſacrum caput honeſtis, blandisque modis impetraret. Viſum itaque eſt Duci, quamprimum diſcedere, atque die IX. ejusdem menſis ab Euboea receſſimus cum ſeptemdecim Triremibus, (aliæ enim adventarant,) atque die X. cum apud Caput, quod vocatur Columnarum, perveniſſemus, placuit Ducis prudentiæ, octo ſolum Triremes Æginam adducere, eaque ipſa die portum Inſulæ ingreſſi ſumus. Triremibus præerant Victor Capello Dux digniſſimus, Præfecti Dominus Nicolaus Leono, Dominus Nicolaus Longus, Dominus Hermolaus Mi-

Fantin Dapeſaro, miſ. Bertuzi Bondimiero. Io Hieronimo Valareſſo, e miſ. Franceſco Damolin: Subito zonti la matina ſequente fo mandado a dimandar el Retor di quel Caſtelo che con i primi de quel luogo, e più antiſi vegniſſe a mui abonora. Et adi 11. a ore do de zorno. Vene a marina miſ. Hieronimo Chopo el Prothopapa, & altri Preti Greſi, e alcuni di quelli citadini, li quali zonti nui anchora inſieme conveguiſſemo su la pope del Capetanio, e per miſ. lo Capetanio con bone e convemiente parole fo dimandada queſta teſta ſancta de miſ. S. Zorzi, facendoli molte promiſſion per nome dell'Illuſtriſſima Signoria, e dil Monaſterio dove dovea eſſer portata. Ale quali parole reſpoſeno che l'Iſola & huomeni con tuto quelo era, li era della noſtra Illuſtriſſima Signoria, e che a queſta ſancta reliquia portavano reverentia, & devotion, e in tute ſuo averſità e pericoli de Turchi confidandoſe averla i parea per eſſa aver miſ. S. Zorzi, per ſuo protetor, e dum mentre che laveano non li parea quela Iſola poſeſſe mal capitar. Diſeno, che altre volte Zenoeſi voſeno dar per averla ducati 36. mile, e che mai per prieſio de danari non la da-

Minio, Dominus Fantinus Piſauro, Dominus Bertuccius Bondumerius, Ego Hieronymus Valareſſio, & Dominus Franciſcus de Molino. Statim itaque ut acceſſimus, mandatum fuit Rectori Oppidi, ut cum dignioribus, & ſenioribus loci ad Claſſem ſummo mane adveniret. Die itaque XI., cum ſecunda eſſet hora diei, ſeſe ad Claſſem contulerunt Hieronymus Coppo (erat is Inſulæ Rector) Protopresbyter, & alii Græci Presbyteri, & nonnulli ex civibus, qui nobiſcum ſuper puppim Triremis Principis convenerunt, eiſque Dominus Dux Claſſis blandis, & honeſtis verbis ſacrum Divi Georgii Caput expetiit, multis additis promiſſis tum Veneti Senatus nomine, tum Monaſterii Sancti Georgii Venetiarum, ubi collocandum erat. Ad hæc repoſuerunt; Inſulam, Cives, & ipſorum bona ſub Dominio Illuſtriſſimæ Dominationis eſſe, ſe tamen huic Sanctæ Reliquiæ maxime devotos, addictosque fateri, quam in omnibus adverſitatibus & periculis adverſus Turcas ſibi propitiam agnoverant, atque ideo dum in ea Inſula maneret, ſe ſub Divi Georgii patrocinio ſecuros eſſe putare. Ad hæc addiderunt: Januenſes pro ea

dariano. Pur concluſeno che poſſa cuſſi piaſeva a la noſtra Illuſtriſſima Signoria erano contenti darla ſel piacea pur a eſa ſancta teſta de laſarſe portare, e queſto replicorno ben per tre volte ſe la vora vegnir. Foli reſpoſto volevemo tuto con el piacer di miſ. Domenedio, e de miſ. S. Zorzi. E per quanto ne diſſe quelli de Legena podeva eſſer anni 100. vel circha aveno la dicta ſancta reliquia la qual de Conſtantinopoli eſſendo ſta transfurada in uno ſacho ſecretamente per uno Papa fu meſſa a Negroponte. Coſtoro armono una galia, e mandodola a tuor da Negroponte. e in ogni averſitade che anno abudo in quel Caſtelo & Iſola ano avuto per ſuo defenſione, & arma la dicta ſancta teſta. Quando anno avuto ſterilità, fame, morbo pericoli de vere, avendo fato preciſion con queſta reliquia: li ano parſo eſſer eſauditi da queſto glorioſo ſancto, & inter cetera eſſendo alcuna volta andato li groſſa armada de fuſte de Turchi e andati per combatter el Chaſtello in tera. Vedendoſe loro circumdati da nemici, e inpotenti a difenderſe ſi ritorno a domandar a miſ. San Zorzi ſuffragii e devotamente moſtrando in ſu i... que-

eá XXXVI. millia argenteorum obtuliſſe, neque tamen fieri poſſe, ut ullius pretii ſpe ad eam tradendam adducerentur. Tandem dixerunt, quod ſi hoc Illuſtriſſimæ Dominationi placeret, ipſi aſſentiebantur, dummodo ipſum caput ſe inde auferri permitteret, quæ verba per tres vices iterarunt. Quibus repoſitum fuit, hoc ex voluntate Domini Dei, Divique Georgii agendum eſſe. Teſtabantur autem Æginenſes eam Reliquiam, clam ablatam fuiſſe Conſtantinopoli a quodam Protopresbytero, qui eam ſacco incluſam tranſtulit Euboeam; Æginenſes vero parata Triremi ex Euboea detulerunt; cujus deinde patrocinium Oppidum illud, & Inſula in cunctis adverſitatibus experti ſunt, quandocunque enim ſterilitas terræ, fames, infirmitates, & bellorum pericula imminerent, ſolemni ſupplicatione indicta præſentem Divi opem ſibi ſuffragari ſenſerunt, cumque aliquando Turcarum claſſis milites eduxiſſet ad Oppidi obſidionem, Æginenſes ſe impares defenſioni noſcentes, ſacrum caput adverſus hoſtiles acies expoſuerunt, nec mora ingens pluviæ impetus contra obſidentes Turcas adeo violenter erupit, ut coacti fuerint e loco recedere: Non

mul-

queſta teſta verſo i nemici de brieve piovete in tanta abundantia di la qual piovea ſtando al caſtello e cuſſi ſi partirono. Non molti anni avanti che queſta Iſola vigniſſe à le man di la noſtra Signoria. Morto l'ultimo Signor e rimaſta la dona vedoa in dominio. Vene a notitia al Re de Ragon Alfonſo che era tunc temporis Signor di queſta Sancta Reliquia, che in tale humile luoco ſtando andava in oblivione. Accadendo alo ſuo Stato mandar armada in quelle parti deſiderando aver preſſo a lui queſta ſancta reliquia commeſſe al ſuo capetanio miſ. Bernardo Vilamarin che andaſſe a Legena, e procuraſſe per ogni modo otegnirla dando a quela donna certa quantità di dinari. Atrovandoſſe dito Capetanio in quelle parti andò con tutte le galie ſuoi nel porto de Legena. Unde inpauriti quelli del Caſtello fevano bona cuſtodia dubitando non foſſeno lì andati per expugnarlo ne ſe fidavano mandar lor huomini a galia a dimandar quello voleano. El Capetanio dito vilamarin mandò alcuni di ſuo principal al caſtello, e de quelli del caſtello altretanti andorno a galia, & soli ſignificato per vilamarin lor non aver intention

multis annis priusquam Inſula in ditionem Venetorum cederet, cum ipſius regimen obtinuiſſet ultimi Principis defuncti vidua, relatum eſt Alphonſo Regi Aragoniæ de hac Sancta Reliquia, quæ in humili adeo loco ad oblivionem vergebat. Quum igitur circa ea loca claſſem mittere decreviſſet, ſtudio ſacri theſauri acquirendi Bernardo Villamarino Regiæ Claſſis Duci mandavit, ut Æginam ſe deferret, omnique cura contenderet, ut ſacrum caput obtineret, proque eo magnam pecuniæ vim viduæ Dominæ erogaret. Cum igitur non longe ab Ægina tunc moraretur Bernardus, portum Inſulæ cum univerſa claſſe ingreditur. Eo apparatu perterriti Æginenſes caute Oppidum cuſtodierunt, timentes, ne ad ipſius expugnationem claſſis adveniſſet, propter quod nec nuntios ad explorandam Ducis voluntatem dirigere auſi ſunt. Dux autem aliquos ex ſuis ad oppidum miſit, totidemque ex oppidanis ad Triremes proceſſerunt, quibus ſignificavit Villamarinus, ſe cum claſſe ad eam Inſulam acceſſiſſe ex ſui Regis mandato, non ut damnum aliquod Civibus inferret, ſed ut ſacrum Caput Divi Georgii ibidem aſſervatum ſuo Regi acquireret, quam reli-

tion di: farli alcuna offeſa, ne danificarli, ma ſolo era ſtà caſon di la loro andata à eſſo luoco uno ſtreto comandamento lui avea da la Maeſtà dil ſuo Re procurar di farli aver la teſta di miſ. San Zorzi in quel luoco reſidente la qual inſtante mentre con larghe promiſſion a quela Madona lui richiedea, & avegna a quelli Citadini tal dimanda foſſe moleſta udire pur praticandoſſe la coſſa. temendo anche eſſa armata di cate ... non li nocceſſe tandem contento darla a Vilamarin li mandò a donar per averla ducati 3000. Quando ſu levata queſta benedetta teſta dunde che la jera peſava tanto forte, che con faticha ſe pote portar a galia. Abuda che l'ebbe miſ. Bernardo Vilamarin ſubito fece vela con le galie, e partiſſe el terzo giorno dopoi eſſendo in Mare aveno gran fortuna, e temendo di perire per ricomandarſe a miſ. San Zorzi volſeno moſtrar la ſuo teſta in coverta., e non poteno trovarla. Unde ſtupefati reduti con le altre galie fece cerca per tute le galie, e non la trovando tornorno a Legena, e narorno queſta coſſa. Meraveglianddoſſi quelli di la terra di tal novità finaliter trovò eſſa eſſer per ſi tornata al ſo luocho dove

reliquiam ab Inſulis Domina ingentibus propoſitis premiis expoſcebat. Igitur quamvis ea res Civibus gravis admodum videretur, tamen metu imminentis mali, velut inviti, Ducis poſtulatui aſſenſerunt, qui tria millia argenteorum numeravit. Quum igitur benedictum caput ex loco abduceretur, tanti ponderis inventum eſt, ut vix magno labore potuerit ad Triremes deferri. Recepto venerabili pignore Villamarinus vela ventis explicavit, cumque in itinere progrederentur, tertia die ingenti ſuborta procella cum proximum trepidarent naufragium, ut Divi Georgii patrocinium implorarent ſacrum caput exponere ſtatuerunt, quod tamen nullo modo invenire potuerunt. Quum igitur illud per cunctas Triremes irrito labore quæſiiſſent, iterum ad Æginæ Inſulam appulerunt, quidque ſibi eveniſſet, narraverunt. Rei novitatem admirati Cives indagatione facta ſacrum caput in loco, ubi prius quieſcebat, invenerunt, quo prodigio exterritus Villamarinus, relicto capite, inde diſceſſit. Tale autem prodigium omnibus innotuit, ut viri fide digni nobis teſtati ſunt. Alias aſſeruit nobis Protopresbyter, quod ſi aliquando ſacrum caput

ve ſolea ſtar a Vilamarin queſto eſſer miraculo manifeſto ſe partì e laſola. E queſto miraculo e noto a tuti e teſtificandone per perſone degne di fede. Altre volte dicea quel Protopapa che ad altri ſe a vojuto dar, e ſtata tanto ponderoſa, che non ſi potea levar unde parea el ſancto voleſſe li habitar, e però audeva dir ſe la vora vegnir ſperando che nò, come altre volte era moſtrato. Molte altre coſſe ne diſſe che mi tazo. Paſſando cuſſi doltra parlando ſtati bon pezo per vegnir al eſperientia. Deliberaſſemo andar al chaſtello Lutan meja 4. da marina vel circha, e cuſſi cadauna galia meſſe fora el ſuo ſtentardo doro i ſuo trombeti, e homeni 100. per galia vel circha, e con grande ordene per onorar la dita ſancta teſta andaſſemo 4. patroni che fo miſ. Nicolò Longo, miſ. Almorò Minio Io. Jeronimo Valareſſo, e miſ. Franceſco Damolin con nui vene larmirajo de le galie cancelier & el prete andando con bel ordene azonzeſſeno al chaſtello. Dove ſolo nui patroni con alcuni intraſſemo ne la rocha, & andando a la Chieſa dove era queſta ſancta reliquia fò averta la chaſſa, e tolta fuora. Tolſela in man uno Papa Greco e parve-

put aliquibus traditum fuit, adeo immobile inventum eſt, ut cum nullo modo elevari potuerit, manifeſto declaraverit, ſe in eo loco aſſervari velle; eapropter dixerat, *ſi Divo placitum fuerit*, quia ſperabat etiam nunc id eventurum fore, quod alias acciderat. Multa quoque dixit, quæ ſilentio prætereo. Quum igitur diu de hac re verba facta fuiſſent, ut res exitu comprobaretur, ad oppidum, quod quatuor fere milliaribus a mari diſtabat, accedere decrevimus. Itaque unaquæque Triremis aureum expoſuit vexillum, & tybicines, & centum ferme homines miſit, ut magno apparatu ſacrum caput reciperetur, eamque militum aciem ducebant quatuor ex Triremium Præfectis Dominus Nicolaus Longo, Dominus Hermolaus Minio, Ego Hieronymus Valareſſio, & Dominus Franciſcus de Molino comitantibus Triremium Præfecto, quem *Ammiraglio* vocant, Cancellario, & Presbytero, quo quidem pulcro ordine ad oppidum pervenerunt. Soli autem Triremium Præfecti paucis comitantibus arcem intraverunt, & ad Eccleſiam ſe contulerunt, in qua Sacra Reliquia aſſervabatur; quæ e loculo per Græcum Presbyterum

veli levarla molto leziera, che altre volte ſi moſtrò cuſſi grevoſa, di la qual coſſa eſtimeno eſſer juditio e voluntà divina ſi feſſe tal translation avegna che ne rimanivano molto diſconſolati. E uſido fuora de la rocha tegniva la teſta in mano, e i patroni, e chapelani apruovoli. Or per el populo e femene di la terra veduto che queſta ſancta teſta ſi portava ſo fato gran rumori cridi, e pianti molti. Edeſeſo un puocho verſo la ſuo piaza tuti vegnivano per baſarla ſi quelli di la terra come di le galie. Vezando nui patroni el grande rumore e confuſion non volendo patir foſſe ſcandolo in quel vegnir a baſar. Se ſlargaſeno con el prete e continue ſtando ſu i muri le femene e populo grandi, e menudi cridando, e pianzendo dicea pietoſamente. Li parea perder l'Iſola per la devution gli aveano. E nui deſtramente vegniſſemo verſo la marina uſando in tuto ogni cautela e diligentia che non foſſemo fraudadi eſſendone cambiada dubitando anche in quella furia non foſſe toltane. Portala fin li i preti grieſi i qual diceano vere mai non la portarono con tanta facilità che parea lie ſi moveſſe andar volentieri. Vegnudi a la marina

rum extracta, adeo levis extitit, ut (cum alias graviſſimi ponderis inventa fuiſſet) ex hoc manifeſto agnoſcerent, Divinæ eſſe diſpoſitionis, quod ſacrum caput Venetias deduceretur, quæ res tamen cives in triſtitiam adduxit. Presbyter itaque ex arce egreſſus caput manu deferebat comitantibus Præfectis, & Sacerdotibus; quod cum civibus innotuiſſet, ſacrumque caput e loco abduci viderent in ploratus, clamores, & ululatus eruperunt; cumque ad plateam deventum eſſet, omnes certatim tum ex oppido, tum ex triremibus conabantur ſacro pignori oſcula delibare. Nos autem ingentem concitationem agnoſcentes, ne ex populo ad oſculum ſacri capitis advenientes ſcandala otirentur, diſceſſimus inde cum presbytero, populus vero cujuſcumque ætatis & ſexus ſacram Reliquiam gemitibus, & clamoribus comitabantur, atque ob devotionem, qua illam proſequebantur, Inſulæ ruinas inſtare metuebant. Nos autem caute ad mare devenimus, omni diligentia attendentes ne tali theſauro, ſeu violenter ex populi tumultu, ſeu doloſe ex ſuppoſitione alterius capitis fraudaremur. Presbyteri autem Græci, qui ſacrum caput deferebant,

na miſ. lo Chapetanio con el reſto di le zente veneno contra e con gran gaudio e feſta la meteſſeno in la galia de miſ. lo Chapetanio, e adi 12. dil dito meſe hore 6. avanti zorno partiſſemo e con boni e proſperi tempi con la benedition de Dio, e di miſ. Zan Zorzi adi 13. Decembre da matina con le 8. galie antedite zonzeſſemo a Venieſia, dove andaſſeno con le galie al Monaſterio, e lì per prima coſſa avanti el chapetanio ſe andaſſe a preſentar a la Signoria, como è uſanza meſſo ſcala in terra e ſo apreſentando per miſ. lo chapetanio la dicta ſancta teſta de miſ. San Zorzi in dita Chieſa la qual nel chamin noſtro, per tuti luogi ſo molto honorada e viſta con grande alegrezza. Per i monaci del dito Monaſterio ſo moſtra gran gaudio regratiando, e laudando miſ. Domenedio di tanto dono. Venero tuti in preciſion contro li a la riva, & aſeſo il ſuperior ſuo in galia la portò in terra, e cuſſi la portorno in Chieſa al Altar Mazor, & quel zorno poi Veſpero feceno ſolempne preceſſion, al qual ſi trova alcuni prelati, e Veſcovi e di principal zentilhomeni di la terra, & altre perſone vegnudi con devution provo-

bant, teſtari coacti ſunt, nunquam illud tam levis ponderis inveniſſe, ita ut ſua ſponte moveri videretur. Cum igitur ad mare perveniſſemus, Dominus Dux cum cæteris obviaverunt nobis, ſacrumque pignus magna cum lætitia, & ſolemnitate in Trireme Ducis conditum fuit, atque deinde die XII. ejusdem menſis media ferme nocte diſceſſimus, atque faventibus ventis, Dei, & Divi Georgii benedictione ducti die XIII. Decembris Venetias adventavimus. Triremes, antequam Dux Claſſis ſeſe coram Dominio, juxta morem, ſiſteret, ad Sancti Georgii Monaſterii ripam appulerunt, Duxque ipſe Claſſis in Eccleſia S. Georgii ipſius Divi caput obtulit, quod ubique in itinere magno populorum gaudio exceptum, excultumque fuerat. Illud vero Monachi ipſius Cœnobii excipientes, magno gaudio repleti Dominum Deum de tanto munere laudaverunt. Supplicatione ſtatim indicta ſacræ Reliquiæ ad ripam usque obviaverunt, cumque eorum Superior Triremem aſcendiſſet, eam ad terram detulit, atque hoc modo ad Eccleſiam deductam, ſuper aram Principem collocaverunt, ipſaque deinde die poſt Veſperas ſolemnem ordinaverunt ſup-

vocati da letitia di tanta gratia, e cuſſi cantando canti, e hymni, e facendo ſolempne officio quel zorno el altro ſequente laudando e glorificando la bontà di miſ. Domenedio e dignation de eſſo miſ. San Zorzi che a eleto requieſcere le ſuo principal reliquie in queſto ſuo tempio. Poi paſſando alguni zorni lano colocata honorevolmente in mezo di laltar mazor ſoto dove ſtà el Sacramento. Dove ſe tien con gran reverentia, e ſi richieſta a veder da foreſtieri e peregrini capitano in queſta terra con gran devution. Per tal translation dunque con dei beneditione ſera augmenta la devucion a miſ. San Zorzi venerandoſſe la ſua ſancta teſta, la qual con un brazo requieſce in queſto ſancto tempio di San Zorzi Mazor. El zorno de la translation ſoa e adi 13. Decembre zioe el zorno di S. Lucia. A laude del Omnipotente Dio a chi è honor e gloria in ſecula ſeculorum Amen.

ſupplicationem, cui interfuerunt nonnulli Prælati, & Epiſcopi, atque aliqui ex primoribus Venetæ Nobilitatis, aliique multi, qui devotionis intuitu pro tanti muneris lætitia illuc advenerant. Pſalmos itaque, & hymnos canentes, ſolemneque officium illa die, & inſequenti pariter agentes, Dominum laudaverunt, ipſius miſericordiam, & Divi Georgii benignitatem extollentes, qui digniorem ex ſuis Reliquiis in hoc Templo *requieſcere* elegerat. Tranſactis deinde aliquibus diebus ſacrum caput ad Altare majus ſub SS. Euchariſtiæ tabernaculo repoſuerunt. Eo in loco reverenter aſſervatur, atque advenis & peregrinis illud videre, & venerari poſcentibus magna devotione oſtenditur. Hujuſce igitur Translationis cauſa, Deo benedicente, devotio erga D. Georgium augetur, cujus Sanctum caput, & venerabile brachium in hoc ſacro Templo S. Georgii Majoris requieſcunt, & coluntur. Translatum fuit die XIII. Dec. Divæ Luciæ ſacra. Ad laudem Omnipotentis Dei, cui eſt honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Poſt hæc Abbas, & Monaſterium S. Georgii Majoris in grati animi teſtimonium centum argenteos, vulgo Ducatos, ob-

tulerunt in munitionibus Æginæ inſumendos, quibus & alios centum adjecit Venetus Senatus ad id munimenti opus expendendos (YY).

Circa hæc tempora Pius Papa II. Donatum Monachum, quem ſuum Capellanum appellat, Venetias miſit, ut bona ab Iſidoro Cardinali Rutheno huic Monaſterio depoſiti titulo commendata reciperet. Extant in Archivo autographæ ipſius Pontificis epiſtolæ anno MCCCCLXIII. die III. Maii Theophilo Abbati miſſæ (ZZ).

Duobus a celebri Translatione elapſis annis, ſcilicet anno Chriſti MCCCCLXIV. die XII. Maii Senatus Venetus, ut antiqua hujus Monaſterii jura, quantum licebat, ab exterorum uſurpatione vindicaret, Gubernatrici Ægeopelagi Ducales Chriſtophori Mauri epiſtolas dedit, ut Eccleſiam quamdam nomine Pantiphoti in Naxi inſula poſitam, de jure hujuſce Monaſterii, quam injuſte poſſidebat Epiſcopus Smirnenſis, ipſi Monaſterio, ad quod pertinebat, reſtitui curaret (A 3).

X. Cyprianus Renaldinus II. vice anno 1467. Hic Veneto Senatui id expoſcenti Vineam muro circumdatam tradidit, ut in ea Læmocomium (Venetis *Lazaretto Novo*) pro peſte vulneratis extrueretur. Obiit Patavii die 22. Januarii Anno 1470.

XI. Bernardus anno 1471. cui cedenti, vel decedenti eodem anno ſucceſſor datus eſt.

XII. Theophilus Beaqui II. vice. Ejus tempore Bibliotheca inſignis in hoc Monaſterio extructa fuit a Mediceis Nobilibus Florentinis, præclarum opus curante, juvanteque Joanne Lanfredino Urſino, quam nobiliſſimæ Mediceæ gentis liberalitatem teſtantur Monaſterii regeſta. Licet tamen ædificium illud ab Aloyſio Zuffo Abbate anno 1614. dejectum, ſoloque æquatum fuerit, ut magnifica Clauſtri Majoris ædificatio ſibere perficeretur, tamen ad rei monumentum extant adhuc ad ingreſſum clauſtri veteris Bibliothecæ valvæ, quibus inſerta viſuntur Mediceæ gentis inſignia. Muneris magnitudinem, ut aliquo grati animi teſtimonio Monachi proſequerentur, hanc loco a Mediceis erecto epigraphen affigi mandarunt.

„ Societati Mediceæ apud Deum Fratres, & ſtudioſi omnes
„ linguis, animisque favere tenemur, quod ſua impenſa lo-
„ cum

„ cum Bibliothecæ omni cultu & ornatu, Joanne Lanfredino
„ Socio, faciundum curavit.

XIII. Ludovicus Pedemontanus anno 1473.

XIV. Bernardus 1478. fortaſſe, qui & ſuperius enuntiatur numero XI. ad annum 1471. Brevi vel obiit, vel alibi translatus fuit.

XV. Antonius Maurus Venetus 1479. Hoc anno Joannes Barbo, qui *Monaſterium S. Mariæ de Pyro Ordinis S. Benedicti Tarviſinæ Diœceſis diſpenſatione Apoſtolica in commendam* obtinebat, in Sixti IV. manibus ſponte illud renuntiavit, quod deinde Pontifex Congregationi S. Juſtinæ de Padua authoritate Apoſtolica adjecit, (Abbatia ipſa Veneto deinde S. Georgii Monaſterio, ut mox dicemus, unita fuit) reſervata tamen Joanni olim Abbati Commendatario annua penſione ab ipſo, quoad viveret, exigenda, quam Apoſtolico diplomate confirmavit Sixtus Pontifex, die VII. Febr. anno MCCCCLXXIX. (B 3).

XVI. Bernardus de Placentia anno 1484. de quo in Bibliot. Caſſin.

XVII. Antonius fortaſſe idem cum ſupradicto, qui notatus fuit num. XV.

XVIII. Celſus Veronenſis eximiæ pietatis vir.

XIX. Joannes Cornelius Venetus, cui Nobilis Matrona uxor quond. Petri Canalis portionem Ligni SS. Crucis tradidit in hac Eccleſia excolendam. Tranſlationem venerandi theſauri ex antiqua ſcheda deprompſimus in Archivo aſſervata, quam Monachus quidam, qui translationi præſens interfuit, exaravit. Eam inter documenta retulimus ſignatam (C 3). Quoniam vero ſacratiſſimi Ligni Dominicæ Crucis mentionem fecimus, notandum hoc loco cenſeo, tres ejuſdem vivificæ Crucis portiones in hac Eccleſia coli, eam nempe, quam nuper retulimus, alteram quam Petrus Monachus Conſtantinopoli, ſimul cum Protomartyris corpore adduxit; tertiam denique, quam Nobilis Vir Nicolaus Michaelius in Regno Cypri, ubi Conſiliarii munus agebat, obtinuit anno 1518. ejus vero filius Alexander ex paterna hæreditate ſuſceptam Monaſterio huic dono dedit anno 1553.

XX. Leonardus Vicentinus anno 1492. cujus opera & ſolli-

citudine Generalia Congregationis Comitia Mantuæ congregata *Abbatem Monaſterii S. Georgii Majoris de Venetiis una cum Conventu ſuo in gubernatorem, & adminiſtratorem Abbatiæ* S. Mariæ de Pyro pleno jure, perpetuoque tempore conſtituerunt die XI. Maii anno MCCCCLXXXXIII. (D 3)

XXI. Joannes Cornelius II. vice anno 1496.

XXII. Zacharias Patavinus anno 1501.

XXIII. Joannes Cornelius III. vice anno 1503. quo anno Congregatio, quæ ex Patavino Cœnobio, in quo reformatio incœperat, *S. Juſtinæ* vocabatur, mutato titulo, nuncupari cœpit Congregatio Caſſinenſis, eo quia Monaſterium Caſſinenſe a Paulo II. Congregationi unitum ex Pontificis Decreto ob reverentiam SS. Patriarchæ Benedicti Caput Congregationis ejusdem inſtitutum fuit.

XXIV. Benedictus de Marinis Nobilis Venetus anno 1507.

XXV. Joannes Antonius Piſauro Nobilis Venetus anno 1513.

XXVI. Hieronymus Spinula Genuenſis anno 1514.

XXVII. Benedictus de Marinis II. vice anno 1516.

XXVIII. Hieronymus Brixienſis anno 1521.

XXIX. Proſper Faventinus anno 1522.

XXX. Andreas Gabriel Venetus anno 1525. marmoream ſcalam magnifico opere extrui mandavit.

XXXI. Joannes Maria Cremenſis anno 1528. Obiit in munere menſe Februarii anno 1531.

XXXII. Theophilus Mediolanenſis anno 1531.

XXXIII. Gregorius Corneſius Mutinenſis anno 1532. Tranſiit deinde ad Abbatiam Montis Caſſini, quam dum optime adminiſtraret a Paulo III. anno 1542. inter S.R.E. Presbyteros Cardinales tit. S. Ciriaci cooptatus fuit.

XXXIV. Baſilius de Mantua anno 1537.

XXXV. Jacobus Mediolanenſis anno 1542.

XXXVI. Stephanus de Novaria anno 1547. Os Brachii S. Hilarionis a Monialibus S. Catharinæ recepit, quod ex Regno Cypri detulerat jam ſupralaudatus Nicolaus Michaelis, dum in ea Inſula Conſiliarii dignitatem obtineret, & a Rectore Monaſterii ipſius Sancti Hilarionis acceperat. Rem addiſcimus ex ſecuritatis pagina, quam in accepti ſacri pignoris

ris teſtimonium Stephanus Abbas Monialibus prædictis tradidis.

Jeſus adi 22. *Zugno* 1548.

Io Don Stephano Abbate del Monaſterio di Sancto Zorzi Mazor de Venetia confeſſo haver receputo una reliquia del Brazo di Sancto Hylarion Abbate da la Rev. Madre ſor Auguſtina Contarina digniſſima priora, & Monacha dil Monaſterio di madona Sancta Chatarina di Venetia, la quale madre hebeno ditta reliquia in depoſito dal condam magnifico miſ. Nicholo Michel doctor del anno 1518. adi 17. Febraro, la qual reliquia eſſo magnifico miſ. Nicholo la porto de Cypro dove lui la habe dal Superiore del loco del ditto Sancto Hylarion eſſendo conſiglier del ditto regno de Cypro, la qual reliquia mi fo conſignata per le prefate Rev. Monache preſente el magnifico miſ. Franceſco Michel che fo del prefato magnifico miſ. Nicholo ſi de volunta ſua como de li magnifici miſ. Anzolo & Alexandro ſui fratelli, & habbii etiam el recever che ditte madre fecer al ditto magnifico miſ. Nicholo a quello tempo. Et queſto per chiarezza

Jeſus die 22. *Junii Anno* 1458.

Ego Domnus Stephanus Abbas Monaſterii Sancti Georgii Majoris Venetiarum fidem facio, me accepiſſe Reliquiam ex Brachio Sancti Hilarionis Abbatis, a Rev. Matre Sorore Auguſtina Contarena Prioriſſa per quam digna, & a Monialibus Dominæ Sanctæ Catharinæ Venetiarum, quæ prædictam Reliquiam in depoſitum habuerunt a quondam magnifico Domino Nicolao Michaele Doctore ann. 1518. die 17. Februarii. Hanc Reliquiam idem Magnificus Nicolaus Cipro avexit, ubi eandem obtinuit a Superiore Loci ejuſdem Sancti Hilarionis, dum eſſet Conſiliarius Regni Cypri. Eam mihi tradiderunt prædictæ Reverendæ Moniales coram magnifico Domino Franciſco Michaele magnifici Nicolai Filio, qui adfuit ſuo & ſuorum Fratrum Angeli, & Alexandri nomine. Habui etiam acceptionis chartam, quam prædictæ Moniales dederant, tunc temporis ſuperius memorato magnifico Nicolao. Et hoc ad majorem Reli-

za de la ditta reliquia la qual cum la gratia del Signor ſe promette de collocarla nel Monaſterio di Sanſto Zorzi Mazor cum quella debita reverentia, che ſi richiede. Et in fede de queſto Jo D. Stephano ſupraſcripto le ho fatto lò preſente ſcritto per ſua caution de mano propria adi & milleſimo ſupraſcripto.

liquiæ authenticitatem, quam Deo favente promitto me locaturum in Monaſterio Sancti Georgii Majoris cum ea debita reverentia, qua par eſt. In quorum fidem ego Domnus Stephanus, qui ſupra, hæc ad cautionem earum ſcripſi manu propria die & anno ſuperius enunciatis.

XXXVII. Hieronymus Scroquetus Placentinus anno 1552.
XXXVIII. Stephanus de Novaria II. vice anno 1554.
XXXIX. Innocentius de Novaria anno 1555.

XL. Hieronymus Scroquetus II. vice anno 1559. Cœnaculum ſeu Refectorium majus miræ pulcritudinis ædificari curavit, in quo celeberrima viſitur Pauli Calliarii tabula Chriſtum Dominum exhibens ad nuptias Canæ Galilææ aquas in vinum prodigioſe mutantem.

XLI. Andreas Pampurus Aſulanus anno 1564. ſub cujus regimine Magnifici Templi fundamenta jacta ſunt, quod deinde ad Archetypum Palladii per annos circiter L. elaboratum, tandem ornatiſſime prodiit. Quoniam vero hujuſce auguſti Templi prima hic mentio occurrit, non abs re erit Picturas, quibus ornatur, hic recenſere, pretioſiora enim ornamenta, quæ ſunt Sanctorum Reliquiæ, ſuis locis opportune retulimus, & referemus. Introeuntibus igitur Eccleſiam primum ſe ſe offert a parte dextera Altare Chriſto naſcenti ſacrum, in cujus tabula Dominicam Nativitatem laudabiliter expreſſit Jacobus Baſſanus. Proxima adhæret Chriſti Redemptoris ara, in qua venerandum illud, de quo ſuperius egimus, ſimulacrum viſitur. In ſequentis aræ tabula Crucifixorum in monte Ararath paſſionem repræſentavit Tinctoretus, qui Sanctum Benedictum alioſque Divos ſuæ religionis alumnos ad vicinam aram pariter depixit. Deiparam, Sanctoſque Dei Apoſtolos Petrum, & Paulum Sebaſtianus Riccius,

cius, Chriſtum reſurgentem, & Divi Stephani paſſionem ſupralaudatus Tinctoretus, ad ipſorum aras repræſentarunt. Divus Georgius Titularis, equo inſidens, Matthæi Ponzonii opus eſt, Divam vero Luciam irrito labore ad lupanar ductam Leander Baſſanus ad ipſius aram exhibuit.

Septem ſimulacra, quibus ara princeps ornatur, ex ære conflavit Hieronymus Campagna, qui & lapideum Deiparæ ſimulacrum ad ipſius aram exſculpſit.

Chriſtum Salvatorem in ſupremæ cœnæ nocte panem Euchariſticum inter Apoſtolos dividentem, & populum Hebræorum Manna in deſerto colligentem repræſentant tabulæ ad utrumque Sacelli Majoris parietem appenſæ ſæpelaudati Jacobi Tinctoreti opera. Pictor hic celeberrimus Chriſtum e Cruce depoſitum in tabula ejus Sacelli, quod defunctorum nuncupatur, expreſſit.

De Templi & Altarium conſecratione ſuo loco aliquid efferendum.

XLII. Bernardus Jadertinus anno 1568.

XLIII. Simplicianus Quadrius Telinenſis anno 1569. qui Tridentinæ Synodo vir doctiſſimus interfuit.

XLIV. Joannes de Ripa Tridentinus anno 1570. cujus tempore Pinnaculum magnum Templi perfectum fuit.

XLV. Julianus de Carreriis Placentinus anno 1575.

XLVI. Paulus Orio Patritius Venetus anno 1579. Clauſtri partem ad Auſtrum poſitam perfecit. Eo potiſſimum adnitente ſacrum Divi Stephani Protomartyris corpus, quod ab 1110. in veteri Eccleſia quieſcebat, ad novum Templum deducitur die XV. Auguſti anno MDLXXXI. Solemni translationi interfuerunt Nicolaus a Ponte Dux Venetiarum Collegio comitante, atque Joannes Triviſano Patriarcha Venetiarum, in cujus rei perenne documentum numiſma æreum cuſum fuit, cujus exemplar exhibuimus Operis hujus Tom. V. poſt præfationem. Rei peractæ ſeries fuſius innoteſcit ex documentis mox afferendis, quæ connotantur (E 3). Adnectimus Translationes Corporum Sancti Eutychii, & Sanctorum Coſmæ, & Damiani, atque Oſſis Sancti Pantaleonis, ſeu verius Sancti Platonis Martyris, quorum illa translata fuerunt de veteri ad novam Eccleſiam die VI.

Apri-

Aprilis anno MDLXXXXIII. hoc autem die XX. Decembris anno MDCX.

XLVII. Celſus de Guillielmis Veronenſis anno 1584.

XLVIII. Paulus Orius II. vice anno 1589. Obiit vir benemeritus die 22. Septembris anno 1591. cum & univerſam Congregationem Caſſinenſem Præſes Generalis adminiſtraret.

IL. Michael Alabardus Venetus anno 1591. Divini cultus ſtudioſiſſimus, & admiranda in pauperes charitate eximius, anno primo ſui regiminis frumenti caritate notando pauperes plurimos, atque eos inter Capuccinorum familiam Monaſterii frugibus diu aluit, cujus miſericordiæ grandem adeo mercedem rependit Deus, ut in univerſali rerum omnium egeſtate, Chorum nuceis ſedibus inſtruere, æneas aræ majoris ſtatuas erigere, picturis, & argentea ſuppellectile Eccleſiam ornare, pavimentum ex albis rubriſque marmoribus inſternere, & lapides quoque ad erigendum Eccleſiæ exterioris proſpectum præparare potuerit. Os inſigne S. Gerardi Sagredo III. ut diximus, hujuſce Monaſterii Abbatis, ex Antonii Grimani Epiſcopi Torcellani munere accepit anno 1593. quod in elaborato argenteo vaſe collocavit. Sacellum quoque Divo Paulo Martyri dedicatum, ac ſupra ipſum Aulam nocturno Chori uſui deſtinatam a fundamentis erexit, ſacrarium ornatiſſimis armariis inſtruxit, quæ divite, & copioſa ſuppellectile ad Divina myſteria peragenda replevit. Argentea ſex & duo ænea miræ pulchritudinis candelabra ad Eccleſiæ ornatum fieri mandavit. Hæc autem, quæ enuntiavimus, univerſa quinquennii tempore & ſtudio indefeſſo perfecit.

L. Seraphinus Fontana Mediolanenſis, anno 1596. Morbo correptus octavo ſui regiminis menſe, dum in patriam revertitur, obiit in itinere.

LI. Michael Alabardus II. vice eodem anno 1596. in Comitiis deinde Generalibus Prataleæ anno 1598. coactis Præſes Generalis electus, XV. a ſua electione die obiit ætatis ſuæ anno LVI. cujus corpus in hanc Divi Georgii Inſulam delatum, ibidem tumulatum fuit die V. Maii.

LII. Ambroſius Pupius Florentinus anno 1598. Anno uno rexit Præſes Generalis.

LIII. Jacobus S. Felicis Brixienſis Abbas anno 1599. Exteriorem Eccleſiæ proſpectum e marmoribus a Michaele Alabardo pridem paratis erigi juſſit. Obiit Abbas S. Nicolai de Littore anno 1604. die 27. Junii.

LIV. David Cataneus Patavinus anno 1604.

LV. Paulus de Albertis Venetus anno 1606. qui ſuſcepto vix regimine ex Capituli Generalis Decreto Abbas S. Nicolai de Littore inſtituitur.

LVI. Dominicus Perotius ex Oppido Coloniæ (*Cologna*) anno 1607. Ejus ſtudio Eccleſia conſecrata fuit a Franciſco Vendrameno Patriarcha Venetiarum, quarta menſis Januarii Dominica anno MDCX. ut notat epigraphe in rei perenne documentum exſculpta.

„ Pro vetere illo, quod annis ab Incar. D. C. a Veneto
„ Senatu Colendum acceperant D. Benedicti Monachi, novum
„ hoc celebre Templum ad Paladii archetypum mira pietate
„ addidere. Franciſcus Vendramenus Urbis Patriarcha dica-
„ vit. Quarta menſis Januarii Dominica, quæ quotannis ce-
„ lebris erit. Dominico Peroſio Abbate, ac Generali Præſide
„ curante MDCX. Leonardo Donato Duce.

Alia quoque epigraphe exteriori Templi proſpectui inciſa notantur reædificati, ornatique Templi tempora.

D. O. M.

„ Sacrum Georgii ac Stephani Prothom. tutela Monacho-
„ rum ære MDLVI. a fundamentis cœptum adjecta fronte ab-
„ ſolutum, anno humanæ reparationis MDCX. Leonard. Don.
„ Principe.

Altaria pridem conſecrata fuerunt, ut ex Directorio, quo Monachi utuntur ad Divina peragenda, innoteſcit.

Anno 1596. die v. Martii Altaria B. M. V. S. Georgii Titularis, atque S. Luciæ V. M.

Die VII. ejuſdem Menſis Altaria SS. Crucifixi, S. Jacobi Apoſtoli, ſeu Nativitatis Dominicæ, & SS. Coſmæ & Damiani, ſeu Martyrum Crucifixorum.

Die VIII. ejuſdem pariter menſis Altare S. Patris Benedicti.

Die XV. ipſius menſis Altare S. Stephani Protomartyris.

Die XI. Junii Altaria S. Pauli M. & S. Scholaſticæ V. extra Eccleſiam erecta.

LVII. Aloyſius Zuffius Patavinus maximam Clauſtri partem, ampliſſimamque Bibliothecam Monachorum ſtudiis ædificari & aptari mandavit.

Anno 1617. ad Prataleæ Abbatiam translatus ibidem obiit.

LVIII. Petrus Aruntius ex Valle Telina anno 1617. Clauſtrum perfecit, & marmoreas ſtatuas exteriori Templi proſpectui addidit. Oſſa SS. Placidi & Sociorum ejus Martyrum e Sicilia huc delata accepit, ornatiſque thecis recluſit.

LIX. Paulus de Obolis Venetus anno 1622. Obiit VI. ſui regiminis menſe.

LX. Cornelius Giroldi, alias Morendelius, Venetus, anno 1622.

LXI. Joſeph Piſani Nob. Venetus anno 1627.

LXII. Sylvius Stella Brixienſis anno 1629.

LXIII. Petrus Aruntius II. vice anno 1630.

LXIV. Modeſtus Sancta Crux Patavinus anno 1631.

LXV. Hieronymus Spinelli Patavinus anno 1632.

LXVI. Cornelius Giroldi, iterum II. vice anno 1633. cui Hieremias Græcus Archiepiſcopus Dyrrachienſis die XII. Decembris anno MDCXXXIV. parvum os obtulit, quod aſſeruit eſſe S. Joannis Baptiſtæ præcurſoris Domini (F 3). Ex quas hactenus enuntiavimus Reliquiæ ex noto loco, certoque tempore deductæ fuerunt; iis aliquas inſigniores ex illis, quibus affluit Eccleſia, hic adjiciendas puto, quarum donator, & donationis tempus ignorantur, quæ ſunt Spina Coronæ D. N. J. C. & Oſſa aliqua SS. Innocentium.

LXVII. Horatius Barbiſonus Brixienſis anno 1637.

LXVIII. Aloyſius Squadronus Venetus anno 1641.

LXIX. Marcus Rota Venetus anno 1646.

LXX. Aloyſius Squadronus iterum anno 1651.

LXXI. Marcus Antonius Barberius Opiterginus anno 1655.

LXXII. Cirillus Martinellus Venetus anno 1657.

LXXIII. Theodorus Schillinus Brixienſis anno 1660.

LXXIV. Cornelius Codaminus Venetus anno 1662.

LXXV. Franciſcus Superchius Venetus anno 1667.

LXXVI. Joannes Rettanus Venetus anno 1671.

LXXVII. Petrus Sagredo Venetus anno 1676.

LXXVIII. Joannes Rettanus iterum anno 1683.

LXXIX. Aloyſius Ghedinus Venetus anno 1688. Obiit primo initæ dignitatis menſe.

LXXX.

LXXX. Auguſtinus Manoleſſius Venetus anno 1688.
LXXXI. Joannes Rettanus III. vice anno 1695.
LXXXII. Cletus Caſpius Venetus anno 1702.
LXXXIII. Joannes Rettanus IV. vice anno 1708.
LXXXIV. Cletus Caſpius iterum anno 1714.
LXXXV. Fortunatus Balleonius Venetus anno 1719.
LXXXVI. Bernardus de Franciſcis Venetus anno 1720.
LXXXVII. Leopoldus Capello Venetus anno 1726. Ex S. C. decreto particulam brachii S. Luciæ V. M. Angelo Mariæ Cardinali Quirino anno MDCCXXVIII. die XIII. Maii tradidit, quam Reipublicæ nomine Summo Pontifici Benedicto XIII. ipſe Cardinalis offerret. (G 3)
LXXXVIII. Bonaventura de Finardis Bergomenſis anno 1731.
LXXXIX. Auguſtinus de Blanchis Venetus anno 1733.
XC. Veremundus Muſitelli Venetus anno 1735.
XCI. Leopoldus Capello iterum 1740.
XCII. Petrus Civrano Patritius Venetus anno 1747.

Magnifici hujus Templi, & ampliſſimi Cœnobii enarratione perfecta, nihil, quod ſciam, (rebus parvi momenti rejectis) adhuc remanet, niſi ut illuſtrium virorum, qui ibidem emortualem requiem invenerunt memoriæ recolantur. Tribuni Memmii, Sebaſtiani & Petri ex Ziana Familia, & Dominici Michaelis Ducum Venetorum elogia retulimus, reliquum modo eſt Leonardi Donati, & Marci Antonii Memmii pariter Venetorum Principum epigraphes ipſorum monumentis inciſas exhibere.

„ Leonardi Donàti Venetiarum Principis oſſa ejus juſſu hic „ condita ſunt, totius vitæ ſuæ curſu ſumma animi inte- „ gritate, continuiſque laboribus pro patria tranſactis. Nihil „ unquam charius habuit, quam Patriæ libertatem, Reique „ publicæ decorem, & commodum. Vixit annos 76. menſes „ quinque, obiit Anno Domini 1612. ſui Ducatus Anno 6. „ Menſes 6.

„ Marco Antonio Memo in regendis populis ſingulari, „ ſumma Urbis, & Orbis lætitia ad Ducatum Venetiarum „ evecto. Petrus, & Marcus Antonius ex Tribuno Memo „ pronepotes Patruo Magno faciendum curarunt. Vixit An- „ nos 74. in Ducatu tres. Obiit die XXIX. Octobris Anno „ Domini 1615.

Vincentii quoque Mauroceni D. M. Procuratoris, & Dominici Bollani Senatoris elogia haud prætermittenda cenſeo, quorum ille Altare Chriſti reſurgentis, iſte vero Altare Apoſtolorum extrui mandavit.

„ Vincentio Mauroceno Equiti, S. Marci Procuratoris gra-
„ dum factis, conſiliiſque præclaris adepto graviſſimis Rei-
„ publicæ temporibus Proviſoris Generalis munere in tuen-
„ da ora maritima fortiſſime uſo, oratoris dignitate apud Gre-
„ gorium XIII. & ampliſſimis aliis honoribus magnificentiſſi-
„ ſime functo paterna pietate longe præſtantiſſimo Andream
„ F. L. D. & mirificæ indolis adoleſcentem ſummo cum om-
„ nium dolore peregre redeundo Byzantio mortuum eodem
„ hoc tumulo condendum curavit. Pii in parentum filii M. P.
„ vixit annos 77. Martii Kalendis deceſſit Anno MDLXXXVIII.

„ Dominico Bollano Senatori graviſſimo Brixianam pætu-
„ ram difficillimis temporibus gerenti ab ea ad ejuſdem Ci-
„ vitatis Epiſcopatum divinitus vocato, viginti, & amplius
„ annis in ejus adminiſtratione ſingulari vigilantia, & ſan-
„ ctitate conſumptis illius oſſibus Brixiæ conditis hoc in Pa-
„ tria monumentum, quod poſteri ſequantur Antonius & Vin-
„ centius Jacobi Fratris filii pie poſuerunt; deceſſit anno Do-
„ mini 1579. Pridie Idus Auguſti annos natus 65. menſes 6.
„ dies 2.

In atrio prope eam januam, quæ ad Sacrarium ducit, marmoreum ſimulacrum viſitur, lapideo pariter monumento impoſitum, quod ut ex antiqua traditione receptum eſt, Petrum Civranum primum in Regno Cretæ Ducem repræſentat.

Extra portam Chori, quæ ad Sacellum Divi Pauli Martyris ducit, quieſcit corpus Petri Monachi & Prioris, qui corpus Protomartyris Stephani Byzantio Venetias adduxit. Vir ſpectatæ pietatis poſt adductas ad hanc Eccleſiam ſacras exuvias, piiſſime in hoc Cœnobio vixit, in quo etiam octogenarius obiit: Ejus Oſſa in capſa ferrea ſervata hominemque proceræ ſtaturæ connotantia ſe vidiſſe teſtatus eſt Cl. Vir Fortunatus Ulmus Abbas.

In-

Judices Publicorum videntes donationem Tribuni Memmi Ducis factam Johanni Mauroceno Monacho, & alia documenta, judicant paludes, & aquas cohærentes Monaſterio S. Georgii Majoris, eſſe de jure dicti Monaſterii.

A. 982. 20. Decembris Donatio Ducis Memmi.

1289. 23. Septembris Sententia Judicum.

Ex Codice Publicorum.

IN Chriſti Nomine amen. Cum nos Marinus belligno, & Marcus Venerio de mandato Illuſtriſs. Domini Noſtri Johanis Dandullo Dei gratia Veneciarum Dalmaciæ atque Chrovacie Incliti Ducis & communis Venetiarum Judices & officialles conſtituti ad inquirendum inveniendum & recuperandum omnia ac univerſa publica communis Venetiarum; videlicet a grado usque ad caput aggeris, & ea publica per racionem, per juſtitiam, per laudum per arbitrium ſecundum quod nobis melius & juſtius apparebit per diffinitivam ſententiam terminandum. Cum pluries per Marinum precacinum preconem noſtrum de mandato iſti Domini Ducis & ordinacione noſtrorum in hoc officio predeceſſorum juxta capitulatis noſtri officii continendiam & tenorem Cridarum & citatum foret publice in locis conſuetis univerſas perſonas tam Eccleſiaſticas quam ſeculares, habentes ſeu affictantes aut modo quolibet alio detinentes in confinio ſeu diſtrictu Venetiarum & Epiſcopatus ac diocesis caſtell. terras, aquas, paludes & canedos deberent certis terminis & diebus cum omnibus ſuis cartis & inſtrumentis juribus, & racionibus coram eorum preſentia comparere. Tandem Religioſus & Rev. Dominus Frater Marcus boltani Dei gratia Abbas Monaſterii & loci S. Georgii Majoris, nomine & vice ejusdem Monaſterii loci & Conventus, comparuit perſonaliter coram nobis dicens & proponens ſe & dictum ſuum Monaſterium & Conventus, habere, tenere, & poſſidere, & ſuam eſſe quamdam aquam & paludem, que eſt penes & juxta dictum Monaſterium usque ad canalem orfanum. Cujus aque & paludis hii ſunt confines. Videlicet ab uno capite firmat in dicto Monaſterio. Ab alio capite in dicto canale orphano & ab uno latere firmat in quodam canale per exiente de dicto canale orphano, & veniente in canale S. Marci usque ad angulum dicti Monaſterii. Et ab alio latere per totum firmat in comenzaria per quam itur clugiam ſive ad S. Clementem. Videlicet a dicto Monaſterio usque ad jam dictum canalem Orphanum producens ſuper hoc quoddam privilegii conceſſionis aut offercionis inſtrumentum, manu Jeremie presb. & Not. confectum, cujus tenor talis eſt. In nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Anno ab Incarnatione ejusdem Redempt... noſtri nongenteſimo octuageſimo ſecundo Imperantibus Dominis noſtris Vaſſilio & Conſtantino Fratribus filiis Romani Magiſtri magnis & pacificis imperatoribus. Anno autem Imperii eorumque poſt obitum Johanis cimiſchi undecimo menſis Decemb. die 20. Indic. XI. Rivoalti. concionem inter cetera ſic. Quia tu Johanes Mauroceno Monachus religioni Chriſti traditus locum tibi aptum, & ceteris ſecutoribus Chriſti diu conſiderans petiſti tibi & poſteris Chriſto ſerviturus Monachis dari hoc eſt Eccleſiam B. Giorgii Martiris que ſemper fuit capella beati Marci, ſitulus, jus ſclicet noſtri palacii.

Ideo-

Ideoque nos Tribunus Divina gratia Dux Veneciarum, motus tuis precibus hortantibus & conſencientibus nobis. Videlicet Domino Vitale egregio Patriarcha (1) in ſimul cum Epiſcopis noſtris & cunctis primatibus ſeu & populo Veneciarum quorum manus optimorum partim ob firmitatis indicia ſubtus adſcripte ſunt aſſenſum peticioni tue cum ſucceſſoribus noſtris dam. Eamd. Eccleſiam perpetualiter fieri Monaſterium ad laudem Omnipotentis Dei & noſtre patrie tuicionem. Ita ut tu omnibus diebus vite tue Monachico more vivas catervam Chriſto ſervituram juſta diſcretione a Deo tibi traditam ibi poteſtative ordinare debeas ſine noſtra, vel ſucceſſorum noſtrorum aut cujuslibet contrarietate cum toto hedificio, libris, theſauro, & vinea ibi conjuncta & paludibus rebusque mobillibus & immobillibus ad eam pertinentibus. Quia equum eſt ut Chriſto famulari deſiderantibus libera in omnibus illi ſerviendi tribuatur facultas. Quicquid tu ibi dederis de tuis facultatibus, aut ſi tu eam melioraveris, nullus in vita vel poſt tranſitum tuum inde aliquid requirere preſſumat, ſet in Dominiò ejusdem Eccleſiæ quam deinceps Monaſterium perpetualiter manendi ordinamus, ſemper maneat ad ſuccedencium Fratrum ſubſidium. Verum minas moleſtias aut contrarietates nobis aut ſucceſſoribus noſtris tibi inſerentibus prefatum Monaſterium relinquere non debeas. Set eum poſſidere, tenere, meliorare, & ad cultum divinum provehere juſta regulam B. Benedicti debeas ſine noſtra aut ſucceſſorum noſtrorum vel aliorum hominum contrarietate ut dictum eſt. Poſt tuum vero tranſitum, poteſtatem inde dam. cum ſucceſſoribus noſtris Abbati qui ibi per tempora fuerit & ceteris Fratribus, ut eorum ſit Monaſterium per ſucceſſionem & conſuetudinem ſeu regulam ceterorum Monaſteriorum Dei. Verum quia Eccleſia fuerat pertinens ad Dominium Baſilice B. Marci que eſt Capella noſtri palacii & libera a ſervitute S. Matris Eccleſiæ volumus ut eadem libertate ſemper conſiſtat ut nullus Epiſcopus ſervitutis uſum requirere aut prandia preſumat, niſi tantum ut proviſorem decet rectitudinem illos tenere doceat & pabulum vite eterne miniſtret. Si quis hoc decretum quod ortacione & conſenſu predictorum principum & fidelium noſtrorum ob ſancte monialis vite regulam dilatandam corumpere voluerit anathematis pena multetur. Et inſuper conponat auri obrizi libras 20. medietatem in camera noſtri palacii, & medietatem in prefacto Dei Monaſterio. Et hec decreti & firmitatis noſtre carta omnibus profuturis temporibus maneat in ſua firmitate. Concedimus atque offerimus Deo Omnipotenti & in iſto Monaſterio B. Georgii pro commune omnium voluntate illum totum lacum junctum juſta vineam &c. ut in dicto privilegio ſeu conceſſionis & dactionis inſtrumento plenius continetur. Cujus quidem aque & paludis conceſſionis ſeu offercionis virtute. Idem & Fratres ejus nomine & vice ac Conventus & capituli dicti Monaſterii ſive loci defendebant & tenebant, & ſe deffendere & tenere opponebant predictam aquam & palludem poſitam & ſitam penes & juſta dictum Monaſterium ſuum, ſecundum quod ſuperius confiniata eſt, dicens, aſſerens & allegans nomine & vice dicti ſui Monaſterii capituli & Conventus dictum paludem & aquam eſſe ſuam, & ad ſe & dictum ſuum Monaſterium pertinere de jure, virtute conceſſionis ſeu offercionis prefacte, & quia dictam aquam ſive paludem tenuerant & poſſederant pacifice, & quiete, & ipſam aquam ſeu paludem affictaverat & ſictus ſive penſionem inde reciperat multo tempore jam elapſo abſque contradicione communis vel alterius perſone, oſtendens ſuper hoc quamdam locationem ſeu affictacionem ſcriptam manu Ricerii not. filii baſilii de plebe in 1262. Ind. v. die 10. exeunte

te

(1) Vitalis Petri Candiani Ducis Venetiarum filius Patriarcha Gradenſis loquitur.

te Marcio continens, quod Dominus Marcus Bollani Abbas dicti Monaſterii locavit Stephano montanario ſuas paludes, quas habet poſt ſuum Monaſterium ad voluntatem dicti Abbatis, videlicet a canale orfanum uſque ad comenzariam, que vadit ad S. Clementem reſpondendo 100. zevallos annuatim &c. ut in carta dicta affictacionis continetur. Item quoddam inſtrumentum affictacionis producit, ſeu locacionis confectum Marini S. Appollinaris presb. & not. 1267. menſis Junii die 10. exeunte Ind. x. Rivoalti hunc tenorem habens. Manifeſtum facio Ego Stephanus muntanarius de confinio S. Jeremie, Quia recepi cum meis heredibus ad fictum a vobis Domino Marco Bollani Abbate S. Georgii Majoris & veſtris ſucceſſoribus unam veſtram aquam que eſt retro dicti veſtri monaſterii cum omnibus ſuis pertinenciis amodo uſque ad 10. annos minus 28. dies, ſecundum quod mihi placuerit tam in die quam in nocte ſine & cujusque contradicione, ſecundum quod firmat unum ſuum capud in comenzaria S. Clementis, & aliud ſuum capud firmat in canale, qui vadit ad S. Helenam. Unum ſuum latus firmat in canale orphano. Et aliud ſuum latus firmat in canale qui diſcurit in pellago. Sciendum tamen eſt quod pro fictu ipſius aque in quolibet ipſorum decem annorum debeo per me vel per meum miſſum dare & deliberare vobis vel veſtro miſſo hic in Rivoalto omnî anno in menſe Auguſti vel citra cevallos 100. Et predictam aquam &c. ut in dicto inſtrumento continetur. Item produxit quoddam inſtrumentum locacionis manu Marci fini S. Paterniani presb. & Not. confectum in 1264. menſis Octobris die 12. intrante Ind. VIII. Rivoalti hunc habens tenorem. Poſt unius manifeſtacionis, conceſſionis, & tranſactionis cartam teſtatam & roboratam his ſupradictis annis menſe die & Ind. per quam vos Domine Marce bollani Dei gratia Abbas, & Conventus Monaſterii S. Georgii Majoris de Veneciis in Dei & Chriſti nomine inſpecta utilitate hoſpitalis Domus Dei, (2) & omnium tranſeuncium per paludem ejusdem veſtri Monaſterii in canalem orphanum diſcurentem cum veſtris ſucceſſoribus dediſtis, conceſiſtis & tranſactaſtis mihi Fratri Laurencio Rectori, ductori, ſeu aminiſtratori hoſpitalis ejusdem nomine & vice hoſpitalis predicti & meis ſucceſſoribus in perpetuum de ipſa palude a loco, ubi jam incipitur elevari per longitudinem paſſus 30. & per latitudinem paſſus 25. Cum ipſa longitudine & latitudine ſua cum capitibus & lateribus ſuis atque cum omnibus ſuis habenciis & pertinenciis ſeu adjacenciis que ibidem ad eſſe noſcuntur & cum pleniſſima virtute & poteſtate intromittendi habendi, tenendi, donandi, ellevandi Domos, & Eccleſiam ſi voluero, & quocumque mihi meisque ſucceſſoribus utilia vel neceſſaria viſa fuerint faciendi quia exinde vos & dictum veſtrum Monaſterium per omnia & in omnibus foris facitis tradentes ipſam quantitatem dicti paludis mihi meisque ſucceſſoribus hoſpitalis predicti nomine pleno jure &c. ut in ea legitur. Promittens promitto ego quidem iſte Frater Laurencius rector, ductor ſeu adminiſtrator iſti hoſpitalis Domus Dei cum meis ſucceſſoribus vobis Ven. Pat. Domino Marco Bollani Dei gratia Abbati & Conventus iſti Monaſterii S. Georgii Majoris de Venetiis, quod annuatim debeo cum meis ſucceſſoribus per me vel per meum miſſum dare & deliberare vobis vel veſtris ſucceſſoribus pro cenſu in feſto B. Georgii unam libram olei & ſi fieret Eccleſia ibi, quod ad feſtum S. ad cujus honorem eſſet ipſa Eccleſia fabricata, debeam cum meis ſucceſſoribus tam vos quam ſucceſſores veſtros annis ſingulis invitare. Quod ſi

(2) De Hoſpitale Domus Dei fundato in ea Inſu'a, quæ nunc dicitur S. Mariæ Gratiarum, ubi degunt Sanctimoniales Capucinæ; Hoſpitale enim, quod nunc Domus Dei (*Cà de Dio*) vocatur in regione Caſtelli, nondum erectum fuerat.

ſi ullo umquam tempore contra hanc promiſſionis cartam ire temptavero tunc emendare debeam cum meis ſucceſſoribus & nomine & vice hujus hoſpitalis Domus Dei vobis & veſtris ſucceſſoribus auri libras 5. &c. ut in dicto promiſſionis inſtrumento plenius continentur. Item produxit quoddam interdicti inſtrumentum manu Johanini ſcribe Imperiali auctoritate publici Notarii confectum in 1282. Ind. x. die veneris 22. Januarii Veneciis in ora Domus Dei, que eſt ſuper tereno paludis Monaſterii S. Georgii Majoris preſentibus hiis teſtibus ad hoc ſpecialiter requiſitis & rogatis videlicet Magiſtro Griſopo permanenſi not. de capite viti, Johane dicto paniga familiaribus dicti Monaſterii & aliis hunc habens tenorem. Ibique cum Dominus Jacobus Prior Monaſterii iſti pro Domino Abbate & Conventu ejus loci, ac vice & nomine ipſorum inveniſſet Andream Nepotem Magiſtri Maximiani Inzigneris de Veneciis cum quibusdam ſuis laboratoribus fodentem ſive cavantem terram paludis dicti Monaſterii, que eſt inpertinenciis ejuſdem Monaſterii ſcilicet in loco cavaneque dicte Domus Dei verſus viam, que venit de Clugia, quam dictus Andreas fodebat ad requiſicionem & inſtanciam communis & hominum de Veneciis pro conſtruendo & edificando molendinis ibidem pro communi predicto, ut dicebatur antè quam aliquod edificium ibi foret fixum vel edificatum proteſtans dixit, & denuntiavit eidem Andree pro ſe & dicto communi dictum locum & terenum quem fodebat, ut predictum eſt, foret ipſius Monaſterii & Conventus, & ſibi pleno jure ac legitime pertinere. Inſuper ex parte Domini Pape & Domini Abbatis & Conventus prefacti cum jacturium lapidum quos projecit in foveam quam dictus Andreas faciebat illic, interdixit & prohibuit eidem Andree & omnibus laboratoribus, qui ſecum erant pro ſe & dicto communi, quod deinceps non foderent aut ullam opus vel edificium facerent ſeu edificarent ſuper dicto tereno, niſi cum licencia & voluntate ipſorum Dominorum Abbatis & Conventus, quorum eſt [illegible] juriſdictum. Item produxit quoddam inhibicionis & proteſtacionis inſtrumentum manu Petri Nicolai de Guaracino, Imperiali auctoritate Notarii confectum, cujus per omnia tenor talis eſt. In nomine Domini amen. Anno a Nat. Domini 1287. Ind. xv. vel poſt per mortem Domini Honorii Pape IV. Apoſtolica Sede paſtore vacante menſis Aprilis die 26. in Pontificia mei not. & teſtium ſubſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum & rogatorum. Ven. Patr. Dominus Fr. Marcus Abbas & Religioſi viri Giuſtinianus Prior, Fr. Jacobus de [illegible], Fr. [illegible], Fr. Joanes de [illegible], Fr. Angelus ſagriſta, Fr. Julianus Camerarius, F. Bergaminus, Fr. Antonibus, Fr. Marcus, Fr. Jacobus Monachi, & Conventus Monaſterii S. Georgii Majoris de Veneciis Caſtell. Dioceſis. In Capitulo ejuſdem Monaſterii more ſolito congregati, monuerunt, & requiſiverunt Fr. Gerardum de Veneciis, Ordinis Camaldulenſis preſentem, quod per totum [illegible] tunc proximum diem Dominicum recederet cum omnibus bonis ſuis de palude & aqua ipſius Monaſteri (3) qui ſunt inter canale orphanum & dictum Monaſterium in loco ubi fuit molendinum pertinens ad dictum Monaſterium S. Georgii, ubi ſe recepiſſe dicebatur tanquam ad heremum occaſione penitencie faciende & ibidem facere attemptaret aſſerentes eidem, quod ſi infra dictum diem craſtinum, dictus Fr. Gerardus non recederet de loco predicto, quod ipſa oc-

(3) Diximus ſuperius Operis hujus Tom. I. pag. 283. ad Monaſterium S. Joannis de Judaica, Gherardum Monachum Camaldulenſem longe ante conſtructionem Cœnobii S. Joannis, de Eremo in eodem Inſulæ Judaicæ loco extruendo conſilium iniiſſe, verum ex hoc documento evincitur, non in Judaica, ſed in Inſula, quæ nunc Gratiarum appellatur, illud ædificare diſpoſuiſſe.

occupatione hujuſmodi ad animum injuriæ revocabant, & quod contra ipſum ex tunc tanquam contra violentum occupatorem bonorum Monaſterii procederent contra eum modis omnibus quibus poſſent & poteſtati ſunt, quod per hujuſmodi moram & occupacionem ipſius nullum eis & Monaſterio ipſorum generaretur pregiudicium cum ipſi ignorarent ſtatum ejus. Actum in Capitulo predicto preſente Vener. Patre Domino Fr. Ugono Epiſcopo Vetlitano, Domino Angelo Venerio de Veneciis, & Jacobello Barba teſtibus ad hec vocatis & rogatis &c. ut in eo legitur. Virtute quorum omnium inſtrumentorum Jurium & racionum dictus Dominus Abbas vice & nomine dicti ſui Monaſterii Capituli & Conventus dicebat proponebat & allegabat coram nobis dictam paludem & aquam eſſe ſuam & ad dictum ſuum Monaſterium pertinere de jure & petebat a nobis cum inſtancia, ut dictam aquam & paludem ſibi & ſuo Monaſterio antedicto terminare, conſignare, & diſcernere deberemus a publico communis, & etiam per ſentenciam diffinitivam juxta capitularis noſtri officii continenciam & tenorem eidem adjudicare & ſentenciare. Cum ipſe & alii ſui predeceſſores ipſam aquam & paludem tenuerint, habuerint, & poſſederint multo tempore jam elapſo pacifice & quiete abſque aliqua contradictione communis vel alterius perſone ultra & magis ultra tempus 100. annorum, ſicut in dicta offercionis ſeu conceſſionis & privilegii carta plenius manifeſtum eſt. Quapropter viſis, auditis omnibus iſtis ſuis cartis, inſtrumentis racionibus & allegacionibus predicti Domini Abbatis, & viſo etiam quod ipſa aqua & palus non erat in dicta conceſſionis ſeu offercionis carta confiniata nec bene terminata per confines, neque diviſa a publico communis. Volentes & cupientes ipſam aquam & paludem diſcernere & terminare a publico communis, & ea que nobis ſpectant ſecundum formam & tenorem noſtri capitularis attendere, & effectu demandare ipſam aquam & paludem ſolepniter ivimus pluries ad videndum cum aliquibus Fratribus ejuſdem Monaſterii & loci qua viſa & diligenter circumdata, ac etiam viſis auditis, & intellectis, & examinatis omnibus iſtis cartis inſtrumentis teſtibus probacionibus, racionibus, & allegacionibus tam pro dicto Domino Abbate & Monaſterio & loco ac Capitulo iſti S. Giorgii Majoris quam pro noſtro officio productis coram nobis & aliis noſtris predeceſſoribus. Et ſuper hiis omnibus & ſingulis pleniſſima & diligenti deliberatione prehabita & quam plurium ſapientum, & juris peritorum tam Eccleſiaſticorum quam laicorum comunicato conſilio & Deum habentes pre occulis per ea que vidimus, intelleximus, & cognovimus vollentes & cupientes terminare & diſcernere dictam paludem & aquam a publico communis per racionem per juſticiam per laudum per arbitrium, & per diffinitivam ſentenciam equanimiter & ex communi voluntate comuniter & concorditer dicimus dictam paludem & aquam poſitam & ſitam penes & juſta dictum Monaſterium videlicet a dicto Monaſterio uſque ad dictum canalem orphanum pro ut comprehenditur juſta dictam comenzariam per quam itur Clugiam ſive ad S. Clemenſem uſque ad dictum canalem per quod itur ad S. Servolum permittendo extra quedam Inſulam aqua ſuperlabente verſus S. Elenam que Inſula eſt facta ibi a parvo tempore citra perexiente de ipſo canale & venientem uſque ad punctam ſive angulum dicti Monaſterii que eſt verſus S. Marcum ut in iſtis confiniis plenius continetur ſuam eſſe & ad dictum Monaſterium S. Georgii pertinere de jure. Cum ipſa palus & aqua ſolepniter videatur ſibi eſſe conceſſa & data per donacionem conceſſionem & privilegium iſtum, ultra tempus 100. annorum. Ita quod nihil ſibi poſſumus dicere per noſtrum officium de aqua & palude ſuperius nominato. Cum non retineant dictum Monaſterium Conventus & capitulum, nec dictus Abbas aliquid occupatum infra dictos confines

de aquis publicis & communis . Et a dictis terminis & confiniis extra ipſi Domino Abbati Monaſterio capitulo & Conventui ſilencium perpetuum imponendo, & judicando per ſentenciam & dicendo quod a dicto palude & aqua & a dictis confiniis & terminis extra ſit publicum & communis & in commune & publico ſemper debeat conſervari.

Lata fuit hæc ſentencia Rivoalti in camera dicti officii Anno a Nat. Domini 1289. Ind. 11. die Veneris 8. exeunte Septembris preſentibus hiis vocatis & rogatis teſtibus videlicet Domino Petro Contareno de confinio S. Silveſtri tunc poteſtate litoris , Domino Andrea Gruſoni de confinio S. Sophie tunc poteſtate Torcelli, Marino precacino precone iſto, Margarito lando, qui fuit de muriano, & nunc moratur in confinio S. Marciliani, & aliis, preſentibus Fr. Nicolao Albrico & Fr. Michaele Fratribus dicti Monaſterii ad hanc ſentenciam audiendam, amologantibus & confirmantibus iſtum. Ego Marinus belligno judex m.m. ss. ✠ Ego Marcus Venerio judex m.m. ss. Ego Petrus de molianis ſacri palacii pub. & dictorum nobilium virorum Judicum & officiallium Not. ad idem officium deputatus hiis omnibus interfui & juſſu eorum ſcripſi complevi ſignoque meo roboravi.

Petrus Aurius & Pulcher ejus filius donant unam Piſcariam Cœnobio S. Georgii Majoris Venetiarum.

B 1060. Julii.

Ex Autógrapho in Monaſterio S. Georgii Majoris.

IN Nomine Domini, Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Anno Incarnationis ejusdem Redemptoris noſtri milleſimó ſexageſimo menſis Julii Indicione terciadecima Rivoalto. Si quis jam de ſuis rebus ſanctis Dei Eccleſiis dare vel offerre deſiderat ex magna fide, & preclaram mercedem ſibi acquiret in die judicii. Quapropter Nos Petrus Aurius in ſimul cum Pulcro filio meo , & noſtris heredibus , quia pro divino amore , & remedio anime noſtre & parentum noſtrorum ab hodie in Dei & Chriſti nomine dantes damus atque offerimus Cenobio Sancti Georgii Majoris Martyris Chriſti tempore Domini Urſi Abbatis predicti Cenobii & ſucceſſorum ſuorum in perpetuum poſſidendum hoc eſt ſupra unam ipſam meam piſcariam , (1) que nominatur palus ſclava, uno latere firmat in piſcaria que fuit Joannis Graſſoni cum omni longitudine & latitudine cum capitibus & lateribus ſuis una cum introitu & exitu ſive junctorio ſuo cum piſcatione & aucellatione ſua ſecundum quod a meis parentibus & a me poſſeſſa fuit ita in prenominato Dei Cenobio tranſacto pleniſſimam poteſtatem in perpetuum poſſidendi habendi tenendi fruendi dominandi judicandi nullo vobis homine contradicente non propinquus non extraneus nec ullo unquam tempore nullus homo de predicto Dei Cenobio illam ſubtrahere debeat vel audeat pro nullis modis . Si quis

(1) Piſcaria hic ſumitur pro jure piſcandi in palude , quæ dicebatur Palus ſclava ; ſtagnum enim Venetum in portiones dividebatur, quarum aliquæ de jure publico erant, aliquæ vero in privatorum jura, vel ex publica conceſſione, vel exemptione conceſſerant.

quis vero contra hanc offercionis cartam ire temptaverit aut ipſam piſcariam de prædicto Dei Cenobio ſubtrahere voluerit nos aut ille quilibet homo qui hoc perpetrare ſtuduerit habeat ſibi Deum contrarium Patrem & Filium & Spiritum Sanctum paraclitum & ſub anathemate centum decem & octo patrum conſtrictus maneat & habeat perpetuam maledictionem & ſuam nunquam adimplere mereatur voluntatem. Et inſuper componat in predicto Dei Cenobio auri libras quinque & hec noſtre oblationis carta maneat in ſua firmitate quam ſcribere rogavimus Leonem Diaconum Sagorninum & Notarium (2) S. Marci Capellanum.

✠ Ego Petrus Aurio mm. ſs.
Signum manus ſupraſcripti Pulcri qui hæc rogavit.
✠ Ego Andreas tt. ſs.
✠ Ego Dominicus Mauro tt. ſs.
✠ Ego Stephanus rog. ſs.
Ego Leo Diaconus & Notarius complevi & roboravi.

(2) Fortaſſe hic Leo Sagorninus Diaconus, de familia fuit illius Joannis Sagornini, cui concinnatum fertur Chronicon Venetum ſeu Altinenſe.

Stephanus Candianus donat Monaſterio S. Georgii Majoris quasdam ſuas aquas poſitas prope Murianum.

C 1087. Aprilis.

Ex Archivo Monaſterii S. Georgii Majoris.

IN Nomine Domini Dei & Salvatoris Noſtri Jeſu Chriſti Anno ab Incarnatione ejuſdem redemptoris noſtri milleſimo octuageſimo ſeptimo menſis Aprilis Indicione decima rivoalto. Si quis namque de ſuis bonis rebus in ſanctis Dei Eccleſiis dare vel offerre deſiderat & perficit magnam & præclaram ſibi mercedem acquiret in die judicii. Quapropter ego quidem Stephanus Candianus filius quondam Dominici Candiani cum meis hæredibus nullo penitus cogente aut ſuadente nec vim inferente ſed optima & ſpontanea mea bona voluntate & pro ſalute animæ meæ & filiorum meorum, & dono atque offero in Monaſterio Sancti Georgii Majoris Martyris Chriſti totum unum meum fundamentum quod vocatur treſaria major poſitum in murianas cum omnibus ſuis aquis & territoriis & omnibus ejus pertinentiis intus & foris & cum omni vigore & robore de una promiſſionis carta quam conſortes ejuſdem fundamenti mihi factam habent de toto ſuo deo & quintello & omnibus quæ in ea continetur & firmat ipſum fundamentum ab uno capite in aqua mea & ab alio in canali publico Sancti Stephani. Uno vero ſuo latere firmat ſimiliter in canali Sancti Stephani & alio in comezaria mea quæ præcurrit ad treſſariam & prædictum totum deſignatum fundamentum cum omnibus ejus aquis & territoriis & cum ſuo cenſu & quintello & cum omni vigore & robore de ſupraſcripta promiſſionis carta quam conſortes ejuſdem fundamenti mihi factam habent cum omni longitudine & latitudine cum capitibus & lateribus ſuis & cum cuncta ibi habente & pertinente ab intus & foris cum ſuis ja-

jacentiis quæ ſubtus terram & ſupra terram ibi adeſſe noſcuntur pleniter offero atque tranſacto habendi tenendi vendendi donandi commutandi & in perpetuum poſſidendi aut quicquid inde ei placuerit faciendi nullo ſibi homine contradicente ſecundum quod ab auctoribus, & proauctoribus & a prenominato patre meo poſſeſſum fuit & a me dominatum in ſupraſcripto Dei Monaſterio Sancti Georgii do. Unde promittens promitto me nullo tempore contra hanc meæ donationis cartulam non audeam eſſe venturum non per me ipſum vel per meos hæredes aut per ullam ſummiſſam vel inſtructam perſonam hominum non adeundo vel ſupplicando principibus nec per Eccleſiaſticam interpellationem neque per meam teſtamentariam voluntatem non in vita mea neque ad obitum meum quia in legibus piiſſimorum atque auguſtorum cautum atque præceptum eſt ut quicquid ſemel datum vel offertum fuerit nullo modo revocetur. Quod ſi unquam tempore contra hanc me offercionis cartam quam meo bono animo feci ire temptavero aut aliquid exinde de ſupraſcripto Monaſterio ſubtrahere vel minuere voluero aut aliquo retro dono vel merito inde inquiſiero tunc non ſolum reatum mendacii incurram, verum etiam proſtimo (1) ſolvere promitto cum meis hæredibus in ſupraſcripto Dei Monaſterio Sancti Georgii auri libras quinque & hæc offercionis carta perpetuis temporibus in ſua maneat firmitate. Signum manus ſupraſcripti Stephani Candiani qui propter infirmitatem unde mortuus fuit ſcribere non potuit ſed hæc rogavit.

✠ Ego Entius tt. ſs.
✠ Ego Petrus tt. ſs.
✠ Henricus Urſojolus.
✠ Ego Joannes Gradonico tt. ſs.
Petrus Contarenus, Joannes Gradonico Ego Dominicus Clericus complevi & roboravi.

(1) Per vocem *proſtimo* (de qua nihil Cangius in Gloſſario) intelligitur quædam pœna ſtatuta fidem promiſſionis frangenti.

Vitalis Faletro Dux donat Abbati & Monaſterio S. Georgii Majoris Venetiarum bona poſita in Urbe Conſtantinopolitana.

D 1090. Julii.

Ex Autographo in Archivo Monaſterii S. Georgii Majoris.

IN Nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Anno ab Incarnatione ejuſdem redemptoris noſtri milleſimo nonageſimo menſis Julii Indictione tertiadecima Rivoalto Omnes Chriſtifideles ſecularibus curis dediti opperoſa & ſolerti induſtria opportet quatenus tale aliquod agant quo ſe eterne remunerationis premium adepturos confidant. Igitur nos quidem Vitalis Faletro Veneciarum Chroacie atque Dalmatie Dux & Imperialis protoſcevaſtos (1) una cum noſtris judicibus & aliis bonis hominibus noſtris fide-

(1) De titulo *Protoſevaſtos* diximus operis hujus Tom. III. ad Eccleſiam S. Silveſtri, ubi etiam quid ſibi velint. *Scalq*, *Argaſterium*, & *Embolum* ſignificaverimus.

fidelibus cum noſtris ſucceſſoribus & heredibus nullo penitus cogente aut ſuadente, aut modo quolibet alio operante ſed juſte voluntatis conſtitutione & oratione Abbatis ac Monachorum ejus moti optima & ſpontanea noſtra voluntate pro remedio animarum noſtrarum tempore Karimani Venerabilis Abbatis Monaſterii beati Georgii damus donamus concedimus & contradimus offerimus ac transfactamus eidem Monaſterio Beati Georgii & prenominato ejus Abbati Domino Karimanno ſuisque ſucceſſoribus in perpetuum tantum de noſtris proprietatibus terrarum & caſarum cohopertis vel diſcohopertis ſitis infra urbem Conſtantinopolitanam quas nos de Imperatore Alexio invenimus per groſſo voli & pratico cartulas quantum continet a comprehenſo ſaro de vigla qui percurrit ad portam permet uſque ad judeca extra illud totum quod nos datum habemus ad Monaſterium S. Nicolai per cartulas firmitatis ſicut in eis legitur. Scilicet damus in prefato Monaſterio S. Georgii ipſum capyllio ſito juxta latere de ſupraſcripto ſarovigle ſicut tenet uno ejus capite in ipſo noſtro embulo atque cum tota ſua longitudine & latitudine, cum capitibus, & lateribus ſuis, nec non cum totis ſuis edificiis petrinis & ligneis ſive cum totis ejus habentiis & pertinentiis ab intus & foris ſecundum quod nobis advenit a prememorati Alexii Imperatoris, & jam damus argaſtenum unum ſito juxta latere de prenominato capillio ſicut reſpicit ejus frontis in jamdicto noſtro etambulo. Secundum argaſterium ſimiliter damus ſecundum quod eſt poſitus juxta proprietate que tunc fuit Dominici Bernardi ex alio latere firmante in proprietas quæ nunc eſt S. Nicolai. Tercium quoque argaſterium ſimiliter tranſactamus ſicut eſt ſitum juxta ipſum argaſterium quod tunc fuit Urſonis Dongeorgii alio ejus latere firmante juxta ipſo ſaro .... Hoc namque totum ut dictum eſt a comprehenſo predicto ſaro uſque adveniente ad prefatam judecam ſecundum quod nunc adeſſe videtur totus ſicut eſt poſitus dauntra ſtamno omnia in omnibus ſicut deſignatum eſt cum toto ſuo edificio petrineo & ligneo cohoperto & diſcohoperto cum ſuis ſolariis in quanto ſe ibi comprehendit cum acceſſu & egreſſu ſuo cum omnibus ſuis habenciis & pertinentiis ab intus & extra ſicut predeſignatum eſt tranſacte in prefati Monaſterii S. Georgii ſuique prenominati Abbatis & ejus ſucceſſorum pleniſſima perpetua damus concedimus & offerimus poteſtate ſecundum ut diximus & ad prememorato Imperatore Alexio nobis advenit per jamdictas Imperiales cartulas ut in eis continetur & ſecundum quod ad noſtrum jus hactenus poſſeſſum fuit eo modo ut predeſignatum eſt tranſacte in veſtra permaneat poteſtate habendi tenendi ergaſteria conſtruendi laborandi regendi meliorandi & in perpetuum poſſidendi minime autem ab ipſo Monaſterio ſubtrahendi vel alienandi in alia parte ſed ad ſalutationem & utilitatem ejuſdem Monaſterii in perpetuum permanendi. Verumtamen ſtatutum eſt inter nos & vos prenominatum Dominum Karimannum Abbatem ut ipſa ſcala que dicitur ſcala majore quam ad noſtrum uſum retinuimus ſemper habeat aſenſum, & deſenſum ſine veſtra & ſucceſſorum veſtrorum interdictione. Unde promittentes promittimus ut nullo unquam tempore contra pie ſententie oblationis cartulam, quam bono fecimus animo ire debeamus non per noſmetipſos neque per noſtros ſucceſſores vel heredes quia in legibus cautum atque preceptum eſt ut cum quid ſemel datum vel donatum aut oblatum fuerit nullo modo revocetur. Hec omnia obſervare & adimplere promittimus & vos domine prenominate Karimanne Abbas & veſtri ſucceſſores obſervare & adimplere debeatis in perpetuum hoc quod inter nos ſtatutum habemus ut ſupra legitur de prefata ſcala. Quod ſi quocunque tempore contra hanc oblationis cartulam ire temptaverimus aut aliquod inde ſubtrahere vel minuere preſumpſerimus vel aliquod retro donum aut meritum in-

inde inquiſierimus recte vos obſervante ut dictum eſt de jamdicta ſcala tunc non ſolum reatum mendatii incurramus verum etiam proſtinum ſolvere promittimus cum noſtris ſucceſſoribus & heredibus in ſupraſcripto Monaſterio S. Georgii & predicto Abbati Karimanni ac ſucceſſoribus ejus auri libras decem & hec preſens oblacionis, & alligacionis cartula in ſupraſcripto ordine ex utraque parte in ſua ſemper maneat firmitate. Quam ſcribere rogavimus Andream Presb. Martinacium Notarium & S. Johannis Baptiſte Plebanum in menſe & indictione ſupraſcripta tertiadecima.

✠ Ego Vitalis Faletro Dei gratia Dux mm. ſs.
✠ Ego Johannes Badovario Judex mm. ſs.
✠ Ego Enricus Urſiolo Judex mm. ſs.
✠ Ego Johannes Maurocenus Judex mm. ſs.
✠ Ego Badoario aurio Judex mm. ſs.
✠ Ego Johannes Gradonico Judex mm. ſs.
✠ Ego Vitalis Adoaldo mm. ſs.
✠ Ego Aurio Baſſadello mm. ſs.
✠ Ego Berengerius mm. ſs.
✠ Ego Johannes rapedello mm. ſs.
✠ Ego Dominicus roſo mm. ſs.
✠ Ego P. Fiolarius Flabianicus mm. ſs.
✠ Ego Petrus Badovarius da Spinale mm. ſs.
✠ Ego Petrus Michael de Capite Rivalto mm. ſs.
✠ Ego Badovarius Bonoaldo mm. ſs.
✠ Ego Petrus Marcello mm. ſs.
✠ Ego Johannes Dond... mm. ſs.
✠ Ego Faletro mm. ſs.
✠ Ego Dominicus Baſilio mm. ſs.
✠ Ego Petrus Cerbano mm. ſs.
✠ Ego Johannes miliano mm. ſs.
✠ Ego Petrus Mauro mm. ſs.
✠ Ego Badovario Bragadino mm. ſs.
✠ Ego Sebaſtianus Coronario mm. ſs.
✠ Ego Bonofilius Stolato mm. ſs.
✠ Ego Johannes Sgaldario mm. ſs.
✠ Ego Dominicus de canale mm. ſs.
✠ Ego Stephanus Mauro mm. ſs.
✠ Ego Johannes Pantaleo mm. ſs.
✠ Ego Tribuno Caroſo mm. ſs.
✠ Ego Dominicus Vitaliano mm. ſs.
✠ Ego Dominicus Michael mm. ſs.
✠ Ego Michael mm. ſs.
✠ Ego Ambroſius mm. ſs.
✠ Ego Johannes Navigaloſo mm. ſs.
✠ Ego Fuſcari Fuſcareno mm. ſs.
✠ Ego Johannes Fuſcareni mm. ſs.
✠ Ego Johannes Donà mm. ſs.
✠ Ego Dominicus Superancio mm. ſs.
✠ Ego Petrus Contareni mm. ſs.
✠ Ego Petrus Calbani mm. ſs.
✠ Ego Stefanus Ziani mm. ſs.
✠ Ego Traſaridus Georio Gambaſirica mm. ſs.
✠ Ego Petrus Banygeſſus mm. ſs.
✠ Ego Dominicus Nanno mm. ſs.
✠ Ego Petrus Bembo mm. ſs.
✠ Ego Petrus Maciamano tt. ſs.
✠ Ego Johannes Adoaldo mm. ſs.
✠ Ego Vitalis Vitaliano mm. ſs.
✠ Ego Andreas Michael mm. ſs.
✠ Ego Petrus Mauroceni mm. ſs.
✠ Ego Dominicus Stornato mm. ſs.
✠ Ego Johannes Monetario mm. ſs.
✠ Ego Johannes Sclavo tt. ſs.
✠ Ego Petrus Gric.. mm. ſs.
✠ Ego Petrus Juſto mm. ſs.
✠ Ego Dominicus Contareno tt. ſs.
✠ Ego Vitalis Michael mm. ſs.
✠ Ego Dominicus Cirino mm. ſs.
✠ Ego Vitalis Calvo mm. ſs.
✠ Ego Petrus Bonoaldo mm. ſs.
✠ Ego Johannes Juſtinianus mm. ſs.
✠ Ego Petrus Gradonico mm. ſs.
✠ Ego Dominicus Badovarius da Spinale mm. ſs.
✠ Ego Petrus Caroſus mm. ſs.
✠ Ego Stephanus Theupulo mm. ſs.
✠ Ego Marcus Ziani mm. ſs.
✠ Ego Gradonicus mm. ſs.
✠ Ego Petrus Faletro mm. ſs.
✠ Ego Leo Belligno mm. ſs.
✠ Ego Dominicus Regini mm. ſs.
✠ Ego Gogosmiro da molino mm. ſs.
✠ Ego Stephanus Lughreſſi mm. ſs.
✠ Ego Bonofilius Pipo mm. ſs.
✠ Ego Johannes Darbore mm. ſs.
✠ Ego Sebaſtianus Caucanino mm. ſs.
✠ Ego Dominicus Paulo mm. ſs.
✠ Ego Marcus Maripetro mm. ſs.
✠ Ego Johannes Ferilo mm. ſs.
✠ Ego Johannes Mucianico mm. ſs.

✠ Ego

✠ Ego Petrus Ruybolo mm. ſs.
✠ Ego Petrus Campulo mm. ſs.
✠ Ego Dominicus Calvoni mm. ſs.
✠ Ego Petrus Siplciarius mm. ſs.
✠ Ego Urſo Gorio mm. ſs.
✠ Ego Maricialis mm. ſs.
✠ Ego Manifredo tt. ſs.
✠ Ego Petrus Maurocenus tt. ſs.
✠ Ego Dominicus de Ponte tt. ſs.
✠ Ego Petrus gretulo tt. ſs.
✠ Ego Vitalis Dondo mm. ſs.
✠ Ego Johannes Geno tt. ſs.
✠ Ego Dominicus Gemani mm. ſs.
✠ Ego Stadaopracio Bani tt. ſs.
✠ Ego Michael Papoci mm. ſs.
✠ Ego Vitalis Lyſtrico mm. ſs.
✠ Ego Johannes Cupo tt. ſs.
✠ Ego .... Michael tt. ſs.
✠ Ego Dominicus Abbani mm. ſs.
✠ Ego Marcus Maripedro mm. ſs.
✠ Ego Johannes Barbani mm. ſs.
✠ Ego Felix Barbani mm. ſs.
✠ Ego Vitalis Zopulo mm. ſs.
✠ Ego Petrus Caroſus mm. ſs.
✠ Ego Dominicus Regi .. mm. ſs.
✠ Ego Florencius Vilion. mm. ſs.
✠ Ego Johannes Vaſallo mm. ſs.
✠ Ego Marinus Daborta mm. ſs.
✠ Ego Martinus Nanno mm. ſs.
✠ Ego Dominicus Bonoaldo mm. ſs.
✠ Ego Leo Sanudo mm. ſs.
✠ Ego Henricus daponte mm. ſs.
✠ Ego Johannes Guriani mm. ſs.
✠ Ego Bonfilius Aurifice .... mm. ſs.
✠ Ego Petrus ſirulſo mm. ſs.
✠ Ego Johannes Gregorius mm. ſs.
✠ Ego Johannes Martinas ... mm. ſs.
✠ Ego Johannes Dand.. mm. ſs.
✠ Ego Faletro mm. ſs.
✠ Ego Dominicus Ruybolo tt. ſs.
✠ Ego Dominicus da Putheo mm. ſs.
✠ Ego Johannes dauro mm. ſs.
✠ Ego Petrus Salomone mm. ſs.
✠ Ego Gregorius Geno mm. ſs.
✠ Ego Dominicus Vitali mm. ſs.
✠ Ego Dominicus Calbo mm. ſs.
✠ Ego Dominicus Guera mm. ſs.
✠ Ego Stefanus Pentani mm. ſs.
✠ Ego Henricus mudacio mm. ſs.
✠ Ego Marinus Capell... mm. ſs.
✠ Ego Fuſcari Gauſoni mm. ſs.
✠ Ego Petrus Venerio mm. ſs.
✠ Ego Vitalis Maſſulo mm. ſs.
✠ Ego Andreas Dapuzo mm. ſs.

Ego Andreas Presb. & Not. complevi & roboravi.

Henricus V. Imperator Venetiis degens decernit, ne quis bona Monaſterii S. Georgii in ditione Imperiali poſita moleſtare præſumat. (1)

E 1116.

Ex Archivo Monaſterii S. Georgii Majoris.

DUm in Dei Nomine die Sabati quæ eſt quinto idus Marcii in regno (2) in Palatio Ducis ſcilicet in camera. Henricus Dei gratia quintus Romano-

(1) De adventu Henrici V. Venetias hæc refert Andreas Dandulus in Chronico Cap. XI. Part. XX.: " In ſequenti menſe Martii MCXVI. Henricus V. Imperator Venetias „ accedens in Ducali Palatio hoſpitatus eſt, liminaque Beati Marci & alia Sanctorum loca cum devotione maxima viſitat & urbis ſitum, ædificiorumque decorem „ & Regiminis æquitatem multipliciter commendavit. Curiam etiam ſuorum Principum tenens pluribus Monaſteriis immunitatum privilegia de ſuis poſſeſſionibus „ Italici Regni conceſſit, in quibus Ducalem Provinciam Regnum appellat. Multis „ igitur a Duce & Venetis ſibi impenſis honoribus in ſuo receſſu, contra Hungaros „ denuo Dalmatiam invadentes auxilium ſpopondit.

(2) Subintelligi debet in regno *Venetiarum*, in alio enim diplomate ab ipſo Henrico V. eodem

norum Imperator Auguſtus in conſilio reſideri. Adeſſent cum Leuzo. Adam. Ribaldus Judices Anto Arantus juriſperiti. Ordelaſſus Dei gratia Venetiæ Dalmatiæque Dux. Berengarius Guntarenus. Petrus Gradonicus Dominicus Michael Dominicus Baceſſus Henricus Carantane Dux Henricus Velſonis Ducis Frater Patriarcha Dei gratia Gradenſis Gebardus Dei gratia Tridentinus Epiſcopus. Ugo Patavienſis Comes Stenus Ziani Joannes Moroſinus Petrus Guntarinus & reliqui quam plures Nobiles viri ibi in illorum præſentia Dominus Imperator Juſticiæ pacisque amator omniumque Eccleſiarum defenſor miſericordia & pietate motus pro Sanſtorum Stephani & Georgii honore & rogatu ſuorum fidelium per judicum conſilium per lignum quod ſua tenebat in manu ſuum Imperiale bamnum miſit ſuper Tribunum Abbatem Sanſtorum Georgii & Stephani ſuper omnia bona ejusdem Monaſterii quæ nunc habet, vel quæ legitime ſive res mobiles vel jura toto Romano Imperio acquiſierit imperando ut nullus Patriarcha Archiepiſcopus Epiſcopus Dux Marchio Comes Vicecomes Advocatus Vicedominus Gaſtaldius Villicus decanus vel aliqua magna parvaque perſona per arbergarie ſive legali vel tolonei vel fori occaſionem prænominatum Monaſterium pro ... aut alicujus ingenii occaſione ſive legali judicio prædiſtum Abbatem ſuoſque ſucceſſores inquietare aut moleſtare aut devaſtare. Quisquis hoc decretum fregerit ſciat ſe compoſiturum centum libras auri medietatem Imperatoris Cameræ & medietatem prædiſto Tribuno Abbati ſuiſque ſucceſſoribus ejuſdem Monaſterii Faſtum eſt hoc anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti MCXVI. Indiſtione IX.

Ego Leuzo Judex interfui.
Ego Adam Judex interſui & ſubſcripſi.
Ego Ribaldus Judex interſui & ſubſcripſi.

dem anno Venetiis dato pro Monialibus S. Zachariæ legitur *In regno Venetiarum in Palatio Ducis ſcilicet in Camera*. Diploma hoc, quod in libello, cui titulus *Silentio ſnodato di S. Zaccaria* primo editum fuit, attulit Muratorius inter antiquitates Eſtenſes P. I. pag. 283. ejusque mentionem ingeſſit in antiquitat. medii ævi T. I. pag. 246. & 974 Hoc autem notandum eſt, ne quis ex hac voce *Regno* male arguat Henricum de proprio regno dixiſſe, nullus enim vel Imperator, vel Princeps in Civitate Venetiarum jus habuit, vel habere præſumpſit. Vox itaque iis temporibus pro *Dominio Ducatu* &c. ſumebatur, ut eruditiſſime notat Ducangius in Gloſſario ubi multa hujus rei exempla affert, conf. Leg. Alamani (..) Lex Bajowar. t. 2. c. 10. *Si quis filius Ducis tam ſuperbus vel ſtultus fuerit, ut patrem ſuum desboneſtare voluerit ... vel regnum ejus auferre ab eo*. Decreta Taſſilonis Ducis Bajovariæ apud Caniſium & alios: In anno 22 Regni religioſiſſimi *Ducis Taſſilonis*. Fragmentum Hiſtor. Aquitaniæ ubi de Duce Engolismenſi apud Duchesnium Tom. IV. pag. 82. *Regulares Abbates, & Monachos maximo affeſtu amoris compleſtebatur, & conſilio eorum utilitatem Regni adminiſtrare curat*. Sic in inſtrumento conſcripto anno 1124. die 7. Madii a Johanne Cauſidico, & tabellione, & exiſtente in anecdotis mss. apud Clar. V. Ab. Brunaccium pag. 1384 legitur: *de Regno quoque Venetiarum Stenio Ziani, & Johannes byſtrio &c.*

Cali-

Caliſtus II. Tribunum Abbatem & Monaſterium Sancti Georgii Majoris ſub protectione B. Petri recipit, & ab omni auctoritate Ordinarii eximit.

F 1123. *6.* Maii.

Ex Autographo in Monaſterio S. Georgii Majoris.

CAliſtus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Tribuno Abbati Monaſterii S. Georgii, quod in Venetiæ partibus ſitum eſt, ejusque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Piæ poſtulatio voluntatis effectu debet proſequente compleri. Quatenus & devotionis ſinceritas laudabiliter eniteſcat, & utilitas poſtulata vires indubitanter aſſummat: Quia igitur dilectio tua, Reverendiſſime in Chriſto fili Tribune Abbas, ad Apoſtolicæ Sedis portum confugiens, ejus tuitionem humilitate debita requiſivit nos ſupplicationibus tuis clementi benignitate impartimur aſſenſum, & Beati Georgii Monaſterium, cui auctore Deo preſides, Romanæ Eccleſiæ patrocinio communimus; Per preſentis privilegii paginam Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut locus idem ſub B. Petri tutella & protectione liber in perpetuum conſervetur. Nec Patriarcha, nec Epiſcopus, nec perſona quelibet Eccleſiaſtica ſecularisve preſumat te vel ſucceſſores tuos ad concilium cogere, ut in vos vel Monachos veſtros excommunicationis ſeu etiam interdictionis ſententiam promulgare, in Monaſterio ipſo quicquam preter veſtram voluntate ſtatuere, aut Monachos veſtros excommunicatos, ſive ejectos vel fugitivos abſolvere aut ſuſcipere, vel ſine tuo tuorumque ſucceſſorum conſenſu ad ordines promovere: Porro univerſa que ubilibet, aut in preſenti legitime poſſideris, aut in futurum largiente Deo juſte atque canonice poteritis adipiſci, firma tibi tuisque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Nulli ergo omnino hominum liceat idem Monaſterium temere perturbare aut ejus poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere, minuere vel temerariis vexationibus fatigare ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum ſubſtentatione & gubernatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Criſma, oleum ſanctum, conſecrationes altarium, ſive baſilicarum, ordinationes monachorum, qui ad ſacros fuerint ordines promovendi a dioceſano accipietis Epiſcopo ſiquidem gratiam & communionem Apoſtolice Sedis habuerit, etiam ſi ea gratis ac ſine pravitate voluerit exhibere. Alioquin pro eorumdem ſacramentorum ſuſceptione catholicum quem malueris Antiſtitem adeas, qui Apoſtolicæ Sedis ſultus auctoritate quod poſtulatur indulgeat. Obeunte vero te nunc ejus loci Abbate vel tuorum quolibet ſucceſſorum nullus tibi qualibet ſurreptionis abſtucia vel violentia preponatur niſi quem Fratres communi conſenſu vel Fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem & Beati Benedicti regulam providerint eligendum: Ad judicium autem perceptæ hujus à Romana Eccleſia libertatis aureos duos quotannis Lateranenſi Palatio perſolvetis. Si quis igitur in futurum Patriarcha Archiepiſcopus vel Epiſcopus aut Eccleſiaſtica quelibet ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit ſecundo tertiove commonita ſi non ſatisfactione congrua emendaverit poteſtatis honorisque ſui dignitate careat reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata cognoſcat iniquitate & a Sacratiſſimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris Noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat.

jaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax Domini Noſtri Jeſu Chriſti quatenus & hic fructum bone actionis percipiant & apud diſtrictum judicem premia æternæ pacis inveniant Amen Amen Amen.

Ego Calixtus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus

Datum Laterani per manum Aimerici S. R. E. Diac. Card. & Cancellarii VIII. Idus Maii Indictione prima Incarnationis Dominicæ Anno MCXXIII. Pontificatus autem Domini Caliſti Secundi Pp. Anno Quinto.

Innocentius II. decernit, ut Monachi Monaſterii Sancti Georgii Majoris ſub Apoſtolicæ Sedis protectione recepti de cætero ſibi eligant, quem ipſi duxerint, in Abbatem.

G. 1133. 7. Octobris.

Ex Autographo in Archivo Monaſterii S. Georgii Majoris.

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei Dilecto Filio Tribuno Abbati Monaſterii S. Georgii, quod in Venetiæ partibus ſitum eſt, ejusque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Officii noſtri hortatur auctoritas pro eccleſiarum ſtatu ſatagere & earum quieti & utilitati ſalubriter auxiliante Domino providere. Dignum namque & honeſtum & conveniens eſſe cognoſcitur, ut qui ad Eccleſiarum regimen aſſumpti ſumus eas & à pravorum hominum nequitia tueamur, & Apoſtolicæ Sedis Patrocinio tueamur vel muniamus. Ideoque Dilecte in Domino fili tribune Abbas tuis rationabilibus poſtulationibus benignitate debita duximus annuendum, & Beati Georgii Monaſterium, cui Deo auctore præeſſe dinoſceris, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ privilegio roboramus. Per preſentis enim ſcripti paginam Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut locus ille ſub Beati Petri tutella & protectione liber in perpetuum conſervetur: Nec Patriarcha, nec Epiſcopus, neq: perſona Eccleſiaſtica ſecularisve preſumat te vel ſucceſſores tuos invitos ad concilium cogere, aut in vos vel in Monachos veſtros excommunicatos ſeu ejectos aut fugitivos abſolvere vel ſuſcipere, aut ſine tuo tuorumque ſucceſſorum conſenſu ad ordines promovere. Preterea quaſcunque poſſeſſiones, quecunque bona ubilibet idem Monaſterium in preſentiarum juſte & legitime poſſidet, aut in futurum largiente Domino poterit adipiſci, firma tibi tuiſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Criſma, oleum ſanctum, conſecrationes altarium, ſeu baſilicarum, ordinationes Monachorum, qui ad ſacros fuerint ordines promovendi, a Dioceſano accipietis Epiſcopo, ſiquidem gratiam & communionem Apoſtolicæ Sedis habuerit, & ſi ea gratis ac ſine pravitate voluerit exhibere. Alioquin pro eorumdem ſacramentorum ſuſceptione catholicum, quem volueritis Epiſcopum adeatis, qui Apoſtolice Sedis fultus auctoritate, quod poſtulatur, indulgeat. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia, ſeu violentia preponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem, & Beati Benedicti regulam elegerint. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum

fas

ſas ſit prenominatum cenobium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Ad indicium autem preceptæ hujus a Romana Ecleſia libertatis aureos duos quot annis Lateranenſi palatio perſolvetis. Si quis igitur Patriarcha Archiepiſcopus Epiſcopus aut Eccleſiaſtica ſecularisve perſona in futurum hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam venire temptaverit ſecundo tertiove commonita, ſi non ſatiſfactione congrua emendaverit poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat reamque ſe Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat & à Sanctiſſimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris Noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini Noſtri Jeſu Chriſti quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant apud diſtrictum judicem premia eterne pacis inveniant Amen Amen Amen

✠ Ego Innocentius Catholice Ecclesie Epiſcopus ſs.
✠ Ego Gualterius Sancte Ravenatis Archiepiſcopus ſs.
✠ Ego Guillelmus Preneſtinus Epiſcopus ſs.
✠ Ego Romanus Diac. Card. S. Mariæ in Porticu ſs.
✠ Ego Gregorius Diac. Card. SS. Sergii & Bachi ſs.
✠ Ego Oddo Diac. Card. S. Georgii ad vellum aureum ſs.

Datum Nonantulæ per manum Aimerici S. R. E. Diac. Card. & Cancell. Non. Octobris Indictione Decima Incarnationis Dominice Anno milleſimo centeſimo trigeſimo tertio Pontificatus vero Domini Innocentii Pp. II. Anno III.

Michael Archiepiſcopus Lemni donat Monaſterio Sancti Georgii Majoris Oratorium S. Blaſii ſitum in Inſula Lemni.

H 1136. Julii.

Ex Autographo in Monaſterio S. Georgii Majoris.

† MIchael vilis Archiepiſcopus Lemnenſis preſcripſi. Quoniam quidem adeſt noſtre Eccleſie Sanctiſſimi Epiſcopatus in Inſula Lemni (1) cum aliis pertinens Oratorium minimum fundatum in nomine S. Blaxii ſitum in loco qui cognominatur cocini, & cum ſolicitudo non modica nobis adeſſet invenire aliquem, & commendare ei hoc in memoriam noſtri & omnis Chriſtianiſſimi Populi inventi autem eſtis vos & pretioſiſſimus Monachus D. Petrus & Prior ejus, que eſt in magna civitate ſancti & famoſiſſimi Apoſtoli Marci Veneticorum, quod ſubjacet ei quod eſt in Venetia magno Monaſterio Sancti Magni Martyris Georgii & Monachi & Principes qui Veneticorum primores ſunt advenienteſque rogaſtis me donare vobis & veſtro Monaſterio hujuſmodi oratorium cum pertinente etiam ſibi locello. Cujus circuitus per preſens pervenire debetis comentum localiter ad vobis tradendum manifeſte declarabitur incipiens a ſummo acroterii littoris tenens ſumma maritimi & aſcendens uſque ad colle ubi & campanarium debet hedificari (2) funiculi III. paſſus VI. incipiens a bareto & de-

Ee 2

(1) Lemnos Inſula olim celeberrima in Mari Ægeo, de qua omnes Geographi.
(2) *Funiculi*. Menſura quædam terræ.

& deſinens ad meridiem. Funiculus I. paſſus VIII. ſcilicet ad litus quaſi a ocaſus uſque ad mare funiculi II. paſſus IIII. preter jura Maris. Promittentes autem vos Monachi ſcilicet pars Veneticorum ad ſacerimum Archiepiſcopum Inſule Lemni Dominum Michaelem & partem ſanctiſſimi Archiepiſcopatus hedificare in ipſa topotheſina à domo veſtra & ex propriis expendiis & ſumptibus Eccleſiam in gloriam & honorem Sancti Magni Martyris Georgii. Convenimus autem ad te religioſiſſimum Archiepiſcopum & omnem partem ſanctiſſimi Archiepiſcopatus non eggredi extra predictam menſuram ei quod eſt traditum vobis ſed ſervare hanc ut predictum eſt nec licentiam habere nocendi vel ledendi proximatem & adiacentem nobis terram ſanctiſſimi Archiepiſcopatus. Sed & ſi quos a parte noſtra ſcilicet Veneticorum invenerimus nocivos ad coadiacentes locellos ut per correptionem emendemus eos ne noceant aut ledant partem ſanctiſſimi Archiepiſcopatus. Super hec autem & ſine ulla occaſione dare annue veſtro ſanctiſſimo Archiepiſcopatui cauſa hemphytheumatis (3) oleum purum metrum thalaſia duo imminute. Voluimus autem & nos complacitum habentes hoc facere hinc bona utilitate ſupervenientе noſtro ſanctiſſimo Archiepiſcopatui & ecce acquieſcentes preci veſtre donamus per preſens noſtrum commentum donatorium predicto veſtro Monaſterio Sancti Apoſtoli Marci Veneticorum & per ipſum principali Monaſterio predictum noſtro Archiepiſcopatui Lemni pertinens oratorium cum quoadjacente ſibi locello qui & habet menſuram in circuitu funiculos VII. paſſus VI. Debetis autem rehedificare in ipſo predicto locello Eccleſiam per veſtra propria ſtipendia ſecundum velle veſtrum. In nomine Sancti Magni Martyris Georgii & uti & poſſidere ipſum omnino ſine prohibitione donec mundus iſte conſtiterit dare vero annue ad noſtrum ſanctiſſimum Archiepiſcopatum & partem ejus cauſa hemphytheumatis oleum purum metra duo thalaſia ut ſit omnino nec minutum nec auctum & recipere apodoxin. Spondemus enim in Spiritu Sancto omnes poſt nos venturos Archiepiſcopos & clericos & omnes ſub noſtro Archiepiſcopatu qui agere vel dicere poſſunt obſervare preſens donativum noſtrum comentum & omnia que meo annuntiata ſunt incorrupta & imminuta nisi forte velint ſuccidere Pontificalibus & Canonicis correptionibus & ipſis quoque maledictionibus ccctorum XVIII. cleiſerorum patrum. Ad hoc enim & preſens noſtrum commentum conſuete firmatum & ſubſignatum plumbea bulla noſtra traditum eſt menſe Julio Indictione XIIII. Anno ſex milleſimo decimo xlmo. iiiito (4) textu ſcripto manu Michaelis Diaconi & notarii inſule lemni domeſtici coram ſubſcriptis teſtibus.

Leo Presb. & Protopapas Sanctiſſimi Archiepiſcopatus preſens ad preſens donatorium commentum & teſtis ſubſcripſi
Johannes Presb. & Deuterevon Modranos & ipſe preſens ſimiliter & teſtis ſs.
Johannes Presb. & Clericus Oaprikiotes & ipſe teſtis ſubſcripſi
Euſtachius Presb. & Clericus Overtellides & ipſe teſtis ſubſcripſi
Johannes Presb. & Clericus Opetrinos & ipſe teſtis ſubſcripſi
Georgius Presb. & Clericus Œcclarthes teſtis ſubſcripſi
Chriſtophorus Presb. & Clericus & ipſe teſtis ſubſcripſi
Johannes Diac. & Clericus Onadanites & ipſe teſtis ſubſcripſi
Michael Diac. & Clericus & Not. Inſule Lemni Odomeſticos & ipſe ſic ſcriptor totius teſtis ſubſcripſi.

(3) *Emphyteumatis*: ſeu emphyteuſis.
(4) *Anno ſex. milleſimo decimo xlmo iiiito.* Legendum videtur, *anno ſex milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo quarto*. Æra eſt Conſtantinopolitana, & annus æræ vulgaris 1136. qui etiam inſignitus incedebat *Indictione* XIIII. Hoc circiter tempore, Anno ſcilicet 1136. inſulas Lemni geſtantem exhibet *Michaelem* in ſuo Oriente Sacro Michael Lequienius Tomo I. col. 954. auctoritate allegata Leonis Allatii. Conſule ipſum.

Petrus

Petrus Polanus Dux Venetiarum concedit Privilegia Abbati & Monaſterio S. Georgii Majoris pro quadam ipſorum Eccleſia poſita in Rodiſto.

I 1145. Septembris.

Ex Autographo in Archivo S. Georgii Majoris.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Anno Incarnationis ejuſdem Redemptoris noſtri milleſimo centeſimo quadrageſimo quinto menſis Septembris Indictione nona Rivoalti. Quorum vitam in ſublimi poſitam eſſe novimus non ſolum de communi verum etiam de proprio eorum ſancte converſationi neceſſaria ſumminiſtrare pieque largitionis beneſitium impartire debemus ne forte preſentium rerum deficientibus ſubſidiis divinum obſequium ne ſic minus devote fieri poſſit. Quapropter Nos quidem Petrus Polanus Dei gratia Venetiarum Dalmatie atque Chroatie Dux cum noſtris judicibus & populo Venetiarum cum noſtris ſucceſſoribus & heredibus cognoſcentes quidem rerum quarumdam neceſſitatem noſtri devoti monaſterii S. Georgii quibus in cujuſdam ſue obedientie eccleſia in rodiſto (1) poſita agebat. Supplicante nobis ac poſtulante Domino Venerabili Otone Abbate ejuſdem monaſterii cum ſua monachorum caterva neceſſarium duximus preſentis conceſſionis ſtabilimento eorum petitionem confirmare in perpetuum. Ea propter ſtatuentes ſtatuimus atque concedentes pleniter concedimus tibi namque preſato domno Otoni Venerabili S. Georgii Abbati atque Dominico Presb. tuo monacho prædictæ Eccleſiæ in rodiſto priori veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum poſſidendum ut videlicet amodo in antea ipſa Dei Eccleſia veſtri monaſterii obedientia ſuas proprias rubos & Metras atque modia ſua propria poſſeſſione habeat poſſideat & in ſuo & omnium hominum ſervicio qui tibi placuerit exercenda teneat & ad menſurandum exhibeat & exinde quecunq. his preſatis menſuris lucrari poterit ipſius tne preſate Eccleſiæ tuique monaſterii juris ſine omnium hominum contradictione permanſerit. Inſuper etiam ut iſta omnia majori ſecuritate poſſidere valeat ipſa tua Eccleſia omnibus hominibus noſtris fidelibus contradicimus & prohibemus ut in ipſa terra Rodiſto nullas alias menſuras facere nec habere preſumant preter iſtas quas huic preſate Eccleſiæ habemus conceſſas ut cum iſtis ſupraſcriptis menſuris ſolummodo & non cum aliis omnibus menſurare debeant. Amodo in antea vos veſtrumque monaſterium cum ſua preſata obedientia & veſtros ſucceſſores exinde ſecuros & quietos reddimus in perpetuum.

✠ Ego Petrus Polani Dei gratia Dux m. m. ss.
✠ Ego Johannes Aurio Judex m. m. ſs.
✠ Ego Baſilius m. m. ſs.
✠ Ego Dominicus Badovario Judex m. m. ſs.
✠ Ego Marcus a corame m. m. ſs.
✠ Ego Petrus Aurio m. m. ſs.
✠ Ego Johannes Willari m. m. ſs.
✠ Ego Dominicus Michael m. m. ſs.
✠ Ego Martinus Gorio m. m. ſs.
✠ Ego Alexander Bragadino m. m. ſs.
Ego Marinus Presb. & Not. complevi & roboravi.

Le-

(1) Rodeſtum ſeu Rodiſtum Urbs eſt in Thracia ad litora Maris Propontiaci.

Legati Venetorum apud Imperatorem Græcum executioni mandari præcipiunt privilegia a Petro Polano Duce conceſſa Eccleſiæ S. Georgii de Rodiſto.

K 1147. Septembris.

Ex Autographo in Archivo Monaſterii S. Georgii Majoris.

Dominicus Maurocenus atque Andreas Genus legati Domini Noſtri Petri Polani glorioſi ducis totiusque noſtri communis ad D. Hemanuelem Imperatorem directi omnibus veneticis de redeſto notum fieri volumus quoniam ante noſtram, & aliorum bonorum virorum preſentiam veniens Dominicus Babilonius Prior Eccleſiæ S. Georgii de eodem redeſto oſtendit nobis quod Venetici qui ibidem morantur & negociantur contra conceſſionis cartulam quam prefatus Dominus noſter Dux ſibi fecerat agere diſponebant. Quo audito partem quorumdam Veneticorum de redeſto noſtro publicæ curie cum predicto priore in audientia communi pro eodem negocio venire fecimus. Quibus litigantibus manum ambarum parcium tulimus ut quicquid ſuper hoc concorditer dicere velimus utraque pars obediens foret metra (1) quidem & rubos & ſtateras ibi ſupraſcripta Eccleſia habeat ſicut in conceſſionis carta Domini noſtri ducis continetur. Ad hæc ſtatuentes ſtatuimus & confirmando confirmamus ut Veneticus pro unoquoque miliario (2) ſupraſcripto Priori & qui per ſucceſſiones ibidem fuerint duos ſtamines perſolvat & grecus quattuor tani (4) de ſtatera quam & de rubo & miliare olei ſi vero neceſſe fuerit habeat Veneticus medium metrum & rubum apud ſe & eum ipſo vendat uſque ad quinquaginta libras & ſi ultra ipſas quinquaginta libras vendere voluerit tollat metrum de predicta Eccleſia & pro unoquoque metro perſolvat ei unum tartaro (5) & penſaverit per minutum ultra quinquaginta libras debeat de Eccleſia ſupraſcripta tollere rubum & dare ſicut per racionem advenerit ſtamines duos per miliare abſque omni contentione. Quiſquis autem huic actioni contraire preſumpſerit non ſolum ut honoris patrie diminutor contemptorque erit reprobandus ſed & bandum Curie Domini noſtri Ducis ſciet ſe emendaturum utque verius credatur nos componi feciſſe has litteras propria quoque manu ſubſcripſimus.

✠ Ego Dominicus Maurocenus m. m. ſs.
✠ Ego Andreas Geno m. m. ſs.
✠ Ego Raimerius Entius tt. ſs.
✠ Ego Marcus Maurocenus tt. ſs.
✠ Ego Otto Contarenus tt. ſs.
✠ Ego Stephanus Pantaleo tt. ſs.
✠ Ego Johannes . . . tt. ſs.
✠ Ego Johannes da noale Subdiac. & Not. ex juſſione ſupraſcriptorum legatorum complevi & roboravi anno Domini milleſimo centeſimo quadrageſimo ſeptimo menſe Septembris Indictione undecima Conſtantinopoli.
✠ Ego Bogodano Badovario vidi in matre teſtificor in filia.
✠ Ego Stephanus Venerius ſicut vidi in matre ita teſtificor in filia.
✠ Ego Aurio Maſtropetro vidi in matre teſtis ſum in filia.

Ego Vitalis Presb. & Not. exemplavi hoc exemplum ex una alia matre percurrente anno Domini milleſimo centeſimo quadrageſimo nono Indictione duodecima rodeſto nec minui nec ampliavi complevi & roboravi.

Ste-

(1) *Metrum* idem fortaſſe eſt ac *metreta*. Beverinius in erudito opere *de ponderibus, & menſuris antiquorum* nullam de metro mentionem ingerit. Metreta vas erat ad menſuram continens centum viginti libras aquæ, vel vini.
(2) *Milliarium* nempe pondus mille librarum.
(3) *Stamina* ſeu ſtamena parva moneta ænea, de qua fuſe Cl. V. Sebaſtianus Pauli in *Mantiſſa* ad Beverinii opus pag. 231.
(4) Nec *Tani*, nec *Rubi* recenſentur a ſupralaudato Beverinio.
(5) *Tertartarum* nummus erat æreus, quartæ parti denarii æquivalens, qui etiam aliquando nominatus invenitur *Tartaronum*.

Stephanus Capello fatetur, ſe recepiſſe a Priore S. Marci de Embolis de Conſtantinopoli quandam pecuniæ ſummam, pro qua loco pigneris tradit ei terras poſitas in Larmiro de Conſtantinopoli.

L 1150. Decembris.

Ex Autographo in Archivo Monaſterii S. Georgii Majoris.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti anno Domini milleſimo centeſimo quinquageſimo menſis decembris Indictione quartadecima Conſtantinopoli. Maniſeſtus ſum Ego quidem Stephanus Capello de majoribus cum meis heredibus. Quia recepi de te quidem domno Petro monacho priori S. Marci (1) noſtri emboli (2) de Conſtantinopoli & tuis ſucceſſoribus perperos (3) auri bonos novos peſantes octignentos viginti duos quos tu mihi dediſti & preſtitiſti in meis utilitatibus, & neceſſitatibus peragendis. In tali vero placito noſtraque convenienti ut eos apud me retinere debeam amodo in antea quod eſt primo die iſtius menſis decembris uſque triginta dies completos. Cum autem pervenerimus ad triginta predictos dies complectos tunc ipſos tuos ſupraſcriptos octignentos viginti duos perperos auri bonos novos peſantes tibi ſine omni intermiſſione aut aliquo interpoſito capitulo dare & deliberare debeam. Quod ſi te ad conſtitutum terminum non deliberavero & apagavero tunc ipſos tuos ſupraſcriptos octignentos viginti duos perperos auri bonos novos peſantes in duplo tibi dare & emendare debeam abſque omni contentione, & ulla litigatione & inde in antea totum caput & duplum prode laborare debeat de quinque ſex per annum; pro majori autem firmitate poſui rerum fiducie & loca pignoris hoc eſt cuncta & ſuper tota illa mea terra quam ego quondam tempore comparavi in larmiro de nicola pillari greco habitatore in eodem armiro per cartulam grece ſcriptam ut in ea legitur, & cum omnibus ſuis manſionibus & edificiis quæ ego ſuper eandem terram fieri feci, & cum omnibus ſuis habentiis & pertinentiis intus & foris ſurſum & deorſum que tam ſubtus terram quam ſupra terram ibi adeſſe noſcuntur. Secundum quod ibi in larmiro poſita eſt uno ſuo capite firmante in mare alio ſuo capite firmante in terra S. Georgii de larmiro uno ſuo latere firmante in calle ejuſdem S. Georgii & alio ſuo latere firmante in terra que fuit bonifatii betani. Hanc talem totam meam ſupraſcriptam terram cum omni ſua longitudine & latitudine cum capitibus & lateribus ſuis cum omnibus ſuis manſionibus & edificiis que ego ſuper eandem terram fieri feci & cum omnibus ſuis habentiis & pertinentiis intus & foris ſurſum & deorſum que tam ſub terra quam ſupra terra ibi adeſſe noſcuntur tibi obligo & in pignore pono pro ipſo tuo ſupraſcripto precio pro capite & duplo omnia in duplum valente ut ſi minime fecero ſilicet ſi te ad conſtitutum terminum non deliberavero eo ordine quo ſupra legitur tunc perperos in duplum & prode de ipſo tuo ſupraſcripto precio tribuat tibi poteſtas

(1) Duas in Urbe Byzantina extitiſſe Eccleſias Divo Marco Evangeliſtæ ſacras refert Cangius, unam juxta Forum, quod Tauri appellatur; Alteram vero in Blachernis, quæ etiam Divo Petro Apoſtolo ſacra erat, imperante Juſtiniano erecta. Veriſimile eſt Eccleſiam S. Marci de Embolis diverſam ab his fuiſſe, eamque prætermiſſam fuiſſe a Cangio, ut pote ab aliis ſcriptoribus innominatam.

(2) *Embolus*, ſeu Imbolus, eſt Urbis angiportus.

(3) De *Perperis*, ſeu hiperperis, ſatis dictum eſt in notis ad Eccleſiam S. Silveſtri, Operis hujus Tom. III. pag. 12.

ſtas accedere & dominare ipſum tuum pignus tanquam per legitimum documentum nullo tibi homine contradicente. Sciendum eſt enim quod ego omnibus diebus vite mee per me & per meum miſſum ſecundum meam propriam voluntatem ſtare & habitare debeo & mea ſervicia facere diebus & noctibus in illis duobus cuunclis .. & duabus ſalis cum ſuis eliacon de prædictis manſionibus & in illa caneva que poſita eſt juſta S. Georgium abſque omni contradictione precii. Ad obitum namque meum debent hec omnia remanere in te abſque omni altercatione & contraditione & tuis ſucceſſoribus. Tamen ego debeo manutenere predictis cuunclis & ſalis & liacon & predicta caneva in tectis & in ceteris neceſſariis ✠ Signum ſuprascripti Stephani Capello qui hec rogavit fieri ✠ Ego Craton Dandulo tt. ſs. ✠ Ego Octaviano Martinatio tt. ſs. ✠ Ego Petrus paſcale tt. ſs. Ego Henricus Vallareſſus Presb. & Not. Pleb. S. Akidani complevi & roboravi.

✠ Ego Filibus Michael ſicut vidi in matre teſtis ſum in filia.
✠ Ego P. Navigaroſo vidi in matre teſtificor in filia.
✠ Ego D. Jeno vidi in matre teſtificor in filia.

Ego Girlando Carnello Presb. & Pleb. Eccl. S. Martini Minoris Clugie hoc exemplum exemplavi in menſe Januarii & Indictione quintadecima & anno Domini milleſimo centeſimo quinquageſimo primo nec minui nec ampliavi, complevi & roboravi.

Stephanus Capello tradit & reſſignat Priori S. Marci de Embolis de Conſtantinopoli quaſdam terras, de quibus fatetur ſe pretium recepiſſe.

1150. Decembris.

Ex Autographo in Archivo Monaſterii S. Georgii Majoris.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti anno Domini milleſimo centeſimo quinquageſimo menſis Decembris Indictione quartadecima Conſtantinopoli. Scribere rogavi Henricum valareſſum Presb. & Notarium Plebanum S. Akynodani hanc documenti paginam. Ego quidem Stephanus Capello de majoribus cum meis heredibus venditor quam cartulam tradidi & eam ad ſcribendum inſtruxi ubi propria manu ſubter firmavi teſtes rogavi ad ſubſcribendum. Conſtat enim me ab hodie ſub duplo revendidiſſe & vendidi atque tradidiſſe tradidi optime & abſolute ſine omni reprehenſione tibi quidem domno Petro Monacho Priori S. Marci noſtri emboli de Conſtantinopoli & tuis ſucceſſoribus ſeu poſteris tuis in perpetuum poſſidendum hoc eſt cuncta & ſuper tota illa mea terra quam ego quondam tempore comparavi in larmiro de Nicola Pillari greco habitatore in eodem armiro per cartulam grece ſcriptam ut in ea legitur & cum omnibus ſuis manſionibus & edificiis que ego ſuper eandem terram fieri feci & cum omnibus ſuis habentiis & pertinentiis intus & foris ſurſum & deorſum que tum ſubtus terram quam ſupra terram ibidem adeſſe noſcuntur ſecundum quod ibi in larmiro poſita eſt. Uno ſuo capite firmante in mare alio ſuo capite firmante in terra S. Georgii de larmiro. Uno ſuo latere firmante in cale ejuſdem S. Georgii & alio ſuo latere firmante in terra que fuit Bonifacii Bettani. Hanc totam ſuprascriptam meam terram cum omni ſua longitudine & latitudine cum capitibus & lateribus ſuis & cum omnibus ſuis manſionibus & edificiis que ego ſuper eandem terram fieri feci & cum omnibus ſuis habenciis & perti-

n en-

nentiis intus & foris ſurſum & deorſum, in quæ tam ſubtus terram quam ſupra terram ibi adeſſe noſcuntur, & ſi etiam a me hactenus uſque modo poſſeſſa & dominata fuit ita ea omnia tibi & in tua do & transfacto pleniſſima poteſtate habendi tenendi vendendi dominandi comutandi & in perpetuum poſſidendi aut quicquid tibi placuerit faciendi nullo tibi homine contradicente. Precium autem placitum ac diffinitum completum de te inde recepi perperos auri bonos novos peſantes octigentos viginti duos & nihil inde remanſit quod te amplius requirere debeamus. Inſuper autem promittens promitto tibi amodo in antea uſque ad quinque annos complectos te defenſare ab omnibus hominibus tibi de ipſa predicta terra cum omnibus ſuis manſionibus & edificiis proclamantibus & calumniantibus vel te inde expellere volentibus ei parte vel in toto propter violentia populi & ſeniores. Quod ſi unquam tempore aut a me vel ab aliquibus perſonis inde pulſatus vel ejectus fueris & minime vos inde eo ordine ut prædictum eſt defenſare noluero vel non potuero ab his qui te inde expellere voluerint ex parte vel ex toto aut contra hanc cartulam ire temptavero tunc componere promitto cum meis heredibus & tuis ſucceſſoribus auri libras quinque. Simulque omnem melioracionem que in ea de terra & manſionibus facta fuerit & poſt ſolutum proſtimum maneat hec documenti & defenſionis cartula in ſua firmitate. Sciendum eſt enim quod ego omnibus diebus vite mee per me & per meum miſſum ſecundum meam propriam voluntatem ſtare & habitare debeo & in ea ſervicia facere diebus & noctibus in illis duobus cuunclis & duabus ſalis & cum ſuis eliacon de predictis manſionibus & in illa caneva que poſita eſt juxta S. Georgium abſque omni contradictione precii ad obitum meum hec omnia remanere in te abſque omni altercatione & contradictione & tuis ſucceſſoribus. Tamen ego debeo manutenere predictis cuunclis & ſalis & liacon & predicta caneva in tectis & in ceteris neceſſariis ✠ Signum ſupraſcripti Stephani Capello qui hec rogavit fieri.

✠ Ego Craton Dandulo tt. ſs. ✠ Ego Octaviano Martinacio tt. ſs.

✠ Ego Henricus Valereſſus Presb. & Not. Pleb. S. Akydani complevi & roboravi.

✠ Ego P. Navigarolo vidi in matre teſtifico in filia.

✠ Ego Filippus Michael ſicut vidi in matre teſtis ſum in filia.

✠ Ego Petrus Grilioni ſicut vidi in matre teſtis ſum in filia.

Ego Girlando Carnello Presb. & Pleb. Eccl. S. Martini minoris Clugiæ & Not. hoc exemplum exemplavi in menſe Januarii & Indictione quintadecima & anno Domini milleſimo centeſimo quinquageſimo primo nec ampliavi nec minui complevi & roboravi.

Stephanus Capello tradit, & reſſignat Priori S. Marci de Embolis de Conſtantinopoli quaſdam terras, de quibus fatetur ſe pretium recepiſſe.

1150. Januarii.

Ex Autographo in Archivo Monaſterii S. Georgii Majoris.

In nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Anno Dom. milleſimo centeſimo quinquageſimo menſis Januarii Indictione quartadecima Conſtantinopoli. Plenam & irrevocabilem ſecuritatem facio Ego quidem Stephanus Capello de majoribus cum meis heredibus & ſucceſſoribus tibi quidem do-

domno petro monacho priori S. Marci noſtri emboli de Conſtantinopoli & tuis ſucceſſoribus ſeu poſteris tuis ad poſſidendum in perpetuum vel quicquid vobis placuerit faciendi de cuncta & ſupertota illa terra que ego quondam tempore comparavi in larmiro de Nicola Pillari greco habitatore in eodem armiro per cartulam grece ſcriptam ut in ea legitur & cum omnibus ſuis manſionibus & edificiis que ego ſuper eandem terram fieri feci & cum omnibus ſuis habentiis & pertinentiis intus & foris ſurſum & deorſum quæ tam ſuptus terram quam ſupra terram ibi adeſſe noſcuntur ſecundum quod ibi in larmiro poſita eſt. Uno ſuo capite firmante in mare alio ſuo capite firmante in terra S. Georgii de larmiro uno ſuo latere firmante in cale ejuſdem S, Georgii alio ſuo latere firmante in terra que fuit Boniſacii Betani. Hanc namque totam prenominatam terram cum omni ſua longitudine latitudine cum capitibus lateribus ſuis & cum omnibus ſuis manſionibus & edificiis que ego ſuper eandem terram fieri feci & cum omnibus ſuis habenciis & pertinentiis intus & foris ſurſum & deorſum que tam ſuptus terram quam ſupra terram ibi adeſſe noſcuntur tibi in pignore poſui per cautionis cartulam quam tibi feci continente de capitanea perperos auri bonos novos peſantes octingentos viginti duos ſed quia in termino conſtituto exinde te minime deliberavi & apagavi ideo propter capud & duplum de ipſo tuo ſupraſcripto precio tota prenominata terra cum omnibus ſuis prefatis manſionibus & edificiis copertis & diſcopertis & cum omnibus ſuis habentiis & pertinentiis intus & foris ſurſum & deorſum que tam ſubtus terram quam ſupra terram ibi eſſe noſcuntur in utroque ordine ſicut ab auctoribus & proauctoribus & a ſupraſcripto Nicola pillari greco fuit habita retenta & a me actenus uſque modo dominata ita in tua & ſucceſſorum tuorum pleniſſima remaneat poteſtate habendi tenendi vendendi donandi comutandi & in perpetuum poſſidendi aut quicquid vobis placuerit faciendi cum omni vigore & robore de ipſa ſupraſcripta cautionis cartula quam etiam de omnibus cartulis majoribus ac minoribus novis & veteribus ad eandem terram & manſionibus cum omnibus ſuis edificiis pertinentibus nullo vobis homine contradicente quia nihil inde remanſit quod vos amplius requirere debeamus. Tamen quia ego omnibus diebus vite mee debeo ſtare & habitare in illis duobus cuunclis cum ſuis ſalis & liacon de predictis manſionibus & mea ſervicia ibi facere diebus & noctibus per me & per meum miſſum ſine omni dacione precii & debeo ſimiliter habere illa caneva que eſt poſita prope S. Georgium de larmiro. Ego quoque debeo manutenere ipſis duobus cuunclis & ſalis & liacon & dicta caneva in tectis & ceteris neceſſariis uſque dum vixero ad obitum namque meum de hoc hec omnia remanere in vobis & ſucceſſoribus veſtris ſine omni contradictione. Inſuper autem ego debeo te inde defenſare a modo in antea uſque ad quinque annos completos ab omnibus hominibus tibi de ipſa predicta terra cum omnibus ſuis manſionibus & edificiis proclamantibus & calumniantibus vel te inde expellere volentibus ex parte vel ex toto propter violentiam populi & ſeniores & nihil inde remanſit quod vos amplius requirere debeamus, Quod ſi quocunque tempore de ſupraſcriptis omnibus capitulis aliquid requirere temptavero & te de ſupraſcripta terra & omnibus ſuis manſionibus & edificiis quantum ad eam pertinet ab intus & foris ſurſum & deorſum in utroque ordine defenſare noluero vel non potuero ab omnibus hominibus tibi inde calumpniantibus aut te inde expellere volentibus ex parte vel ex toto propter violentia populi & ſenioris aut contra hanc cartulam ire temptavero tunc totum ſupraſcriptum precium capud & duplum cum meis heredibus & ſucceſſoribus tibi & tuis ſucceſſoribus in duplo reſtituere debeam & inſuper auri libras quinque vobis emendare promittimus. Simulque omnem

me-

meliorationem que in eadem terra & manſionibus facta fuerit & poſt ſolutum proſtimum maneat hec ſecuritatis & defenſionis cartula in ſua firmitate. ✠ Signum ſupraſcripti Stephani Capello qui hec rogavit fieri. ✠ Ego Petro Mauroceno tt. ſs. ✠ Ego Craton Dandulo tt. ſs. ✠ Ego Dominicus.... tt. ſs. Ego Henricus Vallareſſus Presb. & Not. Pleb. S. Akydani complevi & roboravi.

✠ Ego Petrus Beligno ſicut vidi in matre ita teſtificor in filia.
✠ Ego Joannes Lando ſicut vidi in matre ita teſtificor in filia.
✠ Ego P. Navigarolo ſicut vidi in matre ita teſtificor in filia.

Ego Girlando Carnello Presb. & Pleb. Eccl. S. Martini minoris Clugie & Not. hoc exemplum exemplavi in menſe Januarii Indictione quartadecima anno Domini milleſimo centeſimo quinquageſimo primo nec minui nec ampliavi complevi & roboravi.

Natalis Betani donat Eccleſiæ, & Priori S. Georgii de Armiro unum ædificium a ſe conſtructum.

M 1156. Martii.

Ex Autographo in Monaſterio S. Georgii Majoris Venetiarum.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti anno Dom. milleſimo centeſimo Quinquageſimo ſexto Menſe Martii Indictione quarta Armiro. Magnus donacionis eſt titulus, ubi caſus largitatis nullus reperitur, ſed ad firmamentum muneris ſufficit animus largientis. Quapropter ego quidem Natalis Betani de confinio S. Rafaelis cum meis heredibus nullo penitus cogente aut ſuadente, nec vim inferente, ſed optima & ſpontanea mea bona voluntate, & pro maximo bono & remedio anime mee in Dei & Chriſti nomine do, dono, concedo, atque tranſacto ad Eccleſiam Dei & Beati Georgii de ſupraſcripto armiro, hoc eſt fabrica una petrinea cooperta, quam ego feci ſuper terram elia pigiari greco, que ſupraſcripta fabrica eſt conjuncta in capite ordine ... & caſarum, quibus ego morabar, de qua tota & ſuper cuncta prefata fabrica cum ſua copertura tu Marcus Julianus Prior ſupraſcripta Dei Eccleſia, & tuis ſucceſſoribus poteſtatem inde habeas in perpetuum proſuturum poſſidendum, ita tibi & ſupraſcripta Dei Eccleſia do, & tranſacto pleniſſimam poteſtatem habendi tenendi, vendendi, donandi, commutandi, & quicquid inde tibi placuerit faciendi nullo tibi homine contradicente: unde promittens promitto, ut nullo unquam tempore contra hanc meam donacionis cartulam quam tibi & ſupraſcripte eccleſie bono animo feci ire non debeam non per me ipſum neque per ceteros meos heredes neque per aliquam ſubmiſſam perſonam hominum. Quoniam in legibus piiſſimorum auguſtorum preceptum eſt, ut quidem ſemel datum vel donatum fuerit nullo modo revocetur. Quod ſi unquam tempore contra hanc preſentem donacionis cartulam ire temptavero, aut eam corrumpere vel frangere preſumpſero, tunc componere promitto cum meis heredibus auri li-

bras quinque tibi, & tuis ſucceſſoribus & ſupraſcripta Dei Eccleſia & hec donationis & promiſſionis cartula maneat in ſua firmitate.

Signum ſuprascripti Natalis, qui hec fieri rogavit.

✠ Ego Johannes Venerio tt. ſs.
✠ Ego Marcus Aurio tt.
✠ Ego Petrus Urſo tt. ſs.

Ego Bonuſſenior Faturninus Presb. & Not. complevi & roboravi.

Ugo Abbas S. Mariæ in Adrianopoli concedit Monaſterio S. Georgii Majoris Venetiarum Eccleſiam S. Mariæ in Rodiſto.

N 1157. Octobris.

Ex Autographo in Archivo Monaſterii S. Georgii Majoris.

IN nomine Domini Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Anno milleſimo centeſimo quinquageſimo ſeptimo Menſis Octobris Indictione ſexta Conſtantinopoli. Ne forte, quod conceditur oblivionis errore fraudetur, expedit ſcripture teſtimonio confirmari, ne inpoſterum aliquid diſſidium vel ſcandalum exinde valeat oriri. Igitur ego quidem Ugo Abbas Monaſterii S. Mariæ in Adrianopoli, ac omnis conventus ſub Dei & meo regimine degentem in prefato monaſterio cum noſtris ſucceſſoribus damus atque concedimus Monaſterio S. Georgii de Veneciis, & tibi domno Leonardo Abbati ejuſdem monaſterii & toto tuo conventui & veſtris ſucceſſoribus unam eccleſiam ad honorem S. Marie conditam, quæ eſt juris noſtri monaſterii poſita in Rodiſto juxta locum, qui dicitur fontega in ruga fracigenorum foras muros civitatis. Hanc ergo predeſignatam eccleſiam, ſicuti eſt poſita in prefato loco, ſecundum quod a nobis & a noſtris predeceſſoribus dominata, & poſſeſſa, & retenta fuit, & ſecundum quod eam habemus cum ſuis omnibus manſionibus parvis & magnis ſuperius & inferius, cum ſuo hoſpitali, & cum ſuo horto, & cum omnibus cartulis novis, & veteribus grecis & latinis ad eandem Eccleſiam pertinentibus, & cum omni vigore & robore de ſuprascriptis cartulis, nec non cum omnibus ſuis habentiis & pertinentiis ab intus & foris ante & retro, & cum omnibus ſuis hedificiis, que tam ſubtus terram, quam ſupra terram ibidem adeſſe noſcuntur. Ita vero ut eandem eccleſiam, ut ſupra dictum eſt, amodo in antea perpetuis temporibus habere, retinere, & poſſidere debeatis, & per omnia inde nos foris facimus, & in veſtro monaſterio refutamus, & in veſtra veſtrorumque ſucceſſorum poteſtatem eam damus atque tranſactamus habendi, tenendi, dominandi & tanquam per legitimum documentum jure perpetuo poſſidendi abſque noſtra & omnium ſucceſſorum noſtrorum contrarietate. Salvo tamen quod . . . per ſingulos annos in menſe Septembri debeatis dare noſtro monaſterio, & nobis vel noſtro miſſo per vos aut per veſtrum miſſum tres libras olei per luminaria. Et quandocunque pertranſierimus per terram prefate Rodiſto nos vel noſtros monachos,

choſ, noſtroſque ſucceſſores aut eorum monachos debemus habere hoſpitium & albergationem in prefata Eccleſia S. Mariæ ſine veſtro expendio. Inſuper autem promittentes promittimus, ut nullo unquam tempore, neque per nos vel per noſtros ſucceſſores vel per aliquam perſonam a nobis ſubmiſſam vos vel veſtros ſucceſſores inquietare vel expellere inde debeamus. Immo a nobis & noſtris ſucceſſoribus ſemper ſecuri & quieti inde permaneatis, quia nihil inde remanſit, unde vos amplius requirere debeamus. Salvo tamen illud quod ſupradictum eſt, quod nobis & noſtro monaſterio perſolvere debetis. Quod ſi quocunque tempore contra hanc conceſſionis cartam ire temptaverimus, vel ſi omnia ſuprafcripta vobis perfecte non obſervaverimus, tunc emendare debeamus cum noſtris ſucceſſoribus vobis & veſtris ſucceſſoribus auri libras decem & hæc conceſſionis & promiſſionis ac ſecuritatis carta maneat in ſua firmitate.

✠ Ego Ugo Beatæ Mariæ Adrianopolis Abbas mea propria ſcripſi manu.

✠ Ego Severinus Prior mm. ſs. ✠ Signum Wielmi Monachi.

Ego Joannes Tcanus Presb. & not. complevi & roboravi.

Dominicus Prior Eccleſiæ S. Marci de Conſtantinopoli ſubiectæ Monaſterio S. Georgii Majoris ob gravamina ſibi illata a Vicario Patriarchæ Gradenſis, ſe committit ſub protectione Innocentii Papæ III.

O 1199. 12. Decembris.

Ex Autographo in Archivo Monaſterii S. Georgii Majoris Venetiarum.

IN nomine Chriſti Amen. In preſentia & teſtimonio videlicet Johannis ſignoli Priori Eccleſiæ S. Nicolai Venetorum, (1) & Presbyteri bucti priori Eccleſiæ S. Mariæ de Embulo (2) & presbyteri Zacharie & Bonifacii ſulmulo judicis venetorum Guidocii Superancii, adque Frigarii Quirini Presb. Dominicus Prior Eccleſiæ S. Marci in Conſtantinopoli Venetorum juriſdictionis Monaſterii S. Georgii de Veneciis olivolenſis Epiſcopatus Presb. Stephano reverendi Johannis Signoli gradenſis Patriarche vicario dixit ob minis ab eo illatis ſuam Eccleſiam officio debere privari niſi ei prandium preſtaret & ad feſtum S. Marci invitaret quod nunquam a ſuis predeceſſoribus queſitum fuerat prædeceſſoribus ejus. Ideo . . . previdit ne in futuro aliquod gravamen in aliquo contingere potuiſſet prenominatam Eccleſiam & ſe & clericos in ea commorantes & officia & beneficia & omne jus quod ad juriſdictionem

(1) Quattuor olim in Urbe Conſtantinopolitana extabant Eccleſiæ Divo Nicolao dedicatæ. Prima intra ſepta magni Palatii, cujus meminit Anna Comnena in Alexiade lib. 11. p. 52. Altera verſus Blachernas, de qua in Chronico Alexandr. in Heraclia pag. 904. 906; Tertia cognomento Baſilidiana, quia a Baſilide Patritio ædificata Juſtiniani Imperatoris tempore, ut notat Procopius de Bello Perſico cap. xxiv. Ultima denique titulo Sanctorum Nicolai, & Auguſtini Epiſcopi Cantuarienſis, ut refert Gotſelinus lib. 1. cap. xxvi. de Miraculis ejuſdem S. Auguſtini. Probabile eſt ſecundam in Venetorum jura deveniſſe, ex aliis enim monumentis conſtat Venetos *verſus Blachernas* domos olim & terras poſſediſſe.

(2) De Eccleſia S. Mariæ *de Embulo* nulla mentio affertur in Antiquitat. Chriſtian. Conſtant. probabile tamen eſt alio nomine olim nuncupatam fuiſſe; plurima enim in regia urbe extabant, tum Templa, tum Monaſteria Deiparæ Virgini ſacra, quæ in ſua Conſtantinopoli Chriſtiana recenſet Cangius lib. iv.

nem ſupraſcriptæ Eccleſiæ pertinent ſub protectione Sanctiſſimi Apoſtolici Domini Innocentii commiſit & ſupraſcriptum Presbyterum Stephanum ab omni gravamine, & de ſupraſcriptis appellavit. Actum eſt hoc in Eccleſia S. Akyndani Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimononageſimo nono Menſe Decembris die duodecimo intrante Indictione.

Ego Sergius Presbyter Capitularis Sanctæ Apoſtolicæ Sedis auctoritate Notarius ſupradictis interſui, & a prefato Dominico Presbytero rogatus ſcripſi ideoque firmavi.

Thomas Maurocenus (1). *Patriarcha Conſtantinopolitanus Eccleſias Venetorum Conſtantinopoli poſitas, & Patriarchæ Gradenſi, ſeu aliis Prælatis Venetis ſubiectas ab omni Patriarchæ Conſtantinopolitani ſubjectione exemptas eſſe, declarat.*

P. 1205. 15. Maii.

Ex Archivo S. Georgii Majoris Venetiarum.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Anno Incarnationis ejuſdem milleſimo ducenteſimo quinto menſis madii die quintodecimo intrante eodem menſe, Indictione octava Rivoalti. Dignitatis noſtræ officium decenter utiliter tunc exequi comprobamus & ipſis Eccleſiis jura ſua illibata curamus, & integra conſervamus. Sicut enim nulli ultra quam mereatur aliquid a nobis eſt favore gratie concedendum, ita nemini qui ſui juris eſſe dinoſcitur a nobis eſt ullatenus denegandum. Igitur Nos Thomas Maurocenus divina favente gratia Conſtantinopolitanus Patriarcha, quia manifeſtum & certiſſimum nobis eſt, quod Venetorum Eccleſie, que tam in urbe Conſtantinopolitana ſunt, quam in aliis imperii partibus conſtitute, nulli Patriarcharum Grecorum fuere aliqua unquam contradictione ſubiecte, ſed in omnibus in ſpiritualibus & temporalibus ſine exactione aliqua cum omnibus pertinentiis ſuis libere. Licet Dominus Papa Innocentius conceſſerit nobis in cunctis Romanis Eccleſiis plenam & integram juriſdictionem habere. In hoc ſiquid juris habemus vel racione privilegii, vel conceſſionis a dicto Domino Summo Pontifice nobis facte aut modo aliquo alio ipſi juri noſtro noſtrorum canonicorum conſenſu prorſus renunciamus. Ut Eccleſie ipſe ſua juſticia non private plene ſuo jure utantur & ſine aliqua alia exactione ſint libere & ab omni noſtra & ſucceſſorum noſtrórum juriſdictione exempte. Hec autem que continentur ſuperius canonicorum noſtro conſenſu cum noſtris ſucceſſoribus Nos promittimus ſervaturos & ſi in aliquo contra temptaverimus veniendum vobis Dom. Benedicto Faletro Gradenſi per Dei gratiam Patriarche ve-

(1) Thomas Maurocenus primus fuit ex Patriarchis Latinis electus poſt captam a Venetis, & Gallis Urbem Conſtantinopolim. De eo ejuſque electione Andreas Maurocenus *Acquiſto di Conſtantinopoli*, Lequienius in *Oriente Chriſtiano*, & alii. Paulus Maurocenus Hiſt. Ven. C. VI. pag. 158. aſſerit, ex Congregatione monachorum Camaldulenſium aſſumptum fuiſſe ad Patriarchatum Conſtant. De hoc viri inſtituto nihil omnino cæteri Scriptores.

veſtriſque ſucceſſoribus, & omnibus Epiſcopis veſtris Abbatibus aliarumque Eccleſiarum prelatis, qui Eccleſias habent in Imperio ſupradicto eorumque ſucceſſoribus unicuique, cui non ſervatur promiſſio ſupradicta cum noſtris ſucceſſoribus debeamus pene nomine emendare marcas puri argenti centum & pena ſoluta, que ſupradicta ſunt firma ſemper in perpetuum perſeverent. Ego Thomas Mauroſenus Dei gratia Sancte Conſtantinopolitane Eccleſie Patriarcha m. m. ſs. Signum Nicolai Tinto Presb. & Plebani S. Nicolai Canonici S. Sophie Conſtantinopolitane Eccleſie, qui adit paratus ſubſcribi nomine ſuo rogavit. Signum Nicolai Thome Presb. Eccleſie S. Margarite Canonici ſupraſcripte Eccleſie, qui pariter ſubſcribi pro ſe rogavit. Jacobi Marrano Diac. Canonici ſupraſcripte Eccleſie, qui pro ſe ſubſcribi rogavit. Signum Adam Presb. Canonici ſupraſcripte Eccleſie, qui ſuo nomine ſubſcribi rogavit. Signum Ottonis Presb. Canonici ſupraſcripte Eccleſie, qui ſuo nomine ſubſcribi rogavit. Signum Petri Ruibulo Subdiac. Canonici ſupraſcripte Eccleſie, qui ſuo nomine ſubſcribi rogavit. Ego Martinus Presbiter & Canonicus Eccleſie Sancte Sophie m. m. ſs.

Ego Paternianus de Putheo Subdiaconus & Notarius complevi & roboravi.
Ego Paſchalis Mauro Subdiaconus & Notarius exemplum ſumptum ex autentico predicti Domini Conſtantinopolitani Patriarche ejus ſigillo munitum ſcripſi nec minui, nec ampliavi complevi & roboravi.

Petrus Ziani Dux Venetiarum bona a Marco Geno Poteſtate in Conſtantinopoli conceſſa Monaſterio Sancti Georgii Majoris confirmat.

Q 1206. Julii.

Ex Autographo in Archivo Monaſterii S. Georgii Majoris Venetiarum.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Anno Incarnationis ejuſdem milleſimo ducenteſimo ſexto menſe Julii Indictione nona Rivoalti. Quia per pietatis opera Dominus propitius invenitur ea maxime circa ſacra & reverenda loca ſunt quibus divine clementie pro cunctorum ſalute precibus continuis humiliter ſupplicatur tanto volumus devotius recolentes predeceſſorum noſtrorum veſtigia exercere quanto dignitatis & honoris prerogativa nobis major eſt attributa. Igitur nos Petrus Ziani Dei gratia Veneciarum Dalmatie atque Chrovatie Dux cum noſtris judicibus & ſapientibus conſilii collaudatione populi Veneciarum, cum noſtris ſucceſſoribus vobis dompno Marco Abbati Monaſterii S. Georgii veſtriſque ſucceſſoribus & dicto Monaſterio datum, quod Marinus Geno dilectus fidelis noſter vir Nobilis poteſtas in Conſtantinopoli loco noſtri reſidens ad Armiro, & aliis ſupraſcripto veſtro Monaſterio aſſignavit preſentis privilegii pagina confirmantes ſtatuimus, ut ea omnia jure perpetuo habeatis plena poteſtate diſponendi locandi hedificandi, redditus inde provenientes recipiendi & de ipſis redditibus quicquid veſtre voluntatis & ſucceſſorum veſtrorum fuerit faciendum nullo unquam vobis homine contradicente.

✠ Ego Petrus Ziani Dei gratia Dux m. m. ſs.

✠

✠ Ego Jacobus da Molino Judex m. m. ſs.
✠ Ego Marcus Maciamanus Judex m. m. ſs.
✠ Ego Johannes Magno Judex m. m. ſs.
✠ Ego Marinus Gradonico Judex communis m. m. ſs.
✠ Ego Petrus Juſtinianus Conſiliator m. m. ſs.
✠ Ego Jacobus Baſilio Conſiliator m. m. ſs.
✠ Ego Dominicus Delfino Avocator communis m. m. ſs.
✠ Ego Angelus Semiteculo Avocator communis mm. ſs.
✠ Ego Leonardus Maurocenus Camerarius communis m. m. ſs.
✠ Ego Dominicus Ferreta tt. ſs.
✠ Ego Marcus Incynopo tt. ſs.
✠ Ego Joannes Badovarius tt. ſs.
✠ Ego Martinus Faletro tt. ſs.
✠ Ego Jacobus Barbus tt. ſs.
✠ Ego Pancratius Contarenus tt. ſs.
✠ Ego Mattheus Quirinus tt. ſs.
✠ Ego Pancratius Baroci tt. ſs.
✠ Ego Philipus Cornario tt. ſs.
✠ Ego Marcus Toniſto tt. ſs.
✠ Ego Bartholameus Michael tt. ſs.
✠ Ego Petrus Georgius tt. ſs.
✠ Ego Benedictus Faletro tt. ſs.
✠ Ego Petrus Quirinus tt. ſs.
✠ Ego Marcus Zancayrolo tt. ſs.
✠ Ego Andreas Encius tt. ſs.
✠ Ego Marinus Donatus tt. ſs.
✠ Ego Pandolfus Betani tt. ſs.
✠ Ego Nicolaus Polani tt. ſs.
✠ Ego Jacobus Pizamano tt. ſs.
✠ Ego Dominicus Paulo tt. ſs.
✠ Ego Petrus Gauſuni tt. ſs.
✠ Ego Giberto Dandulo tt. ſs.
✠ Ego Marinus Vallareſſo tt. ſs.
✠ Ego Dominicus Terviſano tt. ſs.
✠ Ego Marcus Vallareſſus tt. ſs.
✠ Ego Petrus . . . tt. ſs.

Ego Paternianus da Putheo Subdiac. & Not. complevi & roboravi.

Petrus Ziani Dux Venetiarum, concedit Monaſterio S. Georgii Majoris Venetiarum quasdam aquas poſitas in Conſtantinopoli.

R 1207. Februari.

Ex Autographo in Archivo S. Georgii Majoris Venetiarum.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris Noſtri Jeſu Chriſti. Anno Incarnationis ejusdem milleſimo ducenteſimo ſeptimo menſe Februarii Indictione undecima Rivoalti. Quanto major potentia nobis eſt per omnipotentis gratiam attributa, tanto convenit, ut ad ea ſtudioſius intendamus, quibus Dominus propitius invenitur, & facilius ad voces petentium aures ſue pietatis inclinat. Igitur nos Petrus Ziani Dei gratia Venetiarum Dalmatie atque Chroatie Dux quarte partis & dimidie totius Romanie Imperii dominator, quia gratum Domino eſſe credimus ſi circa devote Chriſto famulantes manum proviſionis extendimus, cum noſtris judicibus & ſapientibus minoris & majoris conſilii cum noſtris ſucceſſoribus vobis Marco divino munere Abbatis Monaſterii S. Georgii veſtrisque ſucceſſoribus & ſuprascripto Monaſterio pietatis intuitu damus & perpetuo jure in Conſtantinopoli concedimus pro piſcare totam aquam, que eſt ab ultima turri de Virgioti verſus Wlacherneon quantumcumque extenditur poſſeſſio noſtra, & a domo Marini Teupulo usque ad turrim Wlachernam reſpicientem, ubi Marinus Geno, qui in Conſtantinopoli poteſtas erat, pro nobis fecit fieri murum novum pleniſſima poteſtate aquam ipſam locandi, ſicut pro dicto Monaſterio utile apparuerit, & de ipſa pro veſtra voluntate diſponendi, & infra dictum ſpatium in terra pro piſca-

ſcaria palos figendi, & inungendi ac ligandi naviculas operantium in ea ſine contrarietate cujuscunque prout tamen exigit terre conſuetudo. Salvo eo quod omnibus hominibus remanet ſemper poteſtas & libera & eundi & redeundi per ipſam aquam ſicut fuerit oportunum Volentes ut datum hoc plenam in perpetuum obtineat firmitatem.

✠ Ego Petrus Ziani Dei gratia Dux mm. ſs.
✠ Ego Propheta da Molino conſiliator mm. ſs.
✠ Ego Jacobus da Molino iudex mm. ſs.
✠ Ego Petrus Juſtinianus conſiliator mm. ſs.
✠ Ego Marcus aurio avocator mm. ſs.
✠ Ego Paulus Nayzo iudex communi mm. ſs.
✠ Ego Philippus Zancayrolo conſiliator mm. ſs.
✠ Ego Philipus Gradonicus conſiliator mm. ſs.
✠ Ego Petrus Venancio Avocator communis mm. ſs.
✠ Ego Jacobus Barbus Kamerarius mm. ſs.
✠ Ego Petrus Tanoligo mm. ſs.
✠ Ego Johannes Toniſto mm. ſs.
✠ Ego Marcus Vituri mm. ſs.
✠ Ego Johannes Badovario mm. ſs.
✠ Ego Bartholameus da canale mm. ſs.
✠ Ego Jacobus Georgius mm. ſs.
✠ Ego Dominicus cupo mm. ſs.
✠ Ego Guidolfus Betani mm. ſs.
✠ Ego Jordanus Cornario mm. ſs.
✠ Ego Henricus Polani mm. ſs.
✠ Ego Dominicus Tuſcano mm. ſs.
✠ Ego Leonardus Vallareſſus mm. ſs.
✠ Ego Johannes Venerius mm. ſs.
✠ Ego Marinus Venerio mm. ſs.
✠ Ego Angelus Faletro mm. ſs.
✠ Ego Marcus Quirinus mm. ſs.
✠ Ego Marcus Venerio mm. ſs.
✠ Ego Marcus Maciamanus mm. ſs.
✠ Ego Marinus Dandulo mm. ſs.
✠ Ego Raynero Rotulo mm. ſs.
✠ Ego Petrus Quirinus mm. ſs.
✠ Ego Bonifacius Sulmulus mm. ſs.
✠ Ego Johannes Agadi mm. ſs.
✠ Ego Dominicus Ferreto mm. ſs.
✠ Ego Frugero Tinto mm. ſs.
✠ Ego Bartholameo Michael mm. ſs.
✠ Ego Frugerius Paulo mm. ſs.
✠ Ego Johannes Teupulo mm. ſs.
✠ Ego Johannes Longo mm. ſs.
✠ Ego Leo Bembo mm. ſs.
✠ Ego Johannes Natalis mm. ſs.
✠ Ego Johannes Martinacio mm. ſs.
✠ Ego Tribunus Baraſtro mm. ſs.
✠ Ego Petrus Yſtrigo mm. ſs.

Ego Paternianus da Putheo Subdiaconus & Notarius complevi & roboravi.

Honorius III. Plebano S. Juliani mandat, ut litem inter Monaſterium S. Georgii Majoris Venetiarum, & Canonicos Juſtinopolitanos audiat, & decidat.

S **1222. 2. Maii.**

Ex Autographo in Archivo Monaſterii S. Georgii Venetiarum.

HOnorius Epiſcopus Servus Servorum Dei Dilecto filio plebano S. Juliani caſtellane diocesis Salutem & Apoſtolicam Benedictionem Dilectus filius Abbas Monaſterii S. Georgii Majoris nobis expoſuit conquerendo, quod canonici Juſtinopolitane Eccleſie ac quidam alii Juſtinopolitane dioceſis Eccleſiam Sancte Marie de monte, ac poſſeſſiones ipſius ad idem Monaſterium de iure ſpectantes contra iuſticiam detinentes, & reddere contradicunt. Ideoque diſcretioni tue per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus partibus con-

vocatis audias cauſam, & appellatione remota debito fine decidas. Faciens, quod decreveris per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia odio vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili appellatione ceſſante compellas veritati teſtimonium perhibere. Datum Alatri VI. Non. Maii Pontificatus noſtri Anno Sexto.

Honorius III. in quæſtione Monaſterii S. Georgii Majoris contra Patriarcham Gradenſem, & Epiſcopum Caſtellanum decernit, ut Monaſterium ipſum ab omni ſit jurisdictione exemptum, & Sanctæ Sedi immediate ſubiectum.

T 1224. 6. Maii.

Ex Autographo in Archivo Monaſterii S. Georgii Venetiarum.

HOnorius Epiſcopus Servus Servorum Dei: Dilectis filiis Abbati & conventui Monaſterii S. Georgii de Venetiis Salutem & Apoſtolicam benedictionem: In cauſa quæ inter vos ex parte una & venerabiles Fratres noſtros Patriarcham Gradenſem & ... Epiſcopum Caſtellanum ſuper ſubjectione veſtri Monaſterii ex altera vertebatur invenimus pro Patriarcha probatum quod in ipſo Monaſterio recipiebatur proceſſionaliter cum incenſo aqua benedicta & ycona (1) & quando revertebatur a Grado pulſabantur ibi campanæ (2) ſicut in aliis Eccleſiis civitatis: & quod Abbas quandoque ivit ad Synodum Patriarchæ quinquaginta ſolidorum Venetorum minorum ei per plures annos eſolvens. Probatum vero pro Epiſcopo invenitur qui ejuſdem Monaſterii confirmavit Abbates, qui ei obedientiam & reverentiam impenderunt. Abbates etiam ejuſdem Monaſterii ad Sinodos veniebant Epiſcopi & idem ad exequias invitatus recipiebatur proceſſionaliter cum ſolemnitate predicta ac ſimiliter invitatus in feſto Beati Georgii procurationes recipiebat ibidemque in barcha ſua in feſto purificationis beate virginis conducebant. Cum autem primo in hiis poſſeſſorio egerint Patriarcha & Epiſcopus memorati vos eos ad poſſeſſionem vel quaſi reſtituimus predictorum. Verum quia hinc inde petitorio nihilominus actum fuit & utraque pars totum jus ſuum videtur in judicium deduxiſſe. Nos viſis predeceſſorum noſtrorum privilegiis Monaſterium ipſum de fratrum noſtrorum conſilio liberum eſſe decernimus & immediate ad Romanam Eccleſiam pertinere illud in premiſſis & aliisque jurisdictionem & ſubjectionem reſpiciunt ab inpetitione dictorum Patriarche & Epiſcopi abſolventes non obſtante poſſeſſione circa predicta probata cum non docuerint ſe tanto tempore alia percepiſſe quod per hoc libertatis fuerit privilegiis derogatum. Reſervantes tamen Epiſcopo ſupradicto que circa criſma oleum ſanctum ordinationes clericorum & quedam alia in eisdem privilegiis ſpecialiter reſervantur. Ad hec cum de premiſſis quinquaginta ſoldis ad ſubiectionis indicium a Patriarcha ſit actum per ſententiam hujusmodi ei non adimimus ſi alio iure de ipſis experiri voluerit poteſtatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre diffinitionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei & Beat. Apoſtolorum ejus Petri & Pauli ſe noverit incurſurum.

Datum Laterani II. nonas Maii Pontificatus noſtri Anno Octavo.

Hono-

(1) Recipere cum *ycona*, idem eſt, ac imaginem ſacram exhibere ad oſculandum.

(2) Pulſabantur Campanæ civitatis, quando Patriarcha revertebatur a Grado poſt ſolemnitatem S. Hermacoræ, vel poſt coactum ibi Provinciale Concilium, cui adeſſe tenebantur Epiſcopi ſuffraganei.

Honorius III. Abbati S. Cypriani, ejusque Collegis mandat, ut Monaſterium S. Georgii Majoris ab omni Patriarchæ Gradenſis, & Epiſcopi Caſtellani jurisdictione eximant, atque Sanctæ Sedi immediate ſubjiciant.

V 1224. 7. Maii.

Ex Autographo in Archivo Monaſterii S. Georgii Majoris.

HOnorius Epiſcopus Servus Servorum Dei: Dilectis filiis Abbati Sancti Cypriani Toscellane Dioceſis & Sancte Marie Nove de Venetiis & . . . Sancte Marie de Avanziis Paduanis prioribus Salutem & Apoſtolicam benedictionem. In cauſa, que inter venerabiles fratres noſtros . . Patriarcham Gradenſem & Epiſcopum Caſtellanum ex parte una, & Abbatem & conventum Monaſterii S. Georgii de Veneciis ſuper ſubiectione ipſius Monaſterii ex altera vertebatur, invenimus pro Patriarcha probatum, quod recipiebatur in ipſo Monaſterio Proceſſionaliter cum incenſo, aqua benedicta & ycona: & quando revertebatur a Grado pulſabantur ibi campane, ſicut in aliis Eccleſiis civitatis, & quod Abbas quandoque ivit ad Synodum Patriarche quinquaginta ſolidos Venetorum Minorum ei per plures annos exſolvens: Probatum vero pro Epiſcopo invenitur, quod ejusdem Monaſterii confirmavit Abbates, qui ei obedientiam & reverentiam impenderunt: Abbates etiam ejusdem Monaſterii ad Synodos veniebant Epiſcopi, & idem ad exequias invitatus recipiebatur Proceſſionaliter cum ſolemnitate predicta, ac ſimiliter invitatus in feſto B. Georgii procurationes ibidem, quam in barcha ſua in feſto Purificationis B. Virginis conducebant: Cum autem in hiis primo poſſeſſorio egerint Patriarcha & Epiſcopus memorati nos eos ad poſſeſſionem vel quaſi reſtituimus predictorum. Verum quia hinc inde petitorio nihilominus actum fuit, & utraque pars totum ſuum ius videtur in iudicium deduxiſſe. Nos viſis predeceſſorum noſtrorum privilegiis. Monaſterium ipſum de fratrum noſtrorum conſilio liberum eſſe decernimus: & immediate ad Romanam Eccleſiam pertinere illud in premiſſis, & aliis que iurisdictionem & ſubiectionem reſpiciunt ab impetitione dictorum Patriarche ac Epiſcopi abſolventes, non obſtante poſſeſſione circa predicta probata cum non docuerint ſe tanto tempore talia percepiſſe, quod per hoc libertatis fuerit privilegii derogatum. Reſervamus autem Epiſcopo predicto, que ſibi circa criſma, oleum ſanctum, ordinationes Clericorum, & quedam alia in eisdem privilegiis ſpecialiter reſervantur. Ad hec cum de premiſſis quinquaginta ſoldis ad ſubiectionis iudicium a Patriarcha ſit actum per ſententiam hujusmodi non adimimus, ſi alio iure de ipſis experiri voluerit poteſtatem. Ideoque diſcretioni veſtre per Apoſtolica ſcripta mandamus; Quatenus quod a nobis ſuper hoc eſt ſentencialiter diffinitum faciatis appellatione poſtpoſita per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Quod ſi non omnes hiis exequendis potueritis intereſſe duo veſtrum nihilominus exequantur.

Datum Laterani Nonis Maii Pontificatus noſtri Anno Octavo.

Honorius III. Monaſterio S. Georgii Majoris cuncta bona ſua, Apoſtolica auctoritate, confirmat, atque ut ille in Abbatem præficiatur, quem Monachi duxerint, perpetuo decernit.

X 1224. 17. Maii.

Ex Archivo Monaſterii S. Georgii Majoris Venetiarum.

HOnorius Epiſcopus Servus Servorum Dei Dilectis filiis Paulo Abbati Monaſterii Sancti Georgii, quod eſt ſitum iuxta Venetias, ejusque fratribus tam preſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Pie poſtulatio voluntatis effectu debet proſequente compleri, quatenus & devotionis ſinceritas laudabiliter eniteſcat, & utilitas poſtulata vires indubitanter aſſumat. Ea propter, dilecti in domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus: & preſatum monaſterium S. Georgii, in quo divino eſtis obſequio mancipati, ad exemplar ſel. record. Caliſti Papæ predeceſſoris noſtri ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus & preſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo Monaſticus qui ſecundum Deum, & Beati Benedicti regulam in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Preterea quaſcunque poſſeſſiones, quecunque bona idem Monaſterium in preſentiarum iuſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis preſtante domino poterit adipiſci firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant: In quibus hec proprius duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum, in quo prefatum Monaſterium ſitum eſt, cum pertinentiis ſuis Poſſesſiones, terras, domos, & redditus, quos habetis in Venetiis, vineam muratam cum pertinentiis ſuis, Poſſeſſiones rerras, vineas, ſalinas, Domos, & redditus, quos habetis in Cluia maiori vel minori & Paleſtrina quicquid habetis apud Torcellum, poſſeſſiones terras vineas nemora palludes & domos & redditus quos habetis tam in civitate quam dioceſi Paduana, quicquid habetis apud Tarviſium, Bononiam, Teſtigeſtum & apud Ariminum: Per preſentis enim privilegii paginam Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut locus idem ſub Beati Petri tutella & protectione liber in perpetuum conſervetur. Nec Patriarcha, nec Epiſcopis, neque perſona quelibet Eccleſiaſtica ſecularisve vos preſumat ad concilium cogere, aut vos excommunicationis, ſeu etiam interdictionis ſententiam promulgare in Monaſterio ipſo, quicquam preter veſtram voluntatem ſtatuere, aut Monachos veſtros excommunicatos ſive eiectos vel fugitivos abſolvere vel ſuſcipere, aut ſine veſtro conſenſu ad ordines promovere. Criſma vero, & oleum Sanctum, conſecrationes Altarium ſive baſilicarum, ordinationes Monachorum, qui ad ſacros fuerint ordines promovendi, a dioceſano accipietis Epiſcopo, ſiquidem gratiam & communionem Apoſtolicæ Sedis habuerit, & ſi ea gratis, ac ſine pravitate voluerit exhibere. Alioquin pro eorumdem Sacramentorum ſuſceptione Catholicum malueritis anſtititem adeatis, qui Apoſtolice ſedis fultus auctoritate, quod poſtulatur, indulgeat. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Abbate vel tuorum quolibet ſucceſſionum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia vel violentia preponatur niſi quem fratres communi conſenſu vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem & Beati Benedicti providerint eligendum. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum Monaſterium

rium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione aut ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Salva Sedis Apoſtolicæ auctoritate. Ad indicium autem precepte huius a Romana Ecclesia libertatis aureos duos ſingulis annis, nobis, noſtrisque ſucceſſoribus perſolvetis. Si quis igitur in futurum Patriarcha, Archiepiſcopus epiſcopus, aut Eccleſiaſtica perſona quelibet, ſecularisve perſona hanc noſtram conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo, terciove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reamque divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultionis ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco iura ſervantibus ſit pax domini noſtri Jeſu Chriſti. Quatinus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

✠ Ego Honorius Catholice Eccleſie Epiſcopus ſs.
✠ Ego Leo tit. Sancte Crucis in Hieruſalem Presb. Card. ſs.
✠ Ego Guala Sancti Martini Presb. Card. tit. equitis ſs.
✠ Ego Stephanus baſilice duodecim Apoſtolorum Presb. Card. ſs.
✠ Ego Thomas tit. Sancte Sabine Presb. Card. ſs.
✠ Ego Joannes tit. Sancte Praxedis Presb. Card. ſs.
✠ Ego Hugo Hoſtienſis & Vellitrenſis Epiſcopus ſs.
✠ Ego Pelagius Alban. Epiſcopus ſs
✠ Ego Nicolaus Tuſculanus Epiſcopus ſs.
✠ Ego Guido Preneſtinus Epiſcopus ſs.
✠ Ego Otto Sanctorum Sergii & Bachi Diac. Card. ſs.
✠ Ego Gregorius S. Theod. Diac. Card. ſs.
✠ Ego Romanus S. Angeli Diac. Card. ſs.
✠ Ego Stephanus S. Adriani Diac. Card. ſs.

Datæ Laterani per manum Domini Guidonis Domini Pape Notarii xvi. Kal. Junii Indicione duodecima Incarnacionis Domini Anno Milleſimo ducenteſimo vigeſimo quarto Pontificatus vero Domini Honorii Pape III. Anno Octavo.

Honorius Pp. III. Patriarchæ Gradenſi, & Capitulo Caſtellano mandat, ut accedant ad exequias in Monaſterio S. Georgii Majoris, & alios accedere permittant.

1226. 20. Maii.

Ex Autographo in Archivo Monaſterii S. Georgii Majoris.

HOnorius Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri Patriarche Gradenſi & dilectis filiis capitulo Caſtellano ſalutem & Apoſtolicam benedictionem: Debetis loca Religioſa diligere, & ea maxime que ad Romanam Eccleſiam noſcuntur ſpecialiter pertinere. Conquerentibus ſane dilectis filiis Abbate & Conventu Monaſterii S. Georgii Majoris de Venetiis nobis innotuit, quod cum vos uſque ad tempus, quo declaratum fuit predictum

ſtum Monaſterium Ecclesie Romane inmediate fore ſubiectum, conſueveritis ad illud accedere ad exequias morientium invitati, poſtmodum quaſi ex declaratione hujusmodi rancorem conceperitis contra eos, vel preſatum Monaſterium deterioris condicionis eſſe debeat, pro eo quod eſt ſedis Apoſtolice ſpeciale, neque vos illuc pro exequiis defunctorum acceditis, nec ire alios ſubſtinetis contra conſuetudinem antiquam, & obſervatam hactenus pro veſtro arbitrio veniendo in non modicam injuriam, & grave diſpendium Monaſterii memorati. Cum autem noſtra interſit ipſius Monaſterii diſpendiis & iniuriis obviare; Univerſitatem veſtram monemus per Apoſtolica ſcripta mandantes. Quatenus iuxta eandem conſuetudinem, & vos accedatis invitati propter hoc ad Monaſterium ſupradictum, & alios illuc libere accedere permittatis, itaque non videamini revocaſſe ad animum, quod in Monaſterio ius fuit Matris noſtre Romane Ecclesie declaratum, & dicti Abbas & conventus non cogantur ſuper hoc iterare querelam. Alioquin cum id non poſſitis preſumere ſine noſtra & Apoſtolice ſedis offenſa, preſumptuoſis conatibus obviare curabimus, ne effectum habeant in ejusdem Monaſterii prejudicium & gravamen.

Datum Laterani XIII. Kal. Junii Pontificatus noſtri Anno Decimo.

Gregorius Pp. IX. immunitates, & privilegia a Romanis Pontificibus Monaſterio S. Georgii conceſſas, Apoſtolica auctoritate confirmat.

1229. 29. Julii.

Ex Autographo in Archivo Monaſterii S. Georgii Majoris.

GRegorius Epiſcopus Servus Servorum Dei Dilectis filiis Paulo Abbati Monaſterii Sancti Georgii, quod eſt ſitum iuxta Venetias, eiusque fratribus tam preſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Pie poſtulatio voluntatis effectu debet proſequente compleri, Quatenus & devotionis ſinceritas eniteſcat laudabiliter, & utilitas poſtulata vires indubitanter aſſummat. Ea propter dilecti filii in domino veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus & preſatum Monaſterium S. Georgii in quo divino eſtis obſequio mancipati, ad exemplar felicis recordationis Caliſti & Honorii predeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum ſub Beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes; ut Ordo Monaſticus, qui ſecundum Deum & B. Benedicti regulam in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Preterea quaſcunque poſſeſſiones, quecunque bona idem Monaſterium in preſentiarum iuſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis preſtante domino poterit adipiſci firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant; in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum, in quo preſatum Monaſterium ſitum eſt, cum pertinentiis ſuis, poſſeſſiones, terras, domos, & redditus, quos habetis in Venetiis, vineam muratam cum pertinentiis ſuis poſſeſſiones vineas terras ſalinas domos, & redditus quos habetis in Cluia Majori vel minori, & Paleſtrina. Quicquid habetis apud Torcellum, poſſeſſiones terras vineas nemora Paludes domos & redditus, quos habetis tam in civitate, quam in Dioceſi Paduana Quicquid habetis apud Tar-

Tarviſium, Bononiam, Trigeſtum, Ariminum, Veronam, & Romaniam per preſentis enim privilegii paginam Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut locus idem ſub Beati Petri tutella & protectione in perpetuum liber conſervetur. Nec Patriarcha nec Epiſcopus neque perſona quelibet Eccleſiaſtica ſecularisve vos preſumat ad concilium cogere aut in vos excommunicationis ſeu etiam interdicti ſentenciam promulgare in Monaſterio ipſo quicquid preter veſtram voluntatem ſtatuere, aut Monachos aut Clericos veſtros excommunicatos ſive ejectos vel fugitivos abſolvere aut ſuſcipere, vel ſine veſtro conſenſu ad ordines promovere. Criſma vero oleum Sanctum conſecrationes Altarium ſive Baſilicarum ordinationes Monachorum qui ad ſacros fuerint ordines promovendi a Dioceſano accipietis Epiſcopo. Siquidem gratiam & communionem Apoſtolice Sedis habuerit & ſi ea gratis ac ſine pravitate voluerit exhibere. Alioquin pro eorumdem Sacramentorum ſuſceptione Catholicum quem volueritis antiſtitem adeatis, qui Apoſtolice Sedis fultus auctoritate quod poſtulatur indulgeat. Obeunte vero te nunc ejusdem loci Abbate vel tuorum quolibet ſucceſſorum nullus qualibet ſurreptionis aſtutia ſive violentia ibi preponatur niſi quem fratres communi conſenſu vel fratrum majoris & ſanioris pars conſilii ſecundum Dei timorem & beati Benedicti regulam providerint eligendum. Decernimus ergo omnino nulli hominum liceat preſatum Monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare ſed omnia integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione ac ſubſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Salva Sedis Apoſtolice auctoritate. Ad iudicium autem percepte huius a Romana Eccleſia libertatis aureos duos ſingulis annis nobis noſtrisque ſucceſſoribus perſolvetis. Si quis igitur in futurum Patriarcha, Archiepiſcopus vel Epiſcopus aut Eccleſiaſtica quelibet ſecularisve perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit ſecundo tertiove commonita niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate reamque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat & a Sanctiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat atque in extremo examine diſtricte ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax domini noſtri Jeſu Chriſti quatenus & hic fructum bone actionis percipiant & apud diſtrictum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen Amen Amen.

✠ Ego Gregorius Catholice Eccleſie Epiſcopus ſs.
✠ Ego Thomas Sancte Sabine Presb. Card. tit. ſs.
✠ Ego Bartholomeus Sancte Fidentiane Presb. Card. tit. Paſtoris ſs.
✠ Ego Sigembaldus tit. Sancti Laurentii de Lucina Presb. Card. ſs.
✠ Ego Jacobus Tuſculanus Epiſcopus ſs.
✠ Ego Octavianus Sanctorum Sergii & Bachi Diac. Card. ſs.
✠ Ego Rainerius Sancte Marie in Coſmedin Diac. Card. ſs.
✠ Ego Petrus Sancti Georgii ad vellum aureum Diac. Card. ſs.

Datum Peruſii per manum Martini Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarii IIII. Kal. Auguſti Indicione ſecunda Incarnationis Dominicæ anno Milleſimo ducenteſimo vigeſimo nono. Pontificatus vero Domini Gregorii Pp. VIIII. Anno tertio.

Gregorius IX. confirmat Decretum Honorii III. jubetque Patriarchæ Gradenſi, ut accedat ad exequias in Monaſterio S. Georgii Majoris.

1229. 8. Auguſti.

Ex Autographo in Archivo Monaſterii S. Georgii Majoris.

GRegorius Epiſcopus Servus Servorum Dei Ven. Fratri Patriarchæ Gradenſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem Dilecti filii Abbas & Conventus Monaſterii S. Georgii Majoris de Venetiis ſua nobis inſinuatione monſtrarunt, Quod cum tu illuc ad exequias morientium ire conſueveris invitatus uſque ad tempus quod declaratum extitit Monaſterium ipſum Eccleſie Romane nullo mediante ſubiectum. Poſtmodum quaſi ex hoc rancore concepto te ab hujusmodi retraxiſti, non permittendo etiam alios in exequiis morientium ad Monaſterium accedere memoratum. Et licet bone memorie Honorii Pape predeceſſoris noſtri ſuis tibi dederit litteris in mandatis, ut iuxta eandem conſuetudinem, & ipſe illuc accedere invitatus, & alios libere ire permitteres, id tamen efficere non curaſti, in ejuſdem Monaſterii preiudicium & gravamen. Quocirca fraternitati tue per Apoſtolica ſcripta precipiendo mandamus, quatenus iuxta predeceſſoris noſtri eiuſdem mandatum invitatus accedas & permitas libere ire alios ad Monaſterium ſupradictum.

Datum Peruſii VII. Idus Auguſti Pontificatus noſtri anno Tercio.

Jacobus Theupulo Dux Venetiarum committit Poteſtati Veneto in Conſtantinopoli, ut Monaſterium S. Georgii Majoris immittat in poſſeſſionem reddituum eidem aſſignatorum.

Y

1229. Madii.

Ex Archivo S. Georgii Majoris Venetiarum.

JAcobus Teupulus Dei gratia Veneciarum Dalmacie atque Chrovacie Dux Dominus quarte partis & dimidie totius Imperii Romanie dilecto fideli ſuo R. Quirino Viro nobili de mandato ſuo Poteſtati Conſtantinopoli, & conſiliariis eius Viris nobilibus fidelibus noſtris Salutem & proſperitatis letitiam. Refferente Viro nobile Theophilo Geno noſtro nunc conſiliario exiſtente didicimus quia cum quondam loca quedam & manſiones noſtri Monaſterii de S. Georgio in Conſtantinopoli poſita fuerint ablata eidem & redacta in noſtro communi pro eiusdem communis utilitate dictus Theophylus Geno ſui regiminis tempore ad mandatum hanc mentionem Dom. P. Ziani noſtri predeceſſoris de voluntate ſui conſilii terras ſive loca inferius deſignata pro incambio pro premiſſis eidem Monaſterio ſpecialiter aſſignavit ſed loca autem ipſa hec ſunt petia vero una de terra vacua poſita infra murum civitatis ex uno capite verſus Orientem firmat in porta civitatis que dicitur S. Marci per quam diſcurrit via publica quæ pecia de terra habet ibidem

dem de amplitudine pedes LVIII. ex alio capite verſus occidentem firmat in porta que exitur ad drongarium que dicitur Ebraytei habens ibi de latitudine pedes XXXVIII. per quam portam via diſcurrit publica de longitudine autem habet eadem petia de terra ibi ab Oriente diſcurrens verſus Occidentem pedes LXXVII. per quam longitudinem via vadit publica ex vero alia ſua parte firmat in muro civitatis hec autem pecia de terra aſſignata eſt Monaſterio ſupraſcripto yperperos XVI. annuatim. Super quam Nicolaus Aurio habitator Conſtantinopolis habet manſiones quasdam. eſt autem ſimiliter petia quedam de terra vacua poſita in ruga allero . . . Supra qua ſunt caſe quattuor de Angelo m. . . . . & uxore ſua pro tribus yperperis annuatim. Quia vero de voluntate noſtra eſt ac noſtri conſilii ut has petias de terra per ſupraſcriptum virum nobilem Theophylum Geno dicto Monaſterio pro incambio aſſignatas Monaſterium ipſum habere debeat ac libere poſſidere mandamus vobis atque precipimus ſub pena juramenti quatenus miſſum ipſius Monaſterii B. videlicet Priorem S. Marci nomine Monaſterii S. Georgii mittatis in tenutam de ſupraſcriptis petiis de terra ut eas de cetero Monaſterium ipſum habere debeat & tanquam ſuas proprias in perpetuum poſſidere. Data per Nicolaum Girardo Presb. Plebanum Eccleſiæ S. Moyſi Cancellarium noſtrum anno Domini milleſimo ducenteſimo vigeſimo nono menſe Madii Indictione ſecunda Rivoalti. In palatio noſtro.

Fridericus II. Imperator confirmat privilegia a Friderico I. conceſſa bonis Monaſterii S. Georgii Majoris in ditione Imperiali poſitis.

Z

1232. Martii.

Ex Archivo Monaſterii S. Georgii Majoris.

IN Nomine Sancte & Individue Trinitatis Fridericus Secundus Divina favente Clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus Ieruſalem & Sicilie Rex. Inter cetera pietatis opera, que Imperialis magnitudinis titulos evehunt & gloriam ſue Majeſtatis extollant, illud creditur potiſſimum ad ſalutem, quod locis Religioſis & ſacroſanctis Eccleſiis elargitur. Inde eſt quod Paulus Venerio Abbas Sancti Georgii de Venetiis fidelis noſter in noſtra preſentia conſtitutus celſitudini noſtre quoddam privilegium preſentavit indultum Monaſterio dicti Sancti Georgii a quondam Imperatore Friderico felicis memorie avo noſtro. Supplicans nobis humiliter & devote, ut privilegium ipſum, & omnia que continentur in eo, confirmare ſibi ſucceſſoribus ſuis & eidem Monaſterio de noſtra gratia dignaremur. Cujus privilegii tenor talis eſt. In nomine Sancte & individue Trinitatis Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Ad omne vite meritum & temporalis Imperii gubernaculum apud regem regum credimus nobis proficere, ſi ipſius Eccleſiis boni ſtatus augmentum de noſtra elementia ſtudeamus opponere. Cum igitur tuitionem glorioſi predeceſſoris noſtri dive memorie Henrici Quinti Imperatoris ex ipſius ſcripti cognoviſſemus, collatum Eccleſie Sancti Georgii, que eſt in Venetiis, ſuper omnibus poſſeſſionibus,

bus, quas eadem Eccleſia in Romano tenet Imperio, dignati ſumus tam commendabilia preſati Principis imitari veſtigia. Hinc eſt itaque, dum eſſemus apud Venetias, hortatu amici noſtri Sebaſtiani Ziani illuſtris Ducis Venetie, & petitione Leonardi Venerio Abbatis de Sancto Georgio eamdem Eccleſiam Sancti Georgii, & Sancti Stephani pro reverentia & amore eorundem Sanctorum in noſtre Imperialis tuitionis ſpeciale Patrocinium circa omnia bona & quelibet iura, que idem Eccleſie in noſtro ſpectant Imperio, adeo clementer ſuſcepimus, ut ei per omnes ejus pertinencias pacis & quietis uſum per omne Romanum Imperium mandato noſtro ſtabiliamus, & ipſum quietis & pacis uſum diligenti defenſionis opera providere intendamus. Confirmamus ergo preſato Monaſterio omnes poſſeſſiones & univerſa bona, & res mobiles ſive immobiles, & omnia jura que predicta Eccleſia in toto Romano Imperio nunc iuſte poſſidet, & tenet, vel de cetero rationabiliter Deo annuente adipiſci poterit, ac Imperialis noſtre auctoritatis edito ſtatuimus firmiſſimeque precipimus, ut nullus Patriarcha, Archiepiſcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Advocatus, Vicedominus, Gaſtaldus, Villicus, Decanus, & nulla prorſus magna ſeu parva Eccleſiaſtica aut ſecularis perſona per arbergarie, vel telonei, vel ſodris occaſionem, nec pro ... alicujus eventu, nec per aliquod exactionis alteriusve gravaminis ingenium prenominatum Monaſterium ac ejus Abbatem ſuosque ſucceſſores inquietare ſeu moleſtare aut diſveſtire preſumat. Preterea ex noſtre Imperialis auctoritatis vigore precipimus ut homines preſati Monaſterii qui reſident vel pro tempore reſiderint in preſatis poſſeſſionibus nullo modo diſtringantur per preſatas perſonas niſi in generali placito, & ita demum ut vel Abbatem vel per ſuum miſſum cauſa dirrimatur ſine ullo banni gravamine. Si quis autem contra hec noſtre Imperatorie preceptionis ſtatuta & iuſſa aliquatenus venire, & aliqua ex his infringere aut violare attemptaverit pena centum librarum auri puriſſimi noverit ſe condemnatum quarum medietas Imperiali ſiſco, Reſidua predicte Eccleſie Abbati ſuisque ſucceſſoribus perſolvatur. Ut hec vero preſato Sancti Georgii Monaſterio rata deinceps & inconvulſa permaneant, & in oblivionem non cadant preſentem paginam fecimus inde conſcribi, & majeſtatis noſtre ſigillo roborari. Teſtes quoque placuit annotari Ulricus Aquilegienſis Archiepiſcopus Patriarcha, Henricus Gradenſis Patriarcha, Chriſtianus Maguntinus Archiepiſcopus, Philipus Colon. Archiepiſcopus, Arnoldus Treverenſis Archiepiſcopus, Conradus Salzburg Archiepiſcopus, Vitalis Caſtellanus Epiſcopus, Marinus Cloienſis Epiſcopus, Leonardus Torcellenſis Epiſcopus, Sebaſtianus Ziani Dux Venetie, Florentinus Comes Hollandrie, Conradus Marchio Montisferrati, Theodoricus Marchio de Saxonia, Conradus Marchio Anchonitanus, Joannes Entius predicte Eccleſie advocatus, Leonardus Comes Abſaren; Dominicus Comes Iadre, & alii quam plures. Signum Domini Frederici Romani Imperatoris invictiſſimi. Ego Godefridus Cancellarius vice Philippi Colonienſis Archiepiſcopi & Italici Regni Archicancellarii recognovi. Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis milleſimo centeſimo ſeptuageſimo ſeptimo Indicione decima Regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore glorioſo anno Imperii eius vigeſimo ſexto Imperi autem vigeſimo tercio. Datum Venetiis in Palatio Ducis Sextodecimo Kalendas Septembris feliciter. Amen. Nos autem ſupplicationibus ejuſdem Abbatis benignum preſtantes aſſenſum, attendentes quoque grata ſervicia, que nobis exhibuit, & in que antea exhibere poterit gratiora, preſcriptum privilegium de verbo ad verbum conſcribi iuſſimus, & de merita nobis munificentia ipſum ac omnia que continetur in eo, ſibi ſucceſſoribusque ſuis & idem Monaſterio S. Georgii confirmamus perpetuo. De abundantiori quoque gratia noſtra concedimus eidem Abbati & ſucceſ-

ceſſoribus ſuis ut victualia ſua que habent per quaslibet partes Imperii ad uſum in utilitatem eorum ad predictum Monaſterium ſecure & ſine jure paſſagii deferre valeat civitatem bamno non obſtante. Statuimus igitur & Imperiali edito ſancimus ut nulla omnino perſona alta vel humilis Eccleſiaſtica vel mundana predictam confirmationem & conceſſionem noſtram infringere ſeu violare preſumat. Quod cum preſumpſerit preter penam que in dicto Privilegio continetur centum libras auri componat medietate Camere noſtre & reliqua medietate paſſis iniuriam perſolvenda. Ut igitur preſens conceſſio & confirmatio noſtra robur obtineat perpetue firmitatis preſens privilegium fieri & bulla typario noſtre majeſtatis impreſſa iuſſimus comminiri. Hujus autem rei teſtes ſunt B. Venerio Patriarcha Aquilegienſis, F. Papimbergenſis Epiſcopus, V. Vormartienſis Epiſcopus, Polenſis Epiſcopus. A. Dux Saxonie, O. Dux Meranie, B. Dux Carinthye, Comes H. de Waldeberch Marchio Lancea Ricc. Imperialis Aule camerarius, & alii quamplures.

Signum manus Domini Friderici Dei gratia invictiſſimi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti Jeruſalem & ſcicilie regis Ego Sifridus Ratisponenſis Epiſcopus & Imperialis aule Cancellarius vicedomini H. vener. Collonienſis Archiepiſcopi in ytalia Archicancellarii recognovi. Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis Milleſimo ducenteſimo trigeſimo ſecundo Menſe Martii quinte Inditionis. Imperante Domino noſtro Friderico Dei gratia invictiſſimo Romano Imperatore ſemper Auguſto, Ieruſalem & Sicilie rege. Anno Imperii ejus duodecimo Regni Ieruſalem ſeptimo regni vero Sicilie triceſimo quarto feliciter Amen. Datum Venetiis Anno Menſe & Indictione preſcriptis. (1)

Gregorius IX. Epiſcopo Vicentino, ejusque collegis mandat, ut ſententiam Epiſcopi Caprulani latam pro Monaſterio S. Georgii Majoris contra Capitulum Juſtinopolitanum exequi faciat.

AA 1232. 16. Septembris.

Ex Autographo in Archivo Monaſterii S. Georgii Majoris.

GRegorius Epiſcopus ſervus Servorum Dei Venerabili fratri Epiſcopo Vicentino & Dilectis Filiis Priori S. Salvatoris de Veneriis & .. Archidiacono Caſtellano Salutem & Apoſtolicam benedictionem: Supplicavit nobis dilectus filius Abbas S. Georgii Majoris de Venetiis ut excommunicationis ſententiam quam Ven. Frater Noſter Caprulanus Epiſcopus pro eo in capitulum iuſtinopolitanum auctoritate dilectorum filiorum noſtrorum L. Peneſtrin. ellecti & O. S. Nicolai in Carcere Tullian. Diac. Cardinalium Sedis Apoſtolice legatorum exigente iuſticia promulgavit faceremus firmitatis robur debitum obtinere. Ideoque diſcretioni veſtre per Apoſtolica ſcripta mandamus quatinus ſententiam ipſam ſicut rationabiliter eſt prolata faciatis auctoritate noſtra usque ad ſatisfactionem condignam appellatione remota inviolabiliter obſervari. Quod ſi non omnes hiis exequendis potueritis intereſſe duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Datum Anag. XVI. Kal. Octobris Pontificatus noſtri Anno Sexto.

(1) De Frederico Venetias appulſo vide acta a Lunigio vulgata Tom. I. Codicis Diplomatici Italiæ pag. 19. ubi rei veritas fuſe exhibetur.

Innocentius IV. privilegia à præceſſoribus ſuis Monaſterio S. Georgii Majoris conceſſa confirmat.

BB 1244. 17. Januarii.

Ex Autographo in Archivo Monaſterii S. Georgii Majoris.

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei Dilectis filiis Abbati Monaſterii Sancti Georgii quod eſt ſitum juxta Venetias ejuſque fratribus tam preſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Pie poſtulatio voluntatis effectu debet proſequente compleri quatenus & devotionis ſinceritas laudabiliter eniteſcat & utilitas poſtulata vires indubitanter aſſummat. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus & Monaſterium Sancti Georgii Caſtellane Dioceſis in quo eſtis divino obſequio mancipati ad exemplar felicis recordationis Caliſti Honorii & Gregorii predeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum ſub Beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus & preſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes ut ordo monaſticus qui ſecundum Deum & Beati Benedicti regulam in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Preterea quaſcunque poſſeſſiones quecunque bona idem Monaſterium in preſentiarum juſte ac canonice poſſidet aut in futurum conceſſione Pontificum largitione Regum vel Principum oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis preſtante domino poterit adipiſci firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant: In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum in quo prefatum Monaſterium ſitum eſt cum omnibus pertinentiis ſuis poſſeſſiones terras domos & reditus quos habetis in Venetiis vineam muratam cum pertinentiis ſuis poſſeſſiones terras ſalinas domos & redditus, quos habetis in clugia majori & minori & pelleſtrina quicquid habetis apud Torcellum poſſeſſiones terras vineas nemora paludes domos & redditus quos habetis tam in civitate quam in Dioceſi Paduana. Quicquid habetis apud Tarviſium Bononiam Trigeſtum Ariminum Veronam & Romaniam. Per preſentis enim privilegii paginam Apoſtolica auctoritate ſtatuimus ut locus idem ſub Beati Petri tutella & protectione liber in perpetuum conſervetur. Nec Patriarcha nec Epiſcopus neque perſona quelibet eccleſiaſtica ſeculariſve vos preſumat ad concilium cogere aut in vos excommunicationis ſeu etiam interdicti ſententiam promulgare in Monaſterio ipſo quicquam præter veſtram voluntatem ſtatuere aut monachos veſtros excommunicatos ſive ejectos vel fugitivos abſolvere aut ſuſcipere vel ſine veſtro conſenſu ad ordines promovere. Criſma vero oleum ſanctum conſecrationes altarium ſive baſilicarum ordinationes monachorum qui ad ſacros fuerint ordines promovendi a Dioceſano accipietis Epiſcopo ſiquidem gratiam & communionem Sedis Apoſtolice habuerit & ſi ea gratis ac ſine pravitate voluerit exhibere. Alioquin pro eorum ſacramentorum ſuſceptione catholicum quem volueritis antiſtitem adeatis qui Apoſtolicæ Sedis fultus auctoritate quod poſtulatur indulgeat. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci Abbate vel tuorum quolibet ſucceſſorum nullus ibi quolibet ſurreptionis abſtucia ſeu violentia preponatur niſi quem fratres communi conſenſu vel fratrum pars majoris vel ſanioris conſilii ſecundum Dei timorem & Beati Benedicti regulam providerunt eligendum. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum Monaſterium temere perturbare & ejus poſſeſſiones auffere

vel

vel ablatas retinere minuere ſeu quibuslibet vexationibus fatigare ſed omnia integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione ac ſubſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura ſalva Sedis Apoſtolice auctoritate ad indicium autem percepte hujus a Romana Eccleſia libertatis aureos duos ſingulis annis nobis noſtriſque ſucceſſoribus perſolvetis : Si quis igitur in futurum Patriarca Archiepiſcopus Epiſcopus aut Eccleſiaſtica quelibet ſecularisve perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit ſecundo terciove commonita niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate reamque ſe a divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat & a Sanctiſſimo corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti. Quatenus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem premia eterne pacis inveniant. Amen

✠ Ego Innocentius Catholice Eccleſie Epiſcopus ſs.
✠ Ego Joannes tt. Sancte Praxedis Presb. Card. ſs.
✠ Ego Stephanus Sancte Marie tranſtiberim tt. Caliſti Presb. Card. ſs.
✠ Ego Rainaldus Hoſtien. & Velletrenſis Epiſcopus ſs.
✠ Ego Frater Jacobus Preneſtinus Epiſcopus ſs.
✠ Ego Otto Sancti Nicolai in carcere Tuliano Diac. Card. ſs.
✠ Ego Ricardus Sancti Angeli Diaconus Card. ſs.

Datum Laterani per manum Fr. Jacobi de ordine Predicatorum S. R. E. Vice Cancell. XVI. Kal. Februarii Indicione ſeconda Incarnationis Dominice anno Milleſimo CCXLIIII. Pontificatus vero Dom. Innocentii Pp. IV. Anno primo.

Benedictus Eracliensis Archiepiſcopus ſpondet cenſum pro terris Monaſterii S. Georgii Majoris poſitis in Conſtantinopoli.

CC 1244. 16. Octobris.

Ex Autographo in Monaſterio S. Georgii Majoris.

IN Nomine Dei Eterni Amen Anno ab Incarnatione Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ducenteſimo quadrageſimo quarto menſis Octobris die quintadecima exeunte Indictione tercia Conſtantinopoli. Nos Benedictus Dei gratia Eraclienſis Archiepiſcopus (1) preſentis inſtrumenti ſerie promittimus & obligamus nos D. Petro Quirino Dei gratia Venerabili Abbati & Conventui S. Georgii Majoris de Venetiis Eccleſias eorum videlicet S. Marci de embulo Venetorum in Conſtantinopoli, & Monaſterij patitapohci (2) & domos earum tenere in tali ſtatu vel meliori ſi potuerimus quali eas ab ipſis recepimus in preſenti & poſſeſ-

(1) Eraclea civitas Archiepiſcopalis in Thracia, quæ & Perinthus, ampliſſimæ Provinciæ Metropolis in ora Propontidis inter Bizantium & Ca'lipolim poſita erat ad oſtia Arzi fluminis.
(2) Fortaſſe Pantepopti in Conſtantinopoli, vel Pantiphoti in Inſula Naxi.

poſſeſſiones earumdem Eccleſiarum manutenere, & defendere ad opus ipſius Monaſterii bona fide ac ipſi eccleſie S. Marci facere in divinis officiis per presbyterum & clericum deſerviri & feſtum S. Marci ſolemniter annis ſingulis in eadem eccleſia ſolemniter juxta conſuetudinem celebrari. Cenſum autem pro ipſis Eccleſiis, & poſſeſſionibus earum tam in terris quam in aquis eidem Domino abbati & Conventui vel eorum ſucceſſoribus annuatim triginta trium yperperorum auri recti ponderis Conſtantinopoli in Septembri vel in Marcio, vel quando naves de Conſtantinopoli Venecias ire contingerit non promittimus reddituros eis cenſum ipſum ſuo periculo maris, & gentis per aliquem virum idoneum ſub multorum teſtimonio transmittentes. Hæc autem omnia promittimus facere ac ſervare ſine fraude ad penam nos quinque libr. auri ſi contrafecerimus obligantes. In cujus rei teſtimonium preſens inſtrumentum per manus Presb. Warnerii publici Notarii Venec. confectum eis conceſſimus ſigillique noſtri munimus roboratum.

✠ Ego Benedictus Eracleenſis Archiepiſcopus mm. ſs.
✠ Ego Riquianus Mudazo tt. ſs.
✠ Ego Aulererius Miniſterialis tt. ſs.
Ego Warnerius Statuario Presb. & Not. complevi & roboravi.

Innocentius IV. abſolvit Monaſterium S. Georgii Majoris ab immoderata ſolutione cujusdam pecuniæ impoſita per Epiſcopum Caſtellanum.

DD 1245. 16. Julii.

Ex Archivo Monaſterii S. Georgii Majoris.

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri Epiſcopo Caſtellano Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Dilectus filius Abbas Monaſterii S. Georgi Majoris de Veneciis ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis oblata nobis petitione monſtravit quod cum olim Dilectus filius G. de Monte lungo Subdiaconus & Notarius noſter Apoſtolice Sedis Delegatus ſibi ſuis dediſſet litteris in mandatis, ut ſibi decem librarum Venetorum groſſorum procurationem a clericis tue civitatis & dioceſis faceres exhiberi tuque Abbatem ipſum ad ſolvendum partem procurationis ejusdem velles compellere auctoritate litterarum ipſarum idem coram te excipiendo propoſuit, quod cum Monaſterium ſuum ad Romanam Eccleſiam pertineat nullo mediante ad ſolutionem hujusmodi faciendam compelli per litteras ipſas in quibus de clericis exemptis nulla mentio habebatur de jure non poterat nec debebat, & quia tu exceptionem hujusmodi non admiſſa ad ſolvendum partem procurationis predicte indebite compellebas eundem ipſe ſenciens ſe gravari ad ipſius legati duxit audientiam appellandum: verum cum interim idem legatus per alias tibi litteras injunxiſſet ut a Monaſteriis tam exemptis quam non exemptis in procuratione predicta penſatis ſingulorum facultatibus faceres provideri; Ita quod idem legatus nullam haberet ſuper hoc de immoderato gravamine materiam querelandi; tu mandati fines excedens ad ſolvendum porcionem procurationis hujusmodi in tercia parte quam conſueve-

ram

rat in ſimilibus procurationibus exhibere Abbatem ipſum indebite coegiſti. Nos igitur volentes prefati Monaſterii gravamen hujusmodi ſubſtinere fraternitati tue per Apoſtolica ſcripta mandamus. Quatenus eidem Abbati, quod ab ipſo immoderate nomine procurationis prediſte receepiſti ſine qualibet difficultate plene reſtituas vel reſtitui facias ab illis a quibus minus debito habuiſti. Alioquin nos eidem legato noſtris damus litteris in mandatis, ut te ad id monitione premiſſa noſtra auſtoritate appellatione remota compellat.

Datum Lugduni xvi. Kal. Julii Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Innocentius IV. Monaſterium S. Georgii Majoris a gravamine debitorum ſublevat.

EE 1246. 5. Junii.

Ex Autographo in Archivo Monaſterii S. Georgii Majoris.

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dileſtis filiis Abbati, & Conventui Monaſterii S. Georgii Majoris de Venetiis ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis S. Benediſti Salutem & Apoſtolicam benediſtionem. Ne ob proviſiones aliquorum otia divine laudi vacantium perturbentur nos qui libenter utilitatibus ſingulorum intendimus ſepe ſuper hiis ſpecialis remedio gratie providemus. Cum igitur ſicut nobis exponere curaviſtis Monaſterium veſtrum multorum prematur onere debitorum nos & quieti veſtre volentes providere & Monaſterii veſtri gravaminibus precavere, veſtris devotis precibus inclinati quod nulli de cetero teneamini per litteras Apoſtolicas providere, que de hujusmodi Indulgentia non fecerint mentionem auſtoritate vobis preſentiam indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Lugduni Nonis Junii Pontificatus noſtri Anno Tercio.

Innocentius IV. Epiſcopo Caprulano mandat, ut bona Monaſterii S. Georgii illicite diſtraſta ad jus ipſius Monaſterii reducat.

FF 1246. 13. Julii.

Ex Autographo in Archivo Monaſterio S. Georgii Majoris.

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei Ven. Fratri .... Epiſcopo Caprulano Salutem & Apoſtolicam benediſtionem. Dileſtorum filiorum Abbatis & Conventus Monaſterii S. Georgii Majoris de Venetiis precibus inclinati preſentium tibi auſtoritate mandamus. Quatenus ea que de bonis ejusdem Monaſterii alienata inveneris illicite vel diſtraſta ad jus & proprietatem

tem ipſius legitime revocare procures. Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Teſtes autem qui fuerint nominati ſi ſe gratia odio vel timore ſubtraxerint cenſura ſimili appellatione ceſſante compellas veritati Teſtimonium perhibere.

Datum Lugduni III. idus Julii Pontificatus noſtri anno Quarto.

Innocentius IV. Abbati, & Monaſterio S. Georgii Majoris indulget, ut de cætero non teneantur alicui de penſionibus, & beneficiis providere.

GG 1248. 15. Martii.

Ex Autographo in Archivo Monaſterii S. Georgii Majoris.

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei Dilectis filiis... Abbati & Conventui Monaſterii S. Georgii de Venetiis Ordinis S. Benedicti Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Paci & tranquillitati veſtre paterna volentes imposterum ſollicitudine providere auctoritate vobis preſentium indulgemus ut vos vel Eccleſie veſtre nulli de cetero in penſionibus ſeu eccleſiaſticis beneficiis auctoritate litterarum Sedis Apoſtolice non facientium expreſſam de hac indulgentia mentionem teneamini providere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Lugduni Idus Martii Pontificatus noſtri anno quinto.

Innocentius IV. Epiſcopo Adrienſi mandat, ut non permittat Abbatem, & Monaſterium S. Georgii Majoris compelli ad receptionem, vel proviſionem alicujus in penſionibus, & beneficiis.

1253. 31. Julii.

Ex Autographo in Archivo S. Georgii Majoris.

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabili fratri ... Epiſcopo Adrienſi Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Meritis dilectorum filiorum ... Abbatis & Conventus Monaſterii S. Georgii Majoris de Veneciis Ordinis S. Benedicti devocionis inducimur, ut quam digne poſſumus ipſis gratiam faciamus. Hinc eſt, quod nos ipſorum ſupplicationibus inclinati auctoritate litterarum noſtrarum ſibi duximus indulgendum, ut ad receptionem vel proviſionem alicujus in penſionibus vel beneficiis eccleſiaſticis compelli minime valeant per litteras Apoſtolice Sedis vel legatorum ipſius impetratas per quas non ſit jus alicui acquiſitum ſeu etiam impetrandas abſque ſpeciali mandato Sedis ejusdem facientes plenam & expreſſam de indulto hujusmodi mentionem. Quocirca fraternitati tue per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus non permittas dictos Abbatem & Conventum ſuper hiis contra

tra

tra conceſſionis noſtre tenorem ab aliquibus indebite moleſtari. Moleſtatores hujuſmodi per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Datum Peruſii II. Kal. Auguſti Pontificatus noſtri anno decimo.

Innocentius IV. Prædeceſſorum ſuorum immunitates conceſſas Monaſterio S. Georgii Majoris confirmat.

HH 1253. 4. Septembris.

Ex Autographo in Archivo S. Georgii Majoris.

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei Dilectis filiis .. Abbati & Conventui Monaſterii Sancti Georgii Majoris de Venetiis ad Romanam Eccleſiam ut dicitur nullo modo pertinentis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis ut idem per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in domino filii veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu omnes libertates, immunitates a predeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Monaſterio veſtro conceſſas nec non libertates ac exemptiones ſecularium exactionum a regibus & principibus vel aliis Chriſti fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate nobis Apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Peruſii (1) II. Non. Septembris Pontificatus noſtri anno decimo.

Rainerius Geno Dux Venetiarum committit poteſtati Veneto in Conſtantinopoli, ut Monaſterium S. Georgii Majoris Venetiarum in poſſeſſione jurium ſuorum conſervet atque defendet.

II 1256. 17. Auguſti.

Ex Autographo in Archivo Monaſterii S. Georgii Majoris.

RAinerius Geno Dei gratia Venec. Dalmatie atque Chroacie Dux Dominus quarte partis & dimidie tocius Imperii Romanie. Nobili & ſapienti viro Iacobo Delphino de ſuo mandato Poteſtas in Conſtantinopoli & de ſe Poteſtas

(1) Peruſia abſcendens Innocentius IV. anno 1253. Aſſiſium venit, ubi Divæ Claræ morienti adſiſtit. Wading.

teſtas Imperii Romanie eiuſdemque Imperii quarte partis & dimidie vice ſui dominatori & nobilibus viris eius conſiliariis fidelibus ſuis dilectis ſalutem & dilectionis affectum. Pro parte Venerabilis . . Abbatis Monaſterii Sancti Georgii Majoris de Venetiis nuper fuit expoſitum coram nobis quod de poſſeſſione quadam quam bone memorie predeceſſor noſter Petrus Ziani Dux Venec. cum ſuo conſilio contulit in Conſtantinopoli eidem Monaſterio Sancti Georgii videlicet . . . quamdam aquam, que eſt ab ultima turri de Virgionti (1) verſus blacernam reſpicientem ubi nobilis Vir Marinus Geno quondam Poteſtas in Conſtantinopoli tempore ſuo fecit fieri murum novum & de quodam alio dato ipſi Monaſterio per predictum Dominum Petrum Ziani conceſſo de Armiro, & aliis ut in eorum privilegio continetur dictum Monaſterium indebite taliter moleſtatum quod redditus ex inde habere non poſſunt quos habere debent & ſunt percipere conſueti. Quare nobis humiliter ſupplicarunt quod propter hoc vobis ſcribere dignaremur nos autem eorum ſuplicationibus inclinati volentes dictas conceſſiones firmas eſſe & inviolabiliter obſervari diſcretioni veſtre per nos & noſtrum conſilium precipiendo mandamus vos atentius deprecantes quatenus predictum Monaſterium in predictis eorum poſſeſſionibus conſervantes moleſtari ſeu agravari in eiſdem nullatenus permittatis ita quod idem Abbas habere poſſit quod ad dictum Monaſterium pertinet noſque fidelitatem veſtram ex eo poſſimus merito comendare. Data in noſtro Ducali Palacio die xv. exeunte Menſis Auguſti Indictione XIIII.

Clemens IV. decernit, ne quis decimas emortuales exigat à Monaſterio S. Georgii Majoris pro iis, qui ibidem ſe ac bona ſua Deo obtulerunt, & in eodem Monaſterio defuncti ſunt.

KK 1265. 28. Septembris.

Ex Autographo in Archivo Monaſterio S. Georgii Majoris.

CLemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis . . Abbati & Conventui Monaſterii Sancti Georgii Majoris de Venetiis Ordinis Sancti Benedicti Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Religionis veſtre favor expoſcit, & devotionis veſtre merita nos inducunt, ut petitionibus veſtris quantum cum Deo poſſumus annuamus. Sane ſicut petitio veſtra nobis exhibita continebat. Contigit interdum, quod aliqui de Salute propria ſolicite cogitantes, dum corporali ſoſpitate fruuntur, offerunt Monaſterio veſtro ſe ac ſua, ſeque ad idem Monaſterium transferentes, demum ibidem debitum nature perſolvunt. Verum nonnulli Clerici Eccleſiarum de Venetiis, in quarum Parrochiis tales forte antea domicilium obtinuerant, pretextu cujuſdam conſuetudinis, que Venetiis obſervatur, ut videlicet quandocunque aliquem decedere contigit decime omnium bonorum mobilium & immobilium, ſi vendantur, que obitus ſui tempore reper-

(1) Urbs Conſtantinopolis juxta conſuetudinem medii & infimi Ævi plena erat & circundata turribus elevatis. Harum duæ a Scriptoribus Byzantinis recenſentur nempe Turris *Averna*, atque Turris *Eugenii*. Nulla vero mentio reperitur de Turri de Virgionti verſus Blanchernam. De Blancherna vide Cangium in Conſt. Chriſt.

pertus fuerit poſſidere Clericis illius Eccleſie, in cujus Parrochia moritur, perſolvantur, a vobis decimas bonorum eorum, qui, ut premititur, in Monaſterio preſato decedunt, indebite exigunt, & extorquent, ſuper illis multipliciter impetunt & moleſtant. Quare ſuper hiis provideri vobis & eidem Monaſterio opportuno de remedio per Sedem Apoſtolicam ſuppliciter poſtulaſtis, veſtris itaque ſupplicationibus inclinati, ne quis a vobis vel dicto Monaſterio decimas bonorum illorum, quos taliter ſe ac ſua taliter offerre, ſeque transferre ad illud, ac inibi mori contigerit, indebite exigere vel extorquere, ſeu vos ſuper eisdem decimis impetere vel moleſtare preſumat, auctoritate preſentium diſtrictius inhibemus, quod contra hujusmodi inhibitionem attemptatum fuerit irritum decernentes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre inhibitionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Peruſii IIII. Kal. Octob. Pontificatus noſtri Anno Primo.

Clemens IV. Patriarchæ Gradenſi ejusque ſuffraganeis committit ut moleſtatores Monaſterii S. Georgii Majoris ipſiusque bonorum Apoſtolica auctoritate coerceant.

LL 1266. 28. Julii.

Ex Autographo in Archivo Monaſterii S. Georgii Majoris.

CLemens Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabilibus fratribus Patriarchæ Gradenſi & ejus ſuffraganeis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Non absque dolore cordis & plurima perturbacione didicimus quod ita in pleriſque partibus Eccleſiaſtica cenſura diſſolvitur & canonice ſententie ſecuritas corruatur ut viri Religioſi & hii maxime qui per privilegia ſedis Apoſtolice majori donati ſunt libertate paſſim a malefactoribus ſuis injurias patiuntur ſubſtinent & rapinas dum vix invenitur qui congrua illis protectione ſubveniat & pro fovenda pauperum innocentia ſe murum defenſionis opponat. Specialiter autem dilecti filii Abbas & Conventus Monaſterii Sancti Georgii Majoris de Venetiis ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis Sancti Benedicti Caſtellane Dioceſis tam de frequentibus injuriis quam de ipſo quotidiano defectu juſticie conquerentes fraternitatem veſtram litteris petierunt Apoſtolicis excitari ut ita videlicet eis in tribulationibus ſuis contra malefactores eorum prompta debeatis magnanimitate conſurgere quod ab anguſtiis quas ſubſtinent & preſuris veſtro poſſint preſidio reſpirare ideoque fraternitati veſtre per Apoſtolica ſcripta mandamus atque precipimus. Quatenus illos qui poſſeſſiones vel res ſeu domos predictorum fratrum irreverenter invaſerint aut eas injuſte tenuerint que predictis fratribus ex teſtamento decedentium relinquuntur ſeu in ipſos fratres aliqui contra Apoſtolice Sedis indulta ſententiam excommunicationis aut interdicti preſumpſerint promulgare vel decimas laborum de terris habitis ante concilium generale antequam ſuſceperint ejusdem ordinis inſtituta quas propriis manibus aut ſumptibus excolunt ſeu de nutrimentis animalium ſuorum ſpretis Apoſtolice Sedis privilegiis extorquere ſi de hiis vobis manifeſte conſtiterit canonica monitione premiſſa ſi layci fuerint publice candelis accenſis ſinguli veſtrum in dioceſibus Eccleſiis veſtris excommunicationis ſententia percellatis. Si

vero Clerici vel Canonici regulares ſeu Monachi extiterint eos appellatione remota ab officio & beneficio ſuſpendatis neutram relaxaturi ſententiam donec predictis fratribus plenarie ſatisfaciant, & tam layci quam Clerici ſeculares qui pro violenta manuum injectione in fratres eosdem vel ipſorum aliquem anathematis vinculo fuerint innodati cum Dioceſani Epiſcopi litteris ad Sedem Apoſtolicam venientes ab eodem vinculo mereantur abſolvi. Preſentibus poſt triennium minime valituris. Datum Viterbii V. Kal. Auguſti Pontificatus noſtri Anno Secundo.

Gregorius X. Monaſterio S. Georgii Majoris Venetiarum Beneficia a Præceſſoribus conceſſa confirmat, atque alia nova elargitur.

MM 1272. 13. Januarii.

Ex Autographo in Archivo Monaſterii S. Georgii Majoris.

GRegorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Abbati Monaſterii Sancti Georgii Majoris de Venetiis ejusque fratribus tam preſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis. In perpetuum Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe preſidium ne forte cujuslibet temeritatis incurſus aut eos a propoſito revocet, aut robur quod abſit ſancte Religionis infringat. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Monaſterium Sancti Georgii Majoris de Venetiis Caſtellane Dioceſis in quo divino eſtis obſequio mancipati ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus & preſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes ut ordo Monaſticus qui ſecundum Deum & Beati Benedicti regulam in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter conſervetur. Preterea quascunque poſſeſſiones quecunque bona idem Monaſterium in preſentiarum juſte ac Canonice poſſidet aut in futurum conceſſione Pontificum largitione regum vel principum oblatione fidelium ſeu aliis juſtis modis preſtante domino poterit adipiſci firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant, in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabilis. Locum ipſum in quo prefatum Monaſterium ſitum eſt cum omnibus pertinentiis ſuis decimas terras poſſeſſiones domos redditus denariorum & quicquid juris in Venetiis & in Dioceſi Caſtellana habetis terras domos & poſſeſſiones quas in civitate Conſtantinopolitana Monaſterium veſtrum noſcitur obtinere Eccleſiam Sancti Marci cum pertinenciis ſuis & alias terras & poſſeſſiones quas habetis in Civitate Nigropontenſi Eccleſiam Sancte Marie de Monte hiſtrie cum pertinentiis ſuis ſitam juxta muros Civitatis Conſtantinopolitane Eccleſiam Sancti Stephani de Fune Bononienſis dioceſis ac decimas domos poſſeſſiones & annuos redditus denariorum bladi & vini quos apud Bononiam obtinetis terras decimas poſſeſſiones annuos redditus bladi & vini quas in Civitatibus Tarviſii Padue Torcelli Verone Arimini & Trigeſti ac ipſarum dioceſibus obtinetis terras decimas domos poſſeſſiones & annuos redditus bladi & vini quos in cluja majori & minori & peneſtrina habetis & etiam quicquid juris Monaſterium veſtrum in predictis civitatibus & locis noſcitur obtinere cum tectis pratis vineis nemoribus uſuagiis, & paſcuis, in boſco, & plano,

in

in viis, & semitis in aquis & molendinis, & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus ſuis. Sane novalium veſtrorum que propriis manibus aut ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non perceperit ſine tradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper de veſtrorum animalium nutrimentis nullas a vobis decimas exigere vel extorquere preſumat. Liceat quoque vobis Clericos vel Laicos liberos & abſolutos e ſeculo fugientes ad converſionem recipere & eos abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper ut nullus fratrum veſtrorum poſt factam in Monaſterio veſtro profeſſionem fas ſit ſine Abbatis ſui licentia niſi artioris religionis obtentu de eodem loco diſcedere diſcedentem vero absque communium litterarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit liceat vobis januis clauſis excluſis excommunicatis & interdictis non pulſatis campanis ſuppreſſa voce divina officia celebrare dummodo cauſam non dederitis interdicto. Criſma vero Oleum Sanctum conſecrationes Altarium ſeu Baſilicarum ordinationes Clericorum qui ad ordines fuerint promovendi a Dioceſano ſuſcipietis Epiſcopo ſiquidem Catholicus fuerit & gratiam & communionem Sacroſancte Romane Sedis habuerit & ea vobis voluerit ſine pravitate aliqua exhibere prohibemus inſuper ut infra fines Parrochie veſtre ſi eam habueritis nullus ſine aſſenſu Dioceſani Epiſcopi & veſtro Capellam ſeu oratorium de novo conſtituere audeat. Salvis privilegiis Pontificum Romanorum ad hec novas & indebitas exactiones ab Archiepiſcopis Epiſcopis Archidiaconis ſeu Decanis aliiſque omnibus Eccleſiaſticis ſecularibusve perſonis a vobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni & extreme voluntati qui illic ſe ſepelliri deliberaverunt niſi forte excommunicati vel interdicti ſint aut etiam publice uſurarii nullus obſiſtat. Salva tamen juſticia illarum Eccleſiarum a quibus mortuorum corpora aſſummuntur. Decimas preterea & poſſeſſiones ad jus Eccleſiarum veſtrarum ſpectantes, que a laicis detinentur, redimendi & legitime liberandi de manibus eorum & ad Eccleſias ad quas pertinent revocandi libera ſit vobis de noſtra auctoritate facultas. Obeunte vero te nunc ejusdem loci Abbate vel tuorum quolibet ſucceſſorum nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtucia ſeu violentia preponatur niſi quem Fratres communi conſenſu vel fratrum major pars conſilii ſanioris ſecundum Deum & Beati Benedicti regulam providerint eligendum. Paci quoque & tranquilitati veſtre paterna in poſterum ſolicitudine providere volentes auctoritate Apoſtolica prohibemus, ut infra clauſuras locorum ſeu grangiarum veſtrarum nullus rapinam ſeu furtum facere ignem apponere ſanguinem fundere hominem temere capere vel interficere ſeu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates & immunitates a predeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Monaſterio veſtro conceſſas, nec non libertates exemptiones ſecularium exactionum a regibus & principibus, & aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate Apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti privilegio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum Monaſterium temere perturbare aut ejus poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere minuere ſeu quibuslibet vexationibus fatigare ſed omnia integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione ac ſubſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura Salva Sedis Apoſtolice auctoritate & Dioceſani Epiſcopi Canonica juſticia & in predictis decimis moderatione concilii generalis. Si quis igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit ſecundo tercio-

ciove commonita niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate reamque divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat atque in extremo examine diſtricte ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini Noſtri Jeſu Chriſti quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant apud diſtrictum judicem premia eterne pacis inveniant Amen Amen Amen.

✠ Ego Gregorius Catholice Eccleſie Epiſcopus ſs.
✠ Ego Simon tt. Sancti Martini Presb. Card. ſs.
✠ Ego Ancherus tt. Sancte Praxedis Presb. Card. ſs.
✠ Ego Guilelmus tt. Sancti Marci Presb. Card. ſs.
✠ Ego Simon tt. Sancte Cecilie ſs.
✠ Ego Oddo Tuſculanus Epiſcopus.
✠ Ego Frater Joannes Pomium & Sanctæ Rufinæ Epiſcopus ſs.
✠ Ego Ricardus Sancti Angeli Diac. Card. ſs.
✠ Ego Joannes Sancti Nicolai in carcere Tulliano Diac. Card. ſs.
✠ Ego Ottobonus Sancti Adriani Diac. Card. ſs.
✠ Ego Gottofridus Sancti Georgii ad vellum aureum Diac. Card. ſs.

Datum apud Urbem veterem per manum Magiſtri Janoni Leccatorvi S. R. E. Vicecancellarii Id. Januarii Indictione prima Incarnationis Dominicæ Anno MCCLXXII. Pontificatus D. Gregorii Pp. X. Anno primo.

Gregorius X. Priori S. Mariæ de Virginibus mandat, ut detentores bonorum illicite Monaſterio S. Georgii Majoris ablatorum, cogat ad reſtitutionem.

1272. 16. Aprilis.

Ex Autographo in Archivo Monaſterii S. Georgii Majoris.

GRegorius Epiſcopus Servus Servorum Dei Dilecto Filio... Priori S. Mariæ de Virginibus de Venetiis Caſtellane Dioceſis Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Pervenit ad audientiam noſtram quod tam dilecti filii.. Abbas & Conventus Monaſterii S. Georgii Majoris de Venetiis ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis S. Benedicti Caſtellane Dioceſis, quam predeceſſores eorum terras, poſſeſſiones, redditus, domos, prata, nemora, jura jurisdictiones & nonnulla alia bona ejusdem Monaſterii, datis ſuper hoc litteris, interpoſitis juramentis, factis renunciationibus., & penis adjectis in gravem ipſius Monaſterii leſionem nonnullis Clericis & laycis aliquibus eorum ad vitam quibusdam vero ad non modicum tempus, & aliis perpetuo ad firmam, vel ſub cenſu annuo conceſſerunt quorum aliqui ſuper hiis litteras confirmationis in forma communi a Sede Apoſtolica impetraſſe dicuntur. Cum igitur noſtra interſuit leſis Monaſteriis ſubvenire diſcretioni tue per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus, ea quæ de bonis ipſius Monaſterii per conceſſiones hujusmodi alienata inveneris illicite vel diſtracta non obſtantibus litteris penis juramentis, renuntiationibus, & confirmationibus ſupradictis ad jus & proprietatem ipſius Monaſterii legitime revocare procures. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Te-

ſtes

ſtes autem qui fuerint nominati ſi ſe gratia odio vel timore ſubtraxerint cenſura ſimili appellatione ceſſante compellas veritati teſtimonium perhibere.

Datum Laterani XVI. Kal. Maii Pontificatus noſtri Anno primo.

Gregorius X. immunitates & exemptiones Monaſterio S. Georgii Majoris à Summis Pontificibus prædeceſſoribus ſuis elargitas confirmat.

1272. 13. Maii.

Ex Autographo in Archivo Monaſterii S. Georgii Majoris.

GRegorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis... Abbati & Conventui Monaſterii S. Georgii Majoris de Venetiis ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis S. Benedicti Caſtellane Dioceſis Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod juſtum eſt & honeſtum tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter Dilecti in Domino filii veſtris juſtis ſupplicationibus inclinati omnes libertates & immunitates a predeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus per privilegia vel alias indulgentias Monaſterio veſtro conceſſas nec non libertates & exemptiones ſecularium exactionum a Regibus & Principibus vel aliis Chriſtifidelibus rationabiliter vobis indultas terras quoque poſſeſſiones & alia bona veſtra ſicut ea omnia juſte ac pacifice obtinetis vobis & per vos predicto Monaſterio auctoritate Apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Laterani III. Idus Maii Pontificatus noſtri Anno Primo.

Gregorius Pp. X. Abbati S. Ilarii mandat, ne Monaſterium S. Georgii ab aliquo lædi patiatur.

1272. 3. Auguſti.

Ex Autographo in Archivo Monaſterii S. Georgii Majoris.

GRegorius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio... Abbati S. Hylarii Monaſterii de Paduana Dioceſi (1) Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Sub religionis habitu vacantibus ſtudio pie vite ita debemus eſſe propitii ut in divinis beneplacitis exequendis malignorum non poſſint obſtaculis impediri. Cum itaque dilecti filii... Abbas & Conventus Monaſterii S. Georgii Majoris de Venetiis ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis S. Benedicti Caſtellane Dioceſis a nonnullis qui nomen Domini recipere in vacuum non formidant graves ſuper poſſeſſionibus & aliis bonis ſuis prout accepimus patiantur injurias & jacturas. Nos eorum providere quieti & malignorum malitiis obviare volentes diſcretioni tue per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus predictos Abbatem & Conventum pro divina

vina

(1) Monaſterium S. Hilarii in finibus Veneti ſtagni Caſtellanæ, non Patavinæ Diœceſi ſubjacebat; horum errorum in Romanis Diplomatibus non raro inveniuntur exempla.

vina & noſtra reverentia favoris opportuni preſidio proſequens non permittas eos contra indulta privilegiorum Apoſtolice Sedis ab aliquo indebite moleſtari. Moleſtatores hujusmodi per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtante ſi aliquibus a predicta Sede indultum quod ſuſpendi vel interdici aut excommunicari non poſſint per litteras Sedis ejusdem niſi de indulto hujusmodi plenam & expreſſam fecerint mentionem: Attentus proviſurus ne de hiis que cauſe cognitionem extingunt vel que indulta hujusmodi non contingunt te aliquatenus intromittas. Non enim ſi ſecus preſumpſeris tam preſentes litteras quam etiam proceſſum quem per te illarum auctoritate haberi contigerit omnino carere viribus ac nullius fore decernimus firmitatis. Hujusmodi ergo mandatum noſtrum ſic prudenter exequaris quod ejus fines quomodolibet non excedas preſentibus poſt triennium minime valituris.

Datum apud Urbem veterem III. Non. Auguſti Pontificatus noſtri Anno Primo.

Martinus IV. mandat Archidiacono Caſtellano, ut infeudationes de bonis Monaſterii S. Georgii Majoris contra juſtitiam factas, in irritum revocare procuret.

NN 1283. 28. Martii.

Ex Autographo in Monaſterio S. Georgii Majoris Venetiarum.

In nomine Domini Amen. Anno a Nativit. ejusdem Dom. MCCLXXXIII. Indict. XI. die Veneris utimo menſis Aprilis. Venetiis in Canonicatu Eccleſie S. Marci. In domo in qua ſtabat infraſcriptus Dominus Archidiaconus Caſtellanus Preſentibus Domino Fratre Donato Priore Sancti Spiritus de Venetiis Fratre Pace ejusdem domi Simon de Neapoli clerico qui nunc ſtat Venetiis in contrata S. Mauritii, & Georgio ejus fratre teſtibus ad hec vocatis & rogatis. Ibique Frater Aliprandus Frater & Monachus S. Georgii Majoris de Veneciis ex parte Domini Papæ preſentavit & dedit infraſcripto Rev. Viro D. Jacobo Maglaenzocho (1) Archidiacono Caſtellano quasdam litteras papales bullatas bulla plumbea papali cum corda de canipa pendente ſanas integras non fractas non vitiatas & non corruptas in aliqua ſui parte formam hujusmodi continentes. Martinus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio... Archidiacono Caſtellano Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Sua nobis dilecti filii .... Abbas & Conventus Monaſterii S. Georgii Majoris de Veneciis ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis S. Benedicti petitione monſtrarunt quod nonnulli clerici & laici Caſtellane, Tarviſine, & Tergeſtine Civitatum & Dioceſum terras poſſeſſiones prata molendina domos & non nulla alia bona immobilia, que ab ipſis & Monaſterio predicto ac Prioratibus & membris in eisdem Civitatibus & Dioceſibus dicto Monaſterio pleno jure ſubjectis in feudum vel ſub redditu ſeu cenſu annuo tenent quousque locis religioſis eccleſiaſticisque perſonis interdum vero potentibus clericis & laicis vendere ſeu donare ad perpetuum cenſum concedere ac de ipſis alios infeudare, & eidem alias alienare nec non hujusmodi terris aliisque bonis predictis novas ſervitutes impone-

re

(1) Jacobus Maglaenzocho legitur Plebanus S. Pauli ad annum 1286. in Codice Publicorum, nulla tamen Archidiaconalis tituli facta mentione. Vide Tom. II. hujus Operis pag. 310.

re de facto, cum de jure nequiverint abſque ipſorum Abbatis & Conventus aſſenſu legitimo temeritate propria preſumpſerunt. Sicque ipſi pretextu conceſſionis infeudationis & alienationis hujusmodi in terris aliiſque bonis predictis quodammodo jus dominii ſibi vendicare contendunt dum per eos illa in alios & per illos ſepe in perſonam tertiam ac deinceps eis non requiſitis nec conſentientibus ſunt translata. Unde cum ex hoc Monaſterium Prioratus & membra predicta non modicam ſubſtineant leſionem pro parte dictorum Abbatis & Conventus humiliter petebatur a nobis ut ſuper hoc indempnitati ejusdem Monaſterii precavere paterna ſollicitudine curaremus. Nos itaque predictorum Abbatis & Conventus precibus inclinati diſcretioni tue per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus ſi eſt ita & infeudationes ſeu alia premiſſa a predictis Clericis & Laicis ſint contra juſtitiam attemptata, eadem in irritum revocare & ne ab eisſimilia de cetero preſumantur auctoritate noſtra firmiter inhibere procures. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Teſtes autem qui fuerint nominati ſi se gratia odio vel timore ſubtraxerint cenſura ſimili appellatione ceſſante compellas veritati teſtimonium perhibere. Datum apud Urbem veterem v. Kal. Aprilis. Pontificatus noſtri Anno tertio. Quas litteras idem Dominus Archidiaconus cum maxima devotione & reverentia in manibus ejus benigne recepit.

Ego Alexander de Aſta Parmenſis Imperiali auctoritate Notarius his interſui & rogatus predicta ſcripſi complevi & roboravi.

Nicolaus IV. Priori Sancti Andreæ de Litore de Venetiis committit, ut bona a Monaſterio S. Georgii Majoris illicite alienata, ſeu diſtracta idem Monaſterio reſtitui procuret.

1291. 5. Novembris.

Ex Autographo in Archivo Monaſterii S. Georgii Majoris.

NIcolaus Epiſcopus Servus Servorum Dei Dilecto filio Priori Sancti Andree in littore de Venetiis Caſtellane Dioceſis Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Ad audientiam noſtram pervenit quod tam dilecti filii ... Abbas & Conventus Monaſterii S. Georgii Majoris de Venetiis ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis S. Benedicti Caſtellane Dioceſis quam predeceſſores eorum decimas terras domos vineas prata paſcua nemora paſcua mollendina poſſeſſiones jura juriſdictiones & quedam alia bona ad Monaſterium ipſum ſpectantia datis ſuper hoc litteris interpoſitis juramentis factis renuntiationibus confectis exinde inſtrumentis & penis adiectis in gravem ipſius Monaſterii leſionem nonnullis Clericis & Laicis aliquibus eorum ad vitam quibusdam vero ad non modicum tempus vel aliis perpetuo ad firmam vel ſub cenſo annuo conceſſerunt quorum aliqui ſuper hiis litteris confirmationis in forma communi a Sede Apoſtolica impetraſse dicuntur. Quia vero noſtra intereſt ſuper hec de opportuno remedio providere diſcretioni tue per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus ea que de bonis ipſius Monaſterii per conceſſiones hujusmodi alienata inveneris illicite vel diſtracta non obſtantibus litteris juramentis inſtrumentis penis renuntiationibus & confirmationibus ſupradictis ad jus & proprietatem ejusdem Monaſterii legitime revocare procures. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Teſtes autem qui fue-

fuerint nominati ſi ſe gratia odio vel timore ſubtraxerint cenſura ſimili appellatione ceſſante compellas veritati teſtimonium perhibere.

Datum Rome apud Sanctam Mariam Majorem Nonis Novembris Pontificatus noſtri Anno Quarto.

Marcus Abbas Monaſterii S. Georgii Majoris Venetiarum inſtituit in Priorem S. Marci de Creta Fr. Bernardum de Vincentia Monachum S. Georgii Majoris, eique mandat, ut bona ipſius Monaſterii S. Marci recuperare ſtudeat.

OO 1287. 13. Aprilis.

Ex Autographo in Archivo Monaſterii S. Georgii Majoris Venetiarum.

UNiverſis preſentes litteras inſpecturis, Fr. Marcus divina paciencia Abbas humilis Monaſterii S. Georgii Majoris de Venetiis ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis S. Benedicti Caſtellane Dioceſis Salutem in Domino ſempiternam. Noverit univerſitas veſtra quod nos de mandato Ven. Patris Domini Fr. Hugonis Ordinis Predicatorum Epiſcopi Bethlimitani (1) & Religioſi viri Domini Andree Superioris Monaſterii S. Mathie Heremitarum de Murano Ordinis Camaldulenſis Torcellane Dioceſis Viſitatorum Monaſterii noſtri S. Georgii & Membrorum per Summum Pontificem deputatorum in executione dicte viſitationis in eodem Monaſterio exiſtentium, necnon de voluntate & conſenſu religioſorum virorum Fr. Guizimanni Prioris, & Fr. Iacobi de Trigeſto Fr. Benvenuti Fr. Angeli Sacriſte Fr. Johannis de Vicentia protarii Fr. Petri Fr. Bergami Fr. Franciſci Fr. Iuliani Camerarii Fr. Marci Fr. Antonii ac Fr. Iacobi Monachorum & Conventus predicti Monaſterii noſtri ad hoc ſpecialiter congregatorum tenore preſentium revocamus & ex certa ſcientia anullamus & irritamus omnes & quaslibet conceſſiones locationes infeudaciones collationes & commiſſiones per nos ſeu noſtro & dicti Conventus nomine factas quibuscunque perſonis Eccleſiaſticis vel ſecularibus de Eccleſia S. Marci de Creta & jurium & pertinentiarum ipſius ad nos & dictum Monaſterium noſtrum pleno jure ſpectantium. Et cupientes quod eadem Eccleſia tam ſpiritualibus quam temporalibus proficiat incrementis de diſcretione ac induſtria Religioſi viri Fr. Bernardi de Vicentia Monachi & profeſſi noſtri Monaſterii Presbyteri latoris preſentium plenam habentes notitiam ſibi curam regimen ac adminiſtrationem predicte Eccleſie S. Marci de Creta & jurium omnium ac pertinentiarum ipſius tam in ſpiritualibus quam in temporalibus duximus committenda ipſumque ipſius Eccleſie preficimus in Priorem ac de Prioratu ipſo & jurium ac pertinentiarum ipſius eundem per noſtrum anulum preſencialiter inveſtimus. Dantes & concedentes eidem Fr. Bernardo Priori plenam licentiam liberam poteſtatem & ſpeciale mandatum ad revocandum & recuperandum omnia & quelibet bona & jura ejuſdem Eccleſie occupata illicite vel detenta ad jus & proprietatem noſtram & Eccleſie memorate & ſi neceſſe fuerit pro predictis

(1) Epiſcopatus Urbis Bethleem, poſtquam loca ſacra Paleſtinæ in poſſeſſionem Turcarum devenerunt, translatus eſt in Provincia Nivernenſi Galliæ; anno enim 1223. Raynerius Epiſcopus Bethleemita comiter exceptus eſt a Guidone Comite Niverni, qui ipſi Epiſcopo ejusque ſucceſſoribus prædia aſſignavit.

ctis ad agendum & defendendum contra quaſcunque perſonas Eccleſiaſticas vel ſeculares collegia & univerſitates & coram quocunque Iudice Eccleſiaſtico vel ſeculari ordinario vel delegato daro vel dando necnon excipiendum replicandum libellum dandum & recipiendum litem ſeu lites conteſtandum de calumpnia & veritate dicenda jurandum ponendum & reſpondendum articulos dandum & recipiendum crimina & defectus obiciendum beneficium reſtitutionis in integrum petendum & recipiendum teſtes inſtrumenta litteras probaciones quaslibet producendum & reprobandum allegandum in cauſa ſeu cauſis proſequendum alium vel alios procuratorem ſeu procuratores loco ſui conſtituendum & revocandum & generaliter ad omnia alia & ſingula generali adminiſtrationi & cauſarum proſecutioni congruentia & neceſſaria faciendum que in predictis & quolibet predictorum fuerint opportuna. Omni tamen genere alienationis permutationis obligationis & ſubmiſſionis ipſius Eccleſie & jurium ac pertinentiarum ipſius ſtabilium eidem Fr. Bernardo Priori & conſtitutis per eum penitus interdicto. Promittentes tenore preſentium omnibus & ſingulis quorum intereſt vel intereſſe poterit ſub ypotheca & obligacione omnium bonorum Monaſterii noſtri ratum & firmum habere quicquid per dictum Fr. Bernardum utiliter factum fuerit in predictis & quolibet predictorum. In quorum omnium teſtimonium & certitudinem pleniorem preſentes patentes litteras per Petrum Nicolai de Guarano Notarium publicum infraſcriptum ſcribi & publicari mandavimus & noſtro ſigillo muniri. Datum & Actum in Capitulo Monaſterii noſtri ibidem predictis Dominis Epiſcopo & Superiore viſitatoribus & Monachis preſentibus & expreſſe conſentientibus ſub anno Domini Milleſimo ducenteſimo octuageſimo ſeptimo Indictione quintadecima Menſis Aprilis die tertiadecima. Preſentibus Religioſis viris Fratre Iohanne de Bononia Ordinis Predicatorum ſocio dicti Domini Epiſcopi & Fr. Mauro Monacho Monaſterii S. Matthei heremitarum de Murano ſocio dicti Domini Superioris, nec non Fr. Odino de Vilers Fratre Eccleſie Bethlitan. teſtibus ad hec vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et ego Petrus Nicolai de Guarano Alatr. Dioc. Publicus ſacri Imperii auctoritate Not. predictis omnibus interſui premiſſaque omnia deſcripſi & publicavi meoque ſigno ſignavi.

Marcus Tinto Prior S. Marci de Nigroponte teſtificatur de offertoriis & decimis ſuæ Eccleſie quomodo dividebantur.

1293. 27. Junii.

Ex Autographo in Monaſterio S. Georgii Majoris.

IN nomine Dei Eterni Amen. Anno ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo Ducenteſimo nonageſimo tercio Menſe Junii de quatro exeunte Indictione ſexta Rivoalti. Teſtificor Ego Frater Marcus Tinto Monachus S. Georgii Majoris de Venetiis & in veritate dico quod eſt plus triginta ſex annos quod ego ivi Nigropontem, & inveni quod tunc erat Prior Eccleſie S. Marci de Nigroponte quidam Presbyter qui vocabatur Presbyter Maſius & fui cum eo in dicta Eccleſia & moratus fui cum eo in una domo & comedebam & bibebam cum eo bene per octo Menſes & duabus vicibus quibus tunc temporis fui ibidem & ſcivi tunc de conſuetudinibus & conditionibus ipſius Eccleſie que tales erant quod de toto offertorio & proventu ipſius Eccleſie ipſe Prior faciebat quicquid volebat nec Vicarius ſive Notarius D. Baiuli Nigropont.

pont. aliquis juris in offertorio vel proventu ipſius Eccleſie habebat & dico quod ſecundum quod audivi a pluribus idem presbyter Madius fuit Prior ipſius Eccleſie bene per annos triginta mortuo ipſo Presbytero Madio ego ſucceſſi in dicto Prioratu & eſt plus annos triginta quod ego fui primo Prior ipſius Eccleſie & fui prior ipſius Eccleſie in ... bene ann. viginti ſex & ultra & dico quod toto tempore quo ego fui Prior dicte Eccleſie Vicarius ſive Notarius Domini bajuli Nigropont. nihil habebat de offertorio & proventu ipſius Eccleſie niſi forte aliquando de mea ... de offertorio miſſarum vel de candelis aliquid ei vel alicui alii dare volebam nec pro debito aliquo ſibi vel alicui alii aliquid dare tenebar de eo autem quod dictus Dominus bajulus dabat quando cantabantur ſibi laudes ego dabam ipſi vicario ſive notario quando veniebat ad cantandum ipſas laudes quicquid mihi placebat & etiam aliis qui cantabant ſed quando non veniebat nichil ſibi dabam decime vero que ibidem ſolvebantur dividebantur in quattuor partes una pars dabatur Epiſcopo Caſtellano alie tres partes retinebam in me & ex ipſis dabam Eccleſie & pauperibus ſicut michi placebat. Item dico quod meo tempore ego conſenſi de gratia Homodeo ſocero q. Iacobi David quod ipſe laboraret ſuper muros dicte Eccleſie S. Marci ſuper murum. Videlicet quod eſt apud calle que eſt apud Eccleſiam & ſuper murum canipe dicendo quod ipſe Iacob ſatisfaceret michi ad meam voluntatem nec unquam michi aliquid ſatisfecit, & hec per verum dico teſtimonium. Signum ſupraſcripti Marci Tinto qui hec rogavit fieri.

✠ Ego Marcus Paſqualigo Judex Exam. mm. ſs.
✠ Ego Nicolaus Faletro Iudex Exam. mm. ſs.

Ego Johannes Terviſanus Presbyter S. Raphaelis & Not. complevi & roboravi.

IN Nomine Dei Eterni Amen. Anno ab Incarnatione Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ducenteſimo nonageſimo tercio Menſis Julii die decimo intrante Indictione ſexta Rivoalti. Teſtificor ego Thomaſinus de nona de confinio S. Pauli & in veritate dico, quod eſt plus ann. decem & octo & minus vigintiquinque, quod ego eram in Nigroponte & tunc Presbyter Benedictus S. Pauli avunculus meus erat Prior Eccleſie S. Marci de Nigroponte pro Domino Abbate Monaſterii S. Georgii de Venetiis, & pro dicto Monaſterio & fui cum dicto avunculo meo ibi bene quinque annos, & ſcio bene quod tres partes decimarum, que ibidem ſolvebantur, erant ipſius Prioris, & quarta pars erat D. Epiſcopi Caſtellani. Illud autem quod dabatur in baptiſmatis & omnia offertoria dicte Eccleſie erant ipſius Prioris, verum eſt quod dictus Prior donabat, & dabat pro ſua curiali tantum quandoque Capellanus Domini bajuli & aliis ſecundum quod ei placebat, & non tenebatur facere de jure, & id quod faciebat de facto faciebat, & hec per verum dico teſtimonium. Signum ſupraſcripti Thomaſini qui hec rogavit fieri.

✠ Ego Marinus Paſqualigo Iudex Exam. mm. ſs.
✠ Ego Nicolaus Faletro Iudex Exam. mm. ſs.
Ego Joannes Terviſinus Presb. S. Raphaeli & Not. complevi & roboravi.

Be-

Bonifacius VIII. confirmat Monaſterio S. Georgii Majoris Privilegia a ſuis Præceſſoribus conceſſa.

PP 1295. 18. Aprilis.

Ex Autographo in Archivo Monaſterii S. Georgii Majoris.

Bonifacius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis ... Abbati & Conventui Monaſterii S. Georgii Majoris de Venetiis ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis S. Benedicti Caſtellane Dioceſis Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Solet annuere ſedes Apoſtolica piis votis & honeſtis petitum precibus favorem benivolum impartiri. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu omnes libertates & immunitates a predeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſive per privilegia ſeu alias indulgentias vobis vel Monaſterio veſtro conceſſas nec non libertates & exemptiones ſecularium exactionum a regibus & principus ac aliis Chriſtifidelibus rationabiliter vobis indultas ſicut eas juſte & pacifice obtinetis vobis & per vos eidem Monaſterio auctoritate Apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire ſi quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Laterani xiiii. Kal. Maii Pontificatus noſtri Anno Primo.

Eaſdem immunitates & exemptiones ſuis diplomatibus pari modo conceptis confirmarunt Joannes XXII. anno 1316. die XV. Octobris & Martinus V. anno 1428. die IV. Junii.

Bonifacius VIII. concedit Abbati, & Monachis S. Georgii facultatem utendi Privilegiis ſibi conceſſis, quamvis uſi ipſis non fuerint retroactis temporibus.

1295. 18. Aprilis.

Ex Autographo in Archivo Monaſterii S. Georgii Majoris.

Bonifacius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis .. Abbati & Conventui Monaſterii S. Georgii Majoris de Venetiis ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis S. Benedicti Caſtellane Dioceſis ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Cum ſicut ex parte veſtra fuit propoſitum coram nobis vos & predeceſſores veſtri qui fuerunt pro tempore quibuſdam privilegiis & indulgentiis a predeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Monaſterio veſtro conceſſis per ſimplicitatem & juris ignorantiam uſi non fueritis temporibus retro actis. Nos veſtris ſupplicationibus inclinati ejuſdem Monaſterii indemnitati volentes impoſterum precavere utendi de cetero eiſdem privilegis & indulgentiis dummodo eis non ſit per preſcriptionem vel alias legitime derogatum auctoritate vobis preſentium concedimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere vel ei auſu temerario contraire ſi quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Laterani xiiii. Kal. Maii Pontificatus noſtri Anno Primo.

Cle-

Clemens V. Priori S. Helenæ Venetiarum committit, ut Monaſterium & bona S. Georgii Majoris a moleſtantium injuriis defendat.

QQ 1313. 29. Maii.

Ex Autographo in Archivo Monaſterii S. Georgii Majoris.

CLemens Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio .. Priori S. Helene de Veneciis Caſtellane Diocefis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Pium eſſe dinoſcitur ut gloriantibus in malitia per nos taliter obſiſtatur quod repreſſis eorum inſultibus vacantes divino cultui liberius poſſint in obſervantia mandatorum Domini delectari. Cum itaque dilecti filii Saladinus Abbas & Conventus Monaſterii S. Georgii Majoris de Veneciis ad Romanam dumtaxat Eccleſiam pertinentis ordini S. Benedicti Caſtellane Diocefis a nonnullis qui nomen domini in vacuum recipere non formidant diverſis ſicut accepimus affligantur injuriis & jacturis. Nos volentes dictorum Abbatis & Conventus providere quieti & malignantium maliciis obviare diſcretioni tue per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus eisdem Abbati & Conventui contra predonum raptorum & invaſorum audaciam efficaci preſidio defenſionis aſſiſtens non permitas eos in perſonis & bonis ſuis a talibus moleſtari. Moleſtatores hujusmodi per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo attentius proviſurus ne de hiis ſuper quibus lis eſt forte jam mota ſeu que cauſe cognitionem exigunt & que perſonas & bona non contingunt ipſorum te aliquatenus intromitas nec in Epiſcopos aliosque Superiores Prelatos excommunicationis vel ſuſpenſionis aut univerſitatem aliquam ſeu collegium interdicti ſententias promulgare preſumas. Nos enim ſi ſecus preſumpſeris tam preſentes litteras, quam etiam proceſſum quem per te illarum auctoritate haberi contigerit omnino carere viribus & nullius fore decernimus firmitatis, hujusmodi ergo mandatum noſtrum ſic prudenter & fideliter exequaris ut ejus fines quomodolibet non excedas. Preſentibus poſt triennium minime valituris.

Datum Avinione IIII. Kal. Junii Pontificatus Noſtri anno Octavo.

Andreas Patriarcha Gradenſis Abbatem S. Cypriani de Muriano & alios ſubdelegatos ordinat, ut exequantur litteras Joannis Papæ XXII. latas ad favorem Monaſterii S. Georgii Majoris Venetiarum.

RR 1347. 19. Septembris.

Ex Autographo in Archivo Monaſterii S. Georgii Majoris.

ANdreas miſeratione divina Sancte Gradenſis Eccleſie Patriarcha Venetiarum Dalmatieque Primas Conſervator & judex Delegatus ſuper bonis juribus & rebus Monaſterii Sancti Georgii Majoris de Venetiis ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis Sancti Benedicti Caſtellane Dioceſis

ceſſis una cum aliis Eccleſie collegis in ſolidum a Sede Apoſtolica deputatis. Venerabilibus in Chriſto Patribus & dominis.. Sancti Cypriani de Muriano Torcellane Dioceſis, Sancte Marie de pratalia (1) Paduane Dioceſis ordinis Sancti Benedicti Monaſteriorum Abbatibus ac.. Plebano Sancte Marie de Murano & ejuſdem Torcellane Dioceſis Viro Venerabili Salutem in Domino ſempiternam. Noveritis nos a felicis recordationis Domino Ioanne Papa XXII. recepiſſe litteras infraſcripti tenoris. Ioannes Epiſcopus Servus Servorum Dei: Venerabilibus fratribus & Patriarche Gradenſi & Archiepiſcopo Ravenne ac Epiſcopo Iuſtinopolitano Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Quamvis ex debito paſtoralis officii nobis ſuperna diſpoſitione commiſſi cunctis perſonis Eccleſiaſticis & hiis preſertim qui ſub Religionis habitu aſſiduum impendunt Altiſſimo famulatum opportune defenſionis preſidio aſſiſtere tenemur illis tamen promptius & favorabilius adeſſe debemus qui nullo medio Apoſtolice Sedi ſubſunt maxime cum non habeant alium preter Romanum Pontificem defenſorem. Ex conqueſtione ſiquidem dilectorum filiorum Abbatis & Conventus Monaſterii S. Georgii Majoris de Venetiis ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis Ordinis Sancti Benedicti Caſtellane Dioceſis ad audientiam Apoſtolatus noſtri pervenit quod a nonnullis qui nomen Domini recipere in vacuum non formidant in caſtris villis grangiis aliiſque bonis juribus & juriſdictionibus ipſius Monaſterii, & membrorum ejuſdem diverſis & gravibus injuriis, jacturis, violentiis, & moleſtiis frequentiſſime affliguntur. Quare dicti Abbas & Conventus nobis humiliter ſupplicarunt ut cum valde difficile reddatur eisdem pro ſingulis querellis recurſum ad predictam Sedem habere providere ſuper hoc ipſis paterna ſollicitudine dignaremur. Nos igitur adverſus injuriatores & moleſtatores hujuſmodi volentes illo remedio ſubvenire per quod ipſorum compeſcatur temeritas & ceteris ſimilia committendi additus provideatur fraternitati veſtre per Apoſtolica ſcripta mandamus. Quatenus vos vel duo ad minus veſtrum per vos vel per alium ſeu alios etiam ſi ſint extra loca in quibus deputati eſtis conſervatores & judices prefatis Abbati & Conventui efficacis defenſionis preſidio aſſiſtentes non permitatis ipſos ab eisdem ſeu quibuslibet aliis indebite moleſtari vel eis gravamina ſive injurias irrogari facturi dictis Abbati & Conventui cum ab eis aut procuratoribus eorumdem fueritis requiſiti de predictis & quibuſcunque perſonis aliis ſuper premiſſis caſtris villis grangiis bonis juribus & juriſdictionibus nec non de quibusvis injuriis & moleſtiis preſentibus & futuris in illis videlicet que judicialem requirunt indaginem ſummarie de plano ſine ſtrepitu judicii & figura. In aliis vero prout qualitas eorum exegerit juſticie complementum. Moleſtatores & injuriatores hujusmodi nec non contradictores quoſlibet & rebelles cujuſcunque ſtatus dignitatis ordinis vel condictionis extiterint quandocunque, & quotiescunque expedierint per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo invocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus fel. recor. Bonifacii Pp. VIII. predeceſſoris noſtri in quibus cavetur ne aliquis extra ſuam Civitatem & Dioceſim niſi in certis exceptis caſibus ad judicium evocatur. Seu ne judices & conſervatores a Sede deputati predicta extra civitatem & dioceſim in quibus deputati fuerint contra quoſcunque procedere, ſive alii aliis vices committere. Aut aliquos ultra unam dietam a fine Dioceſis eorumdem trahere preſumat. Sed quod de aliis quam de manifeſtis iniuriis & aliis que iudicialem indaginem exigunt penis in eos ſi ſecus ege-

(1) De Abbatia Pratalea vulgo *Pragia* frequens occurrit mentio apud Scardeonium, in Bullario Caſſinenſi, & aliis. Alia etiam Pratalea Abbatia in Diœceſi Placentina Sacro Eremo Camaldulenſi unita.

egerint & in id procurantes a ... conſervatores ſe nullatenus intromitant & tam de duobus dictis in concilio generali dummodo ultra tertiam vel quartam dietam aliquis extra ſuam civitatem & Dioceſim auctoritate preſentium non trahatur quam aliis quibuſcunque conſtitutionibus a predeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus tam de iudicibus delegatis quam conſervatoribus aut aliis editis que veſtre poſſent in hac parte iurisdictioni aut poteſtati eiusque libero exercitio quomodolibet obviare. Seu ſi aliquibus communiter vel diviſim a predicta ſit ſede indultum quod excommunicari ſuſpendi vel interdici ſeu extra vel ultra certa loca ad judicium evocari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi & eorum perſonis & locis ordinibus & nominibus propriis mentionem vel qualibet alia indulgentia dicte Sedis generali vel ſpeciali cujuscunque tenoris exiſtat, per quam preſentibus non expreſſam vel totaliter non inſertam veſtre jurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, & de qua cujusque toto tenore de verbo ad verbum in noſtris litteris habenda ſit mentio ſpecialis. Ceterum volumus & Apoſtolica auctoritate decernimus quod quilibet veſtrum proſequi valeat articulum etiam per alium inchoatum quamvis idem incohans nullo fuerit impedimento canonico impeditus quodque aderat preſentium ſit vobis & unicuique veſtrum in premiſſis omnibus & eorum ſingulis ceptis, & non ceptis preſentibus & futuris, & pro predictis procedere ac ſi predicta omnia & ſingula coram nobis cepta fuiſſent & jurisdictio noſtra & cujuslibet noſtrum in predictis omnibus & ſingulis per citationem vel medium alium perpetuata legitimum extitiſſet Conſtitutione predicta ſuper conſervatoribus & alia qualibet in contrarium edita non obſtante. Datum Avinione V. Idus Marcii Pontificatus noſtri anno Quarto. Cum igitur Nos Patriarcha predictus, certis noſtris & noſtre Eccleſie negotiis occupati in exequendo mandata Apoſtolica ſupradicta perſonaliter intendere nequeamus de veſtra prudentia pro Sedis Apoſtolice reverentia plenam in domino fiduciam obtinentes vobis & cuilibet veſtrum ad omnia & ſingula premiſſa injuncta nobis per ſedem prefatam & in dictis litteris contenta diligentius exequenda auctoritate Apoſtolica ſupradicta tenore preſentium committimus vices noſtras donec ad nos duxerimus revocandas. In quorum omnium teſtimonium & certitudinem pleniores preſentes litteras ſeu preſens publicum inſtrumentum per infraſcriptum notarium noſtrum publicum ſcribi & publicari mandavimus & noſtri ſigilli appenſione muniri. Datum & actum Venetiis Caſtellane Dioceſis in noſtro Patriarchali Palatio Gradenſi die decimo nono Menſis Novembris ſub anno Dominice Nativitatis milleſimo trecenteſimo quadrigeſimo ſeptimo Indictione quintadecima Pontificatus Sanctiſſimi Patris & Domini Noſtri D. Clementis divina providentia Pp. VI. Anno Sexto. Preſentibus Ambroſio Bartholamei de Padua & Donato de Feltro familiaribus ipſius D. Patriarche teſtibus ad premiſſa habitis & ſpecialiter rogatis.

Ego Bommerchatus de Macirolis de miliaria Ferarienſis Imperiali auctoritate Notarius publicus premiſſis commiſſioni ſubdelegationi poteſtatis & juriſdictionis traditioni & omnibus & ſingulis ſupraſcriptis una cum dictis teſtibus interſui eaque de mandato prefati D. Patriarche ſcripſi & in hanc publicam formam redegi meoque ſigno & nomine roboravi in teſtimonium premiſſorum.

Sena-

Senatus Venetus concedit Ducibus Auſtriæ particulam Oſſium S. Stephani Protomartyris, ut reponatur in Eccleſia Principe Viennæ eidem Sancto dicata.

SS

1399. I. Septembris.

Ex Archivo S. Georgii Majoris Venetiarum.

In Rogatis die Prima Menſis Septembris 1399.

QUia non eſt minima virtus, & ſapientia ſcire conſervare amicos, quam acquirere & ſicut eſt noſtrum, & ſecundum quod habetur a noſtris Oratoribus, qui fuerunt ad Dominum Imperatorem, & Ducis Auſtrie. D. Dux Albertus, propter benignos receptus, & amicabilia tractamenta facta per nos verſus ipſum D. Ducem cum tranſiret ad Sanctum Sepulcrum Dominicum, & omnes illi DD. Duces ſunt tam bene diſpoſiti verſus nos, & ad noſtrum honorem, quantum in mundo eſſe poſſunt. Similiter etiam habetur a viris Nobilibus ſ. Paulo Quirino, & ſ. Andrea Venerio, qui noviter redierunt a dictis DD. Ducibus, per quos D. Dux Willelmus, & D. Dux Albertus inſtanter, & amicabiliter rogari fecerunt noſtrum Dominium, quia cum Eccleſia ſua principalis Vienne ſit fundata ſub vocabulo S. Stephani, & protector etiam illius Civitatis ſit ipſe Sanctus placeat nobis conſentire eis unam particulam oſſium dicti S. Stephani, que ſunt in Eccleſia S. Georgii Majoris.

Vadit Pars pro conſervando ipſos in amore, & benevolentia noſtri Dominii, quod complaceatur ipſis DD. Ducibus de illa particula Oſſium dicti S. Stephani, que videbitur Collegio, quia ipſam habebunt in maxima reverentia & devotione, & exinde reputabunt ſe ſemper noſtro Dominio obligatos. Accepta autem ipſa particula oſſium predictorum; poſtea recludi debeant, & inarpeſari, ut primo erant, ita quod nullo unquam tempore moveri, vel aperiri poſſint, ſed remaneant, ut multis, & multis annis ſteterunt.

Senatus Venetus committit Dominis de Nocte (1), *ut recludant corpora Sanctorum quieſcentium in Monaſteriis S. Georgii Majoris, & S. Nicolai de Littore.*

1399. I. Septembris.

Ex Monaſterio S. Georgii Majoris Venetiarum.

1399. *Primo Septembris in Rogatis.*

QUia noſtri Anteceſſores, ſicut publice notum eſt, tulerunt maximos labores, & ſumptus in conduci faciendo corpora Sanctorum, que ſunt

(1) Collegium Dominorum de Nocte (*Signori di Notte al Criminal*) inſtitutum fuit, ut in nocturnos fures inquireret, eoſque, ſi criminum gravitas id mereretur, etiam capitali ſupplicio damnaret. Cur autem eis onus hoc recludendi Sanctorum ſepulcra demandatum fuerit, mihi incompertum. Inſtitutionem hujuſce Magiſtratus r fert Dandulus in Chronico, quem etiam citat Ducangius in Gloſſario, verbo *Domini de Nocte*.

ſunt in noſtro Ducatu Venetiarum, ſolum ex paura & mera devotione, & ad eorum bonam & diligentem conſervationem, ne pervenirent ad alienas manus, totis ſpiritibus vigilaverunt. Vadit Pars, quod eorum veſtigia imitando comittatur Dominis de Noſte, quod debeant ire ad Monaſterium S. Georgii Majoris, & S. Nicolai in Littore, & providere, ac tenere modum, quod illa corpora, que ibi ſunt, ad expenſa Monaſteriorum recludi, & incarperari debeat, itaque ullo unquam tempore inde removeri poſſint in parte vel in toto, nec etiam amplius aperiri ſub pena Ducatorum mille pro quolibet Conſiliario, Capite, Sapiente, vel alio ponente vel conſentiente Partem in contrariam, quam exigant Advocatores Communis habentes Partem, ut de aliis ſui Officii, & de illa non poſſit fieri Gratia, donum, remiſſio, recompenſatio vel preſentis Partis revocatio ſub dicta pena, & ſic procedatur de pena in penam.

Monachi S. Georgii Majoris Venetiarum ſe ſubmittunt obedientiæ, & correctioni Congregationis S. Juſtinæ de Padua.

TT 1342 11. Februarii.

Ex Archivo Monaſterii S. Georgii Majoris.

IN Chriſti nomine Amen. Anno a Nativitate ejuſdem milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſecundo Indictione decima die undecimo menſis Februarii Veneciis in Monaſterio S. Georgii Majoris Caſtellane Dioceſis in loco ubi ſolitum eſt capitulum congregari Preſentibus provido viro ſ. Andrea Polo de Veneciis Valentino q. Petri de Ungaria Mattheo q. Johannis de Veneciis Fabiano Benedicti de Sclavonia, & Johanne Martini de Ungaria & aliis teſtibus rogatis & ad hec ſpecialiter convocatis. Convocato & ad ſonum campanelle ut moris eſt coadunato capitulo Monachorum S. Georgii Majoris predicti in loco predicto in quo quidem capitulo interfuerunt Ven. Viri Domini Geno de Verona Thomas de Usburg Virus de Palas Johannes de Mediolano Petrus de cot.. Gerardus de Peldaſe Petrus de Erfodia Gaspar de Meſſina & Henricus de Saxonia & Epiphanius de Saxonia Fratres Dominicus de forojulio Jacobus de Veneciis Heuſtachius de Alemanea Vincentius de Saxonia & Fabianus de Sclavonia Veneti Viri Dompnus Teophilus de Veneciis (1) & dompnus Arſenius de Mediolano viſitatores congregationis Monacorum de obſervantia S. Juſtine ordinis S. Benedicti: Qui nomine congregationis ejuſdem heſterna die intraverant & acceperant corporalem poſſeſſionem Monaſterii & loci S. Georgii predicti ſecundum continentiam & tenorem cujuſdam bulle Apoſtolice obtente & edite ſuperinde ut omnes Monaci predicti confeſſi fuerunt. Retulerunt atque dixerunt Monacis antedictis ſi contenti erant eſſe & eſſe intelligi libere ſubjectos correctioni cure & omnimode gubernationi congregationis Monachorum de obſervantia S. Juſtine ordinis prefati & ejus regimini & auctoritati ſecundum eorum capitula ordinationes & decreta juxta voluntatem bulle prefate & ejus tenorem qui omnes reſponderunt humiliter & devote paratos fore obedire Apoſtolicis litteris prefatis & quod ſe ſubmittebant ſubjectioni correctioni cure & omnimode gubernationi dicte congregationis. Exceptis dompno Petro de Cot.. & dompno

Gaspa-

(1) Teophilus Michael Venetus Prior Monaſterii S. Benedicti de Mantua eximie pietatis vir.

Gaſparo de Meſſina qui reſponderunt ut ſupra. Excepto quod nolunt nunc mitti ad ſtandum extra Monaſterium prefatum S. Georgii de quibus omnibus dicti Domini Theophilus & Arſenius rogaverunt me notarium infraſcriptum ut de predictis publicum conficerem inſtrumentum.

Ego Deodatus de Mianis publicus Imperiali auctoritate Notarius predictis interſui & ea rogatus ſcripſi & publicavi.

Divus Lurentius Juſtinianus Epiſcopus Caſtellanus delegatus ab Eugenio IV. concedit facultatem vendendi bona Monaſterii S. Georgii Majoris poſita in Inſula Cretæ, ut ex penunia inde redacta aliæ poſſeſſiones emantur.

RR 1438. 28. Novembris.

Ex Autographo in Archivo Monaſterii S. Georgii Majoris.

LAurentius Juſtiniano Dei & Apoſtolice Sedis gratia Epiſcopus Caſtellanus Exequtor & commiſſarius Apoſtolicus per Sanctiſſimum in Chriſto Patrem & Dominum D. noſtrum Eugenium divina providentia Papam Quartum ad infraſcripta ſpecialiter deputatus Univerſis & ſingulis ad quos preſens noſtrum publicum perveneris inſtrumentum Salutem in Domino ſempiternam. Noveritis qualiter coram nobis comparuit Vener. & circumſpectus Vir Dominus Paulus Prior Monaſterii & Conventus S. Georgii Majoris de Venetiis & providens ſocietatis Monacorum S. Juſtine de Padua. Et a nobis petiit, ut vigore litterarum Apoſtolicarum nobis directarum quarum quidem litterarum Apoſtolicarum tenor qui ſequitur de verbo ad verbum eſt talis, & per ipſum alias nobis preſentatum, Eugenius Epiſcopus Servus Servorum Dei Vener. Fratri Epiſcopo Caſtellano ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ad Eccleſiarum & Monaſteriorum ac in illis ſtudio pie vite deditarum perſonarum omnium ſtatum ſalubriter dirigendum paternis & ſolicitis ſtudiis intendentes illorum profectibus libenter intendimus & his per que eorum commodo & utilitati conſulitur favorem benivolum impartimur. Cum itaque ſicut accepimus in Cretenſi Nigropontenſi Bononienſi Ariminenſi Tergeſtine Brixienſi Veronenſi Vincentine Paduane Clugienſi & Conſtantinopolitane Civitatibus & Dioceſibus plura & diverſa poſſeſſiones terre Domus vinee paſcua ſilve nemora oliveta livelli cenſus & redditus ad Monaſterium S. Georgii Majoris de Venetiis Ordinis S. Benedicti Caſtellane Dioceſis legiptime pertinentia exiſtant. In quorum levatione ſeu exactione dilecti filii Prior & Capitulum prefati Monaſterii propter illorum ſive Civitatum ſive primodictarum Dioceſum hujusmodi ab eodem Monaſterio nimiam diſtantiam ac diverſorum locorum varietatem in quibus dicta bona ſunt ſita plura hactenus ſuſtulerunt prout quotidie ſuſtinet incommoda expenſarum pariter & laboris. Nos quod dictum Monaſterium dum in minoribus conſtituti eſſemus ac ex conceſſione & diſpenſatione Apoſtolica obtinebamus in commendam poſtmodum divina favente clementia ad apicem ſummi Apoſtolatus aſſumpti ſub regimine & gubernatione noſtra donec idem providerimus de Abbate idoneo duxerimus retinendum debite proſpicientes quod ſi poſſeſſiones terre domus & alia bona ſupradicta venderentur, & illarum precium pro aliis terris poſſeſſionibus do-

mibus livellis cenſibus redditibus ſeu bonis immobilibus eidem Monaſterio magis propinquis , & uno eodemque loco poſitis converterentur . Et hoc hujusmodi conventui & Monaſterio majus commodum & utilitas provenirent . Propterea ſuper hoc opportune providere volentes motu proprio non ad alicujus nobis ſuper hoc oblate petitionis inſtantiam fraternitati ſue de qua in his & aliis ſpecialem in domino fiduciam obtinemus per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus Priori pro tempore exiſtenti dicti Monaſterii , ac prefatis conventui quandoque , & quotienscunque ſuper hoc ab eis vel eorum parte requiſitus fueris omnia & ſingule poſſeſſiones terrarum domorum vineas paſcua ſilvas nemora oliveria livella & cenſus & redditus Monaſterii hujusmodi etiam ad menſam Abbatialem ſeu uſum Abbatis dicti Monaſterii pro tempore exiſtentis deputata quibusvis perſonis vendendi & alienandi . Ita quod omnes & ſingule pecuniarum ſumme ex illorum venditione hujusmodi provenientes in emptionem aliarum poſſeſſionum terrarum domorum ac bonorum cenſuum & redituum predictorum predicto Monaſterio dumtaxat & non alias libere convertantur . Ac interim penes aliquem fide & facultatibus idoneum mercatorem realiter & cum effectu deponantur , plenam & liberam auctoritate Apoſtolica licentiam largiaris . Datum Florencie Anno Incarnationis Dominice milleſimo quadringenteſimo trigeſimo quinto pridie Nonas Julii Pontificatus noſtri anno quinto . Jo: de Steccatis . Licentiam largiremur & concederemus Ven. Viro Domino Luce de Padua Monacho profeſſo dicti Monaſterii S. Georgii & procuratori conſtituto in inſula Crete predicto Conventu & Monaſterio valendi vendere & alienare omnes & ſingulas poſſeſſiones & domos livella & redditus ac cenſus , nec non quecunque bona dictum Monaſterium habet in inſula Crete & de pecunia juxta libitum noſtrum diſponere . Nos igitur Laurentius Epiſcopus & exequtor Apoſtolicus predictus attendentes requiſitionem hujusmodi fore juſtam & rationi conſonam quodque juſta petentibus non eſt denegandus aſſenſus auctoritate Apoſtolica ſuperius nobis in hac parte tradita & conceſſa licentiam largimur , & concedimus tenore preſentium & in his ſcriptis Ven. Viro Domino Luce de Padua Monaco & Procuratori Monaſterii S. Georgii predicti valendi vendere & alienare omnes poſſeſſiones domos livella redditus cenſus , & quecunque bona dictum Monaſterium habet & tenet in inſula Crete & ſi dicta bona ab Menſam Abbatialem ſpectarent & precium quod ex ipſis poſſeſſionibus & bonis dictus D. Lucas receperit ſeu quod recipiendum erit deponi debeat in manibus Nob. Viri Domini Filippi Quirino q. D. Marci habitatoris Candide (1) & per litteras cambii immediate trasmittere debeat in manibus Dominorum Mathei de Garzonibus & fratrum mercatorum Venetorum qui Matheus & fratres dictum precium depoſitatum tenere debebunt donec per nos aliud ſibi ordinabitur faciendum ut littere Apoſtolice ſuperius deſcripte ſuum debitum ſortiantur effectum juxta mentem Sanctiſſ. Domini Noſtri Pape predicti . Nec non auctoritate Apoſtolica predicta licentiam damus & concedimus dicto D. Luce Procuratori dicti Monaſterii valendi facere omnes & ſingulas chartas & inſtrumenta publica in predictis quibuscunque emptoribus ad ipſorum robur & cautelam neceſſaria & opportuna promittentes auctoritate predicta quidquid per dictum D. Lucam procuratorem in premiſſis actum & geſtum fuerit nos auctoritate Apoſtolica predicta habiturum eſſe firmum gratum & ratum . In quorum omnium & ſingulorum fidem preſentem licentiam & preſentes litteras noſtras ac preſens publicum inſtrumentum fieri juſſimus per Filippum de Camutiis Notarium & cancellarium noſtrum infraſcriptum Noſtrique majoris & Pontificalis ſigilli appenſione muniri mandavimus .

(2)

(1) Candidæ id eſt Urbis Cretæ, quæ aliquando hoc nomine appellabatur apud Venetos.

(1) Actum & datum Venetiis in Epiſcopali noſtro Palatio Caſtellano preſentibus Ven. Viro Domino Presb. Gregorio Capellano ipſius Reverendiſs. Domini Epiſcopi & Nicolao Clerico ipſius D. Epiſcopi talibus &c. Anno Dominice Nativitatis MCCCCXXXVIII. die XXVIII. Novembris.

Ego Filippus q. Thomei de Camutiis Civis & habitator Venetiarum in contrata S. Petri de Caſtello publicus Imperiali auctoritate Notarius & judex ordinarius Curieque Caſtellane Notarius & ipſius Reverendiſs. D. Epiſcopi Caſtellani Cancellarius predictis interfui, & de mandato ipſius D. Epiſcopi ſcripſi ac me ſubſcripſi & in premiſſorum fidem meo ſolito ſigno ſignavi.

Divus Laurentius Juſtinianus Patriarcha Venetiarum executor litterarum Eugenii Papæ IV. facultatem concedit vendendi bona Monaſterii S. Georgii Venetiarum poſita in regionibus longinquis, ut ex pretio eorum alia bona magis utilia acquirantur.

1453. 3. Junii.

Ex Autographo in Archivo Monaſterii S. Georgii Venetiarum.

LAurentius Juſtinianus miſeratione divina Patriarcha Venetiarum Dalmatieque Primas alias Epiſcopus Caſtellanus executor unicus ad infraſcripta a Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatus. Univerſis & ſingulis R. p. Archiepiſcopis Epiſcopis Abbatibus Prioribus prepoſitis decanis Capitulis ſingulisque canonicis & perſonis quacunque dignitate vel officio ſulgentibus in Cathedralibus infraſcriptarum Civitatum caſtrorum & locorum Eccleſiis nec non omnibus & ſingulis aliis tam Clericis quam Laicis quos preſens tangit negotium vel tangere poterit quomodolibet in ſuturum & qui ſua quoquo modo putaverint intereſſe communiter & diviſim ſalutem in Domino & noſtris ymo verius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis. Noveritis qualiter Rev. Pater Domnus Ciprianus Dei gratia Abbas Monaſterii S. Georgii Majoris de Venetiis pro ſe & toto conventu predicti Monaſterii exhibuit & preſentavit nobis litteras fel. record. Domini Eugenii Pp. IIII. ſanas integras & illeſas non cancellatas non abraſas nec in aliqua ſui parte ſuſpectas ſed omni prorſus vitio & ſuſpicione carentes vera ipſius Domini noſtri Pape bulla plumbea ad cordulam canapis more Romane Curie impendenti munitas tenorem qui ſequitur continentes. Eugenius Epiſcopus Servus Servorum Dei Ven. Fratri Epiſcopo Caſtellano ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ad Eccleſiarum & Monaſteriorum ac in illis ſtudio pie vite deditarum perſonarum omnium ſtatum ſalubriter dirigendum paternis & ſollicitis ſtudiis intendentes illarum profectibus libenter intendimus & his per que eorum comodis & utilitati conſulitur ſavorem benevolum impartimur. Cum itaque ſicut accepimus in Cretenſi Nigropontenſi &c. *ut in precedenti Diplomate.*

Poſt quarum quidem litterarum preſentationem & receptionem idem Dominus Abbas debita cum inſtantia requiſivit ut ad executionem premiſſarum litterarum pro bono & utili dictorum Monaſterii & Conventus procedere curaremus. Nos itaque Laurentius Patriarcha Executor Apoſtolicus predictus viſis & lectis prefatis Apoſtolicis litteris & audito prefato Domino Abbate & ejus

(2) Ipſe S. Laurentius Patriarcha Venetiarum enunciatus vigore Apoſtolicarum litterarum ſic rogante Gerardo Abbate, iterum, ut ejusmodi bona longe diſſita diſtrahi & vendi poſſent, indulſit, ut patet ex ſequenti Patriarchali documento.

ejus commendabili propoſito habita ſuper hoc diligenti informatione & conſiderato quod poſſeſſiones terre & domus vinee paſcua nemora oliveta livelli cenſus & redditus dicti Monaſterii in dictis locis exiſtentia propter diſtantiam locorum propter quam a fratribus nequeunt continue provideri ſunt eidem Monaſterio modici redditus & proventus. Et ſi predicte poſſeſſiones & bona venderentur & illarum pretium pro aliis terris poſſeſſionibus domibus livellis cenſibus redditibus ſeu bonis immobilibus idem Monaſterio magis propinquis & in uno eodemque loco poſitis converteretur, ex hoc eidem Monaſterio majus commodum & utilitas proveniret habita diligenti conſideratione mandatum Apoſtolicum volentes exequi ut tenemur ut dicte poſſeſſiones terre & domus & alia ſupradicta vendi & alienari poſſint eidem Domino Cipriano Abbati & ſucceſſoribus ſuis ac conventui predicto S. Georgii tenore preſentium impartimur ac largimur. In quorum teſtimonium preſentes litteras fieri juſſimus per Notarium Cancellarium noſtrum & Patriarchalis ſigilli bulle appenſione muniri. Actum & datum in Patriarchali Palatio Venetiarum preſentibus Ven. & Religioſo Viro Domino Andrea Bondimerio (1) priore Monaſterii S. Spiritus de prope Venetiis & ſ. Baldeſar de caravagio camerario prefati Domini Patriarche teſtibus vocatis habitis & ad hec ſpecialiter rogatis die tertia Julii milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo tertio Pontificatus Sanctiſſimi Domini Noſtri D. Nicolai divina providentia Pape V. Anno ſeptimo.

Ego Antonius Jacobi Civis & habitator Venetiarum publicus Imperiali auctoritate Notarius ſcriba & Cancellarius ſupradicti Domini Patriarche antedicte licentie conceſſioni preſentationi & receptioni litterarum predictarum Apoſtolicarum & omnibus & ſingulis anteſcriptis preſens fui. & de mandato ejuſdem Reverendiſſ. P. D. Patriarche ſcripſi & ſignum meum appoſui conſuetum.

Senatus Venetus jubet, ut honeſtis modis obtineatur caput S. Georgii M. quod in Inſula Æginæ colebatur, atque Venetias deducatur.

XX. 1462 20. Auguſti.

Ex Archivo S. Georgii Majoris.

1462. die xx. Auguſti in rogatis.

Quemadmodum nuper nobis relatum eſt in inſula legene reconditum eſt caput B. Georgij Martyris; que quidem reliquia quanta veneratione digna ſit, facile quiſque intelligit: conveniatque honori Dei & Religioni noſtre operam dare habendi reliquiam iſtam. Propterea. Vadit pars.

Quod de re iſta ſcribatur capitaneo noſtro maris: quod ſi continget eum verſus Nigrop. & inſulam ipſam legene ſe conferre operam dare debeat per omnes illos utiles, & bonos modos, qui ſue prudentie videbuntur, habendi ipſam reliquiam, ut conduci poſſit huc Venetias, & dari, & collocari in Monaſterio S. Georgii Majoris, ſicut digne meretur. Et ſi non eſſet acceſſurus ad illas partes hoc ipſum mandatum facere debeat illis galeis noſtris, que ad loca ipſa ſe conferent, Declaretur tamen ipſi capitaneo, quod perſuaſionibus & bonis modis ſtudeat habere reliquiam predictam, per vim vero nihil tentare debeat, advertendo etiam, quod in habendo reliquiam ipſam non decipiatur.

(1) De Andrea Bondumerio Fundatore & Priore Canonicorum Regularium S. Spiritus, poſtea Patriarcha Venetiarum, mentio erit ad Inſulam S. Spiritus.

Senatus Venetus aſſignat ducatos centum, & alios centum Monaſterium S. Georgii Majoris, ut expendantur in munitionibus Inſulæ Æginæ.

Y Y 1463. 26. Martii.

Ex Archivo S. Georgii Majoris.

1463. die XXVI. Martii in Rogatis.

IN redditu Viri Nobilis Victoris Capello olim Capitanei noſtri Maris quemadmodum notum eſt, ipſe detulit ſecum, repoſuitque in Monaſterio S. Georgii M. caput B. Georgii Martyris, quod quidem Papates, ſive Calloieri in poteſtate ſua dudum habuerunt in loco noſtro Egene, & in ſatisfactionem, & complacentiam noſtram ipſum Caput S. Georgii concedere nobis contenti fuerunt, & per operam ipſius Victoris Capello, ſic requirentibus opportunitatibus dicti loci Egene, qui cum ſit in parcibus Turcorum proviſione, & fortificatione opus habet, D. Abbas, & Fratres S. Georgii contenti fuerunt dare Ducatos centum convertendos in fortificationem dicti loci; ſed non eſt poſſibile, quod cum eis reduci poſſit ad aliquam fortitudinem; ſitque pium, & humanum, ut officium noſtri Dominii iſti loco noſtro aliqualiter ſubvenire, propterea

Vadit pars, quod dari debeant Ducati centum, qui ponantur in fortificationem ipſius loci, & accipiantur de pecuniis depoſiti, & ex nunc captum ſit, quod iſti Ducati centum, & alii centum habiti a Monaſterio S. Georgii, mittantur ad manus Rectoris noſtri Egene cum ordine, quod omnes pecunias ipſas expendere debeat in fortificando dictum locum noſtrum, quodque tenere debeat bonum computum de expenſa, quam faciet, & nos de omnibus particulariter informare.

Mitti quoque debeant ad locum prædictum ille munitiones, quæ Collegio neceſſarie videbuntur.

D. Parte	142
D. N.	1
Non Sinc.	6

Ex Reg. Terre n. 5. ad pag. xxxii.

Pius II. mandat Abbati S. Georgii Majoris Venetiarum, ut Bona Cardinalis Rutheni conſignet Donato Monacho a ſe miſſo.

Z 2 1463. 3. Maii.

Ex Autographo in Monaſterio S. Georgii Majoris.

Dilecto Filio Abbati Monaſterii S. Georgii Majoris Venetiarum.

PIUS PAPA II.

Dilecte Fili:

MIttimus iſtuc dilectum Filium Donatum Monachum Capellanum noſtrum preſentium exhibitorem, ut noſtro nomine accipiat bona Cardinalis quondam Rutheni apud te, aut quemcunque in Civitate Venetiarum exiſtentia, prout ab eo latius intelliges. Quocirca mandamus tue devotioni, quatenus ad omnem dicti Donati ſequiſitionem omnia, & ſingula bona premiſſa in ejus manibus libere, & abſque contradictione conſignes, & conſignari facias. In quantum gratiam noſtram caram habes. Datum Rome apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die III. Maii MCCCCLXIII. Pontificatus noſtri anno V.

I. G. de Piccolomini.

Chri-

Chriſtophorus Mauro Dux Venetiarum gubernatrici egeopelagi commendat Monaſterium S. Georgii Majoris Venetiarum, qui ſibi vindicat Eccleſiam ſui juris poſitam in Inſula Naxi.

A 3 1464. 12. Maii.

Ex Autographo in Archivo Monaſterii S. Georgii Majoris.

CHriſtophorus Mauro Dei gratia Dux Venetiarum &c. Magnifice Domine . . Conſorti q. Marci Domini Franciſci Criſpo gubernatrici egeopelagi ſalutem & ſincere dilectionis affectum. Cogimur tum pietatis cauſa, tum pro officio & cura noſtra quam gerimus in monaſterium S. Georgii Majoris hujus noſtre civitatis Venetiarum, quippe quod a conditione ejus ſemper habitum eſt baſilica & capella noſtra, amplitudini ejus potius ſtudere, quam per negligentiam & incuriam pati illud privari aliquo ſuo membro & jure, hinc proinde fit: ut haſce noſtras ſcribendas M. veſtre curaverimus. Conſueverat enim monaſterium ipſum, & ita comperto habetur, in iſta inſula Naxi tanquam membrum & particulam ejus recognoſcere & poſſidere Eccleſiam quandam nominatam pantiphoti, que partim temporis diuturnitate, partim ignoratione pro derelicta & abalienata fuit ab hoc monaſterio & capite ſuo, poſſideturque impreſentia ab Epiſcopo Smirnenſi ſubdito tyranni Turcorum. Nunc vero cum Rev. D. Abbas & Monachi dicti Monaſterii omnino intendant vendicare ſibi dictam Eccleſiam, & proinde mittant nuncium ſuum latorem preſentium, qui rem hanc curet, & ex ſententia & voto conficiat; Gratiſſimum nobis erit, ut veſtra Magnificentia commendatam rem hanc habeat, atque opem, operam, & favores ſuos preſtet eidem nuncio ad recuperandum Eccleſiam ipſam & diu ſegregatam adſciſcendum capiti & monaſterio ſuo, que res & pia & Deo accepta erit.

Datum in noſtro Ducali Palatio die XII. Maii Indictione XII. MCCCCLXIIII.

Sixtus IV. Joanni de Barbo, qui ceſſerat Monaſterium S. Mariæ de Piro, ut uniretur Congregationi S. Juſtinæ de Padua, concedit penſionem 250. Ducatorum de Camera ſuper fructus ejuſdem Monaſterii de Piro.

B 3 1439. 7. Februarii.

Ex Archivo S. Georgii Majoris Venetiarum.

SIxtus Epiſcopus Servus Servorum Dei Dilecto filio Magiſtro Joanni de Barbo Clerico Venetiarum notario noſtro ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Grata devotionis, & familiaritatis obſequia, que nobis, & Apoſtolice Sedi hactenus impendiſti, & adhuc ſolicitis ſtudiis impendere non deſiſtis, nec non nobilitas generis vite & morum honeſtas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus perſona tua jam familiari experientia, quam & fide dignorum teſtimoniis juvari percepimus, nos inducunt ut tibi

tibi favorabiliter concedimus, que tuis commoditatibus fore conſpicimus opportuna. Cum itaque nos hodie Monaſterium S. Marie de Piro Ordinis S. Benedicti Tarviſine Dioceſis illius Commenda ex eo, quod tu dictum Monaſterium ex conceſſione & diſpenſatione Apoſtolica in comenda obtinebas, per certum procuratorem tuum ad hoc a te ſpecialiter conſtitutum in manibus noſtris ſponte & libere ceſſeris, noſque ceſſione hujuſmodi duxerimus admittendam, ceſſante adhuc eo modo quo tempore tibi facte commende hujuſmodi vacabat vacans de fratrum noſtrorum conſilio dilectis filiis Congregationi Monachorum S. Juſtine de Padua nuncupate ejuſdem Ordinis cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis auctoritate Apoſtolica perpetuò univerimus, annexerimus, incorporaverimus appropriaverimus & applicaverimus, prout in noſtris deſuper confectis litteris Apoſtol. plenius continetur: Nos tibi, qui, ut accepimus, de nobili genere procreatus exiſtis, ne ex ceſſione hujuſmodi nimium diſpendium patiaris, ſtatuimus ſubventionis auxilio providere, premiſſorumque obſequiorum & meritorum tuorum intuitu ſpecialem tibi gratiam facere volentes, ſeque ab omnibus & ſingulis excommunicationibus, ſuſpenſionibus & interdictis, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis cenſuris & penis a jure vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis, ad affectum preſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, motu proprio, non ad tuam vel alterius partem nobis ſuper hoc oblate petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate penſionem auream ducentorum & quinquaginta ducatorum auri de camera ſuper fructibus, redditibus, & proventibus dicti Monaſterii per Monachos preſate Congregationis & eorum Superiorem, quorum ad id expreſſus accedit aſſenſus tibi quoad vixerit vel procuratori tuo ad hoc a te ſpecialiter conſtituto pro una videlicet in Domini noſtri Jeſu Chriſti, & alia medietatibus penſionis hujuſmodi in Sancti Joannis Baptiſte Nativitatum feſtivitatibus annis ſingulis integre perſolvendum auctoritate Apoſtolica reſervamus, conſtituimus, & aſſignamus; decernentes Monachos & ſuperiores prefatos ad ſolutionem penſionis hujuſmodi juxta reſervationis, conſtitutionis, & aſſignationis predictarum tenorem fore efficaciter obligantes & volentes, & eadem auctoritate ſtatuentes, quod ſuperiores & ſingulares perſone dicte Congregationis pro tempore exiſtentes, qui in feſtivitatibus ipſis, vel ſaltem infra triginta dies ſingulas feſtivitates eaſdem immediate ſequentes penſionem per eam tunc debitam hujuſmodi non perſolverint cum effectu lapſis diebus eiſdem ſententiam excommunicationis eo ipſo incurrant, a qua donec tibi de penſione hujuſmodi tunc debita integre ſatisfactum, vel alias ſecum aut cum procuratore tuo amicabiliter ſuper hoc concordatum fuerit, preterque in mortis articulo conſtituti abſolutionis beneficium nequeant obtinere. Si vero per ſex menſes 30. dictos dies immediate ſequentes ſententiam ipſam animo, quod abſit, ſubſtinuerint, indurato, ex tunc lapſis menſibus eiſdem dicto Monaſterio privati exiſtant, illudque vacare cenſeatur eo ipſo non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis Congregationis & Monaſterii & Ordinis predictorum juramento confirmatione Apoſtolica vel quacunque firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ceteriſque contrariis quibuſcunque, aut ſi Monachis ſeu perſonis, & ſuperioribus prefatis, vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum quoad preſtationem, & ſolutionem alicujus minime teneantur, & ad id compelli ſeu propterea ſuis beneficiis privari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & quamlibet aliam dicte ſedis indulgentiam generalem cujuſcunque tenoris exiſtat, per quam preſentibus non expreſſam, vel

vel totaliter non inſertam effectus hujusmodi gratie impedire valent quomodolibet, vel differri, & de qua cujusque toto tenore habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre abſolutionis, reſervationis, conſtitutionis aſſignationis decreti voluntatis, & ſtatuti infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Rome apud S. Petrum anno Incarnationis Dominice 1479. Septimo Idus Februarii Pontificatus noſtri anno Nono.

Translatio Crucis Domini Noſtri Jeſu Chriſti ad S. Georgium Majorem Venetiarum.

C 3 1488. die 9. Martii.

Ex Autographo in Archivo S. Georgii Majoris.

NObilis & Generoſus vir condam Dominus Paulus Decanalium Patricius Venetus filius Magnifici D. Petri. Cum ab illuſtriſs. Dominio Venetiarum Conſul in Alexandria eſſet creatus. Illucque ſtatim profectus, teſtamentum edidit, infirmitatis cauſa, quam incurſit. Et inter cetera, hocque meminit. Quod lignum Sanctiſſime Crucis, quod in manibus Nobilis ejus Conſortis reliquerat, & a Conſtantinopoli magno precio jamdudum comparaverat in Monaſterium S. Georgii Majoris Venetiarum, ubi eſt Cappella noviter, pro ſe, adhuc ipſo vivente & ſuperſtite propriis ſumptibus, & inſignis, nobiliter & conſtructa. Deportaretur ut ibidem in feſtis ſolemnibus a chriſticolis adoraretur. Preſata vero Nobilis Dom. ejus conſors poſt mortem predicti Domini Pauli vota ſua adimplere feſtinans annunciari fecit Rev. Patri D. Joanni Cornario Veneto tunc Abbate predicti Monaſterii. Quod quandocunque acceptare vellet prelibatum lignum Sanctiſſime Crucis Domini noſtri Jeſu Chriſti in ſuo beneplacito erat pro illo mittere. Et ſic dictus Vener. Abbas, tres ex Monachis ſuis, nomine ſuo Patrem videlicet priorem D. Bernardum de Muglia; & P. D. Stephanum Decanum de Venetiis, & D. Petrum de Chanea Monacum. In nomine Sanctiſtime Trinitatis benedicens, pro Dominica Cruce ſuſcipienda emiſit, die nono Martii 1488. Quibus profectis ſtatim preſata nobilis Dom. una cum fratre ſuo ac nepotibus, & nonnullis aliis ibi preſentibus (uti teſtibus omnibus) Aperiri juſſit quoddam ſcrinium ſuum, in quo repoſita erat illa Sanctiſſima reliquia Crucis Domini & accenſis luminaribus omnibus in terra proſtratis ait patri Priori. En P. Rev. hic eſt intus precioſiſſimum lignum Sanctiſſime Crucis, quod vobis devotiſſime offerimus, & quia ego indigna tangere non poſſum. Tu ipſe ſuſtole Et enarratis aliquibus miraculis ab ipſa Nobili Dom. quam brevitate ommittimus, & maxime quia veris fidelibus ſola fides ſufficit. Illico P Prior accedens propius, ubi Sanctiſſima Crux jacebat, cum omni timore Dei, & tremore proſtratus in terra adorans Sanctiſſimam Crucem in manibus reverenter illam elevans omnibus ipſam adorandam obtulit. Quam poſtquam omnes adoraverunt & obſculati ſunt P. Prior in quadam capſula parva eburnea reſervavit. Et precedentibus luminaribus verſus Monaſterium iter direxit predictam reliquiam Sancte Crucis reverenter in mani-

nibus portans. Cui illa prefata Nobilis uxor q. Magnifici D. Pauli offerentis dictum ſalutiferum lignum, ait devote & humiliter P. ſ. Priori, & Monachis ſuis: Orate Deum pro nobis. Quam P. Prior benedicens ad Monaſterium venit P. Rev. Abbati ſuo Dominicam Crucem preſentavit, quam P. Abbas in ſacroſanctis manibus ſuis ſuſcipiens, & ipſam devotiſſime adorans in ſacriſtia, preſente P. Domino Auguſtino Decano de Venetiis. Et D. Auguſtino Sacriſtano de briſsia. Et Domino Jo: Franciſco de briſſia monacho, Preſentibus ſimiliter & P. Priore, & P. D. Stephano, & Petro ſupradictis in loco debito & honorabili, collocavit, ordinans, quod fiat ad honorem Dei aliquod condignum tabernaculum. Que ſcribimus, propriis oculis vidimus. Translatum eſt ergo in Sancto Georgio Majori MCCCCLXXXVIII. nono die Martii; & adoremus ipſam omnes cum tremore & reverentia, quia in ipſa Jeſus Chriſtus dominus noſter pro ſalute noſtra emiſit ſpiritum. Cui eſt omnis gloria, honor, & poteſtas in ſecula ſeculorum Amen.

Deffinitores Capituli Generalis Congregationis S. Juſtinæ de Padua aſſignant Abbatiam S. Mariæ de Piro Monaſterio S. Georgii Majoris Venetiarum.

D 3 — 1493. 11. Maii.

Ex Archivo S. Georgii Venetiarum.

IN Chriſti nomine Amen Anno a Nativitate Domini milleſimo quadrigenteſimo nonageſimo tertio Indictione undecima die vero Sabati undecimo menſis Madii. In Monaſterio S. Benedicti de Padolirone Diocefis Mantuane. Tempore Sereniſs. Principis & Domini D. Federici clementia Dei Romanorum Imperatoris & ſemper Auguſti. Preſentibus Antonio Filio Paulini de buſſeto, Bertolotto Fatri Antonii de Avantiis, & Girardo Fr. Jo. Jacobi de Irolois, omnibus habitatoribus in Vicariatu S. Benedicti diſtrictus Mantuani teſtibus a me notario cognitis, & ydoneis vocatis, & ſpecialiter ad infraſcripta rogatis. Cum Rev. Patribus diffinitoribus capituli generalis Congregationis S. Juſtine de obſervantia Ordinis S. Benedicti totam ipſam Congregationem repreſentantibus per Apoſtolica indulta conceſſum ſit, quod de Monaſterio & locis ejuſdem Congregationis, ac eorum bonis libere ordinare & diſponere poſſint, prout utilitatibus prefate congregationis eis videbitur expedire juxta ejuſdem Congregationis ordines & ſtatuta. Ea propter Rev. Patres D. Theophilus de Cremona preſidens, ceterique diffinitores, Videlicet D. Germanus de Placentia, D. Gaſpar de Papia, D. Gabriel de Janua, D. Jo. Franciſcus de Venetiis, D. Sunno de Papia D. Alexander de Florentia D. Joannes de Venetiis & D. Jacobus de Florentia unanimiter & concorditer coram me Notario & teſtibus prenominatis conſtituti volentes providere Monaſterio S. Marie de Piro Tarviſine Diocefis eidem Congregationi dudum per Apoſtolicas litteras unito de adminiſtratoribus & gubernatoribus tam in ſpiritualibus quam in temporalibus prefata Apoſtolica auctoritate etiam ordinationum & ſtatutorum predicte Congregationis muniti. Omnibus melioribus via jure & forma, quibus magis melius & efficacius valent & poſſunt, elligunt deputant & inſtituunt Rev. Patrem D. Abbatem Monaſterii S. Georgii Majoris de Venetiis una cum conventu ſuo in

gubernatorem & adminiſtratorem omnium jurium ipſi Abbatie de piro ſpectantium & pertinentium tam ſpiritualium quam temporalium, nec non beneficiorum conferendorum ipſi Abbatie ſubjectorum aliarum jurisdictionum, per inde ac ſi ipſius Abbatie de Piro, nec non S. Georgii Majoris eſſet Abbas cum omnibus & ſingulis jurisdictionibus auctoritatibus & pertinentiis, que prefato Monaſterio de piro ſpectant & pertinent, ſive per particularia indulta ſive per antiquas conſuetudines cum facultate omnimoda tam in ſpiritualibus quam in temporalibus nec non cum poteſtate inſtituendi, & deſtituendi viſitandi & corrigendi capellanos Eccleſiarum ipſi Abbatie pleno jure ſubjectorum per inde ac ſi ipſum Monaſterium de Piro eidem Monaſterio S. Georgii Majoris eſſet perpetuo ſubjectum incorporatum & unitum juxta formam prefatorum previlegiorum & ſtatutorum congregationis S. Juſtine. Volentes predicti Patres diffinitores quod antedictus Rev. Abbas S. Georgii Majoris una cum conventu ſuo nomine & vice predicti Monaſterii de piro poſſit & valeat conſtituere procuratores negotiorum geſtores ſindicos & factores ac alias quaſcunque proviſſiones facere quemadmodum ſibi expedire videbitur tam in judicialibus quam extra & tam in ſpiritualibus quam temporalibus omnibus ac per omnia prout ipſi continentes facere poſſunt. Volentes inſuper quod hujusmodi inſtrumentum adminiſtrationis ſit pleniſſimum & abſolutiſſimum ita in ipſo comprehendantur omnia & quecunque ac ſingula quam ſpeciale mandatum requirerent. Et quia aliud ſimile inſtrumentum & hujuſmodi tenoris tam multis annis ſtipulatum & confectum fuit quod non invenitur. Ideo prefati Patres approbant & ratificant omnia & ſingula ac quecunque geſta & acta factaque per dictum D. Abbatem & Conventum ſuperioribus annis volentes ea firma & inconcuſſa permanere. Promitentes preciſe & eorum ſucceſſores mihi notario infraſcripto uti publice perſone preſenti & ſtipulanti & recipienti vice & nomine omnium & ſingulorum quorum intereſt vel intereſſe poterit predicta omnia & ſingula perpetuo firma rata & grata habere tenere attendere & obſervare & adimplere & in nullo contrafacere vel venire per ſe vel alium aliqua ratione cauſa vel ingenio de jure vel de facto ſub obligatione omnium & ſingulorum bonorum prefate Abbatie de Piro nec non bonorum antedicte Congregationis preſentium & futurorum.

Ego Bartholameus filius providi Viri Domini ... de Vulpis Civis Mantuanus publicus Imperiali auctoritate Notarius his ſupraſcriptis omnibus & ſingulis preſens fui & rogatus publice ſcribere ſcripſi.

Translatio Corporis S. Stephani Protomartyris de vetere ad novam Eccleſiam S. Georgii M. in ara eidem Protomartyri dedicata.

E 3 1581 15. Agoſto.

Ex Archivo S. Georgii Majoris.

Die Jovis 26. Menſis Novembtis 1579.

In Eccleſia Sancti Georgii Majoris Venetiarum.

Coram Illuſtriſs. & Reverendiſs. in Chriſto patre & D.D. Jo. Triviſano J. U. D. Miſeratione Divina Patriarcha Venetiarum Dalmatieque Primate, & in hac parte Commiſſario Apoſtolico ad infraſcripta ſpecialiter deputato Comparuit Reverendiſs. in Chriſto Pater Dominus Paulus de Venetiis Abbas Monaſterii & Conventus S. Georgii Majoris Venetiarum Congregationis Monacorum Caſ-

Caſſinenſis, & ipſius Ven. Congregationis preſidens & nomine dictorum ſuorum Monaſterii & Conventus exhibuit & preſentavit D. S. Illuſtr. litteras Apoſtolicas in firma brevis annulo Piſcatoris ſignatas Sanctiſſimi in Chriſto Patris & D. N. D. Gregorii Divina providentia Pape XIII. D.S. Illuſtr. directas clauſas, & ſigilatas ſanas & integras & omni prorſus ſuſpicione carentes, & inſtetit illas aperiri, & ad ipſarum exequutionem procedi juxta illarum formam continentiam & tenorem.

Qui Illuſtr. & Reverendiſs. D. Patriarcha & commiſſarius litteras Apoſtolicas predictas ea qua decuit reverentia ad ſe recipiens, illas mihi ejus Canonico legendas exhibuit. Quorum intellecto tenore obtulit ſe illas exequuturum, quarum litterarum Apoſtolicarum tenor in continentia erat iſte. A tergo brevis. Ven. Fr. Patriarche Venetiarum. Intus vero in margine ſuperiori Gregorius Papa XIII. Deinde Ven. Fr. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum (ſicut accepimus) Eccleſia nova Monaſterii S. Georgii Majoris iſtius Civitatis Venetiarum Congregationis Monachorum Caſſinenſium conſtructa nonnulle Capelle Eccleſie Veteris pro fundatione Chori novi diruende ſint in quibus capellis multe Sanctorum Reliquie, & precipue Corpus S. Stephani prothomartyris requieſcunt, & propterea eaſdem reliquias inde tollere, & ad altaria ipſius Eccleſie nove transferre eaſque ibi decenter collocare oporteat: Nos de premiſſis certam notitiam non habentes, fraternitati tue per preſentes mandamus, ut ſi ita eſt, eiſdem Monachis Caſſinenſibus dictas reliquias ad novam Eccleſiam transferendi, & (ut prefertur) reponendi licentiam auctoritate noſtra concedas, ſuper quo tibi facultatem impartimur. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis ceteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Rome apud S. Petrum anulo piſcatoris die xv. Octobris 15. 79. Pontificatus noſtri anno octavo. Ceſar Glorierius. Quibus quidem litteris apoſtolicis, ut prefertur, receptis, & illarum tenore intellecto volens dictus Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. Patriarcha mandatum apoſtolicum ſibi in hac parte directum reverenter exequi, ut tenetur, exiſtens perſonaliter in Eccleſia veteri S. Georgii Majoris, & in Capella, ubi multe Sanctorum reliquie precipue corpus S. Stephani Martyris requieſcunt, & ſibi tum ad oculum, tum etiam per depoſitionem Sp. V. D. Andree Paladii architecti, & D. Antonii de Marco prothi Muratorum ipſius Eccleſie nove S. Georgii medio juramento in ipſius manibus preſtito manifeſte conſtito, quod capella ipſa in Eccleſia predicta veteri, ubi reliquie predicte requieſcunt pro fundatione Chori novi diruenda venit, & propterea oporteat eaſdem reliquias inde tolere, & ad Altaria Eccleſie nove transferre, eaſque ibi decenter collocare. Idem apoſtolica auctoritate ſibi commiſſa, & quam in hac parte fungimur dicto Reverendiſs. D. Abbati & Preſidenti ibidem preſenti, ejuſque Conventui Monachorum Caſſinenſium eaſdem reliquias inde tollendi, & ad novam Eccleſiam transferendi, & reponendi licentiam & facultatem conceſſit, volens nihilominus predictus Illuſtriſs. D. Patriarcha Translationem & repoſitionem hujuſmodi pro nunc fieri in aliquo congruo loco ſeu capella Eccleſie nove predicte donec provideatur de altari, ubi reliquie ipſe collocari decenter valeant. Quodque e capella veteri predicta non amoveantur ſine interventu, & preſentia ipſius Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. Patriarche, cum intendat dicte amotioni, & translationi in debito apparato adhibitis ceremoniis in ſimilibus ſervari ſolitis perſonaliter intereſſe, ſicque fieri, & obſervari mandavit omni meliori modo &c. Preſentibus ad predicta Rev. D. Antonio Thomaſino J. U. D. Vicario perpetuo S. Bartholomei Rivoalti, & Rev. D. Alexandro Gerardino Plebano Eccleſie S. Abundii de S. Bonifacio Vicentine Dioceſis teſtibus &c.

Victor de Mapheis Cancellar. Patriarchalis Venetiarum in fidem ſubſcripſi.

Scre-

Sereniſſimo Principe.

DOvendo noi Abbate & Monaci di S. Giorgio Maggiore con la gratia del Signor Dio, continuare la fabrica della Chieſa noſtra, ridotta in quel buon ſtato, ch'è beniſſimo noto alla Serenità Voſtra, ci conviene far gettar à terra tutto il choro vecchio per ridurre il nuovo dalle fondamenta inſuſo, alla perfettione debita d'eſſa Chieſa. Et perche in eſſo choro vi è la Capella dedicata al Beato Prothomartire S. Stefano, il Santiſſimo corpo del quale ivi giace in un'archa di pietra viva fatta piatoſamante inarpeſare da queſto Chriſtianiſſimo Dominio in eſſecutione di parte dello Eccellentiſs. Senato l'anno 1399. p. di Settembre, la qual Capella con tutto il choro ſi ha da ridurre, ſicome habbiamo di ſopra narrato, e non ſi poſſendo ciò fare ſtante la predeta parte, ſenza la grazia & licentia di Voſtra Serenità.

Però riverentemente le esponemo, che per la informazione, che habbiamo dalli noſtri periti l'Arca nella quale dentro ſi trova il deto beatiſſimo corpo per eſſer machina molto grande, & poſta mezza ſottoterra e per ciò molto difficile da maneggiare. Et quando la ſi haveſſe a muovere da loco à loco, come la ſi trova al preſente, vi ſaria molto pericolo di romperla, e di mandarla in pezzi. Onde ſiamo aſtreti di ſupplicar la Serenità Voſtra che voglia in queſta neceſſità concederci gratia, & licentia, che poſſiamo noi, alla preſentia di quelli che ſarano da lei à ciò deputati, levar dito beatiſſimo corpo fuori dell'Arca predeta, & quello riponer nell'Arca nuova, che habbiamo a queſt'effeto preparata fata di marmoro, la quale debbi ſubitamente eſſer inarpeſata alla preſentia delli ſopraſcriti deputati, & quella ripoſta nella Chieſia nuova; dove eſſa arca debba ſtare fino al tempo, che ſarà opportuno a far la devota translatione di tuti gl'altri corpi Santi, che habbiamo nella predeta noſtra Chieſa, a devotiſſima imitazione di quello che è ſtato oſſervato dalli Rev. Monaci noſtri di S. Giuſtina di Padova. Al qual tempo piacendo alla Divina Bontà ſara preparato e fornito l'Altare dedicato a deto Beato Prothomartire dove poi eſſo ſanctiſſimo corpo nell'Arca predeta così inarpeſata ſarà ripoſto. Et alla buona gratia di Voſtra Serenità humilmente ſi raccomandamo.

1581. a' 12. Agoſto. In Pregadi.

ESſendo venuto nel Collegio noſtro il Rev. Padre Don Paulo Orio Abbate del Monaſterio di S. Giorgio Maggiore, & eſpoſtoci per occaſione della loro nova chieſa neceſſariamente ricercarſi, che il corpo del glorioſo S. Steſſano Protomartire, il qual ſi attrova in un'altare della Chieſa vecchia inarpeſato per deliberation di queſto Conſiglio di 1. Settembre 1399. ſia transferito in un'altro della deta Chieſa nova, nella quale à tal effetto hanno anco preparato un monumento conforme alla licentia havuta dal Reverendiſſimo Patriarcha di Venetia ſoto li 26. Novembre 1579. per eſſecutione di un breve del Sommo Pontefi ce di 15. Ottobre antecedente, & tanto più quanto che l'arca, nella quale è collocato il detto Santiſſimo Corpo, è molto vile, & indegna per una reliquia ſi principale, che li arpeſi ſono fragiliſſimi, e la pietra molto vecchia, e guaſta, e però neceſſario provedere, che poſſi eſſer portato ſinceramente, & ripoſto in loco più honorato, però

L'anderà parte, che quando parerà al Collegio noſtro conferitoſi il Sereniſſimo Principe col prefato noſtro Collegio alla Chieſa di Giorgio Maggiore con l'intervento di Monſign. Reverendiſs. Patriarcha & delli Proc. della Chieſa noſtra di S. Marco, la caſſa di legno, nella qual ſi ritrova il preditto glo-

glorioſo Corpo de Protomartire S. Steffano ſia levata dalla caſſa di pietra, dove ſtà al preſente, e ſia ripoſta in un'altra di piombo, che a tal effetto debba eſſer fatta far a ſpeſe della S. N. per riponerla nel monumento di pietra roſſa preparato dalli detti Rev. Padri per queſto effeto, & poſtoli ſopra il coperchio ſia ſerato & inarpeſato, & ripoſto nella detta Chieſa nova di S. Giorgio in quell'altare & per il deto Collegio ſarà giudicato più honorevole, e conveniente il che dopo eſſequito non ſi poſſi più aprir, toccar ne mover in alcun modo, il corpo, & ſepultura ſopraſcripta, ſe non per ſpecial deliberatione di queſto Conſeglio & con la preſentia di tuto il pred. Collegio & procuratori noſtri, li quali procuratori habbino a dar eſſecutione di tempo in tempo alle deliberationi di queſto Conſegio & quello maſſimamente di 1. Setrembre 1399. & 1. Aprile 1472. in queſto propoſito.

A di Agoſto 1581. la mattina.

Eſſendoſi conferiti li Illuſtriſs. Signori Marc'Antonio Barbaro, & Andrea Dolfin Procuratori della Chieſa di S. Marco d'ordine de ſua Serenità, e di tutto l'Eccellentiſs. Collegio alla Chieſa di S. Giorgio Maggiore per veder in che ſtato ſi trovaſſe il corpo del glorioſo, & Beato Protomartire S. Steffano per longhi anni conſervato in una delle Capelle della Chieſa vecchia, della qual hora con licentia del Sommo Pontefice come appar nel breve ſuo di 15. Ottobre 1579. & del Reverendiſs. Patriarcha di Ven. di 26. Novembre ſuſſequente deve eſſer transportato in un altro loco condecente alla dignità di queſta reliquia nella Chieſa novamente fabricata da quelli Rev. Padri d'ordine d'eſſi Illuſtriſs. Signori prima fu chiamato il Rev. Padre Abbate D. Paulo Orio, il quàl viene inſieme con il Padre D. Anſelmo da Padova Priore, & altri Monaci di quel Rev. Monaſterio, & accoſtatiſi tutti inſieme al monumento del glorioſo ſanto con diverſi torci acceſi furono aplicati tanti homini quanti erano neceſſarii per il levar del coperchio, ch'era di pietra aſſai groſſa inarpeſato all'intorno, ma da una parte rilaſſato e diſcalcinato, eſſendo gl'arpeſi aſſai vechi, & conſumati dal rugine, così aperto il monumento fu primieramente di ſopravia ritrovata una pietra antichiſſima quaſi quadra perche era di longhezza di una quarta, e di larghezza pocco meno con lettere ſculpite, e tinte di negro, che dicevano a ponto a ponto così: *Hic jacet Corpus Beati Stephani Protomartyris à Conſtantinopolim Venetiæ translatum*. Dall'altra parte della qual pietra ſi vegono alcune lettere caduche conforme per quello, che ſi può legger alle ſopraſ. ſ. di queſta pietra riposava una tavoletta di piombo di forma ſtretta, e longa ma aſsai più picciola con alcune lettere, le quali dal Padre Don Domenico Aſolano Diacono Monaco profeſſo del ſopr. Rev. Monaſtero fu detto eſser hebree, e poi interpretate da lui con molta diligentia fu detto, che dicevano *Cados*, *A Stephanus Dos Alach Cavalim*: & per giuditio ſuo transferite dall'hebreo nel latino ſignificano *Stephanus primus ſcivit dolores*. Appreſſo à queſte ſi trovò una medaglia d'oro anticha, ma così colorita, come ſe l'oro foſſe lavorato al preſente in forma rotonda di circonferentia d'un ſcudo d'argento, ſeben più largo per l'ornamenti d'alcune foglie doro, & 15. perlette à 3. à 3. in forma de fiori, che ſtano eminenti all'intorno al circolo d'eſſa con una pietra legata in oro nel mezzo, la qual ſi appreſſa di color al zaffiro, e con due figure d'un homo e d'una donna smaltate con certi animaleti. Sopra la caſſa ſi ha ritrovato un panno di ſeta teſſuto alla damaſchina a fioreti piccioli di color verde chiaro, e ſcuro foderato tafrà roſſo ſmarito di colore. Sotto queſto panno ſi trovò un cuogolo marmoreo di grandezza per la for-

forma d'un gran oſſo d'occa inequale con certe ponte, e de peſo di quindeci onze, e meza. Alzato il panno ſopradeto ſi trovò la caſsa di legno di longhezza d'un piede aponto, e di altezza o di profondità di nove oncie di piede. Queſt'era coperta di una craticula di ferro in gran parte corrota dal rugine e rillaſsata dalla caſsa alzata queſta granda ſi trovò dentro alla caſsa da i piedi un vaſetto di vedro di grandezza di pocco più di meza inghiſtara di tenuta, coperto di piombo con lettere di ſopra intagliato nell'iſteſso piombo nel modo a ponto che ſegue: *De ſanguine, & ſcapula Prothomartyris Stephani;* dentro il qual vaſo ſi vede manifeſtamente una materia negra congelata, che tira al color di ſangue, & dentro del medemo vaſo vi ſi vede ancho un dente. Appreſſo queſto vaſo furono anco ritrovati due boſsoli tornidi di legno cerolati l'uno di eſſi alto mezo piede, ſopra il quale vi ſono inſcrite con inchioſtro à ponto le parole che ſeguono. *Hic eſt pulves de corpore Santiſſimi Stephani Prothomartyris*, & dentro di eſso vi ſi ritrovò polvere con foglie d'erba ſeche, il minore non haveva inſcritione alcuna, & vi fu parimente ritrovato polvere come all'altro poco lontano intagliate, & ſmaltate di Caratere anticho franceſe, che dicevano. *Stephanus Protomartyr*, & con pietra verde non molto transparente ſi ſono ritrovate in queſta caſsa oſſe tutte diſgionte nelle quali per la viſione, che ſ'è fatta, ſi vede eſservi il craneo, & l'altre parte della teſta, così come ſi vede etiamdio tutte le oſsa principali del corpo, & tanti fragmenti di oſſi, quanti può eſſer ragionevolmente in un corpo humano, & queſta caſsa era fodrata di dentro di certo teſsuto à opera negro & bianco divenuto però come fumato. A canto il capo vi era un pannialo di tella alquanto corrotto dal tempo, le quali tutte coſe vedute diligentemente, & annotate, come di ſopra da me Paulo Ciera Secretario alla preſentia delli Padri Rev. Abbate, & Priore & altri Monaci, & delli ſuddeti Clariſs. Signori Procur. coſi eſsendomi da ſua Serenità ſtato commeſſo, ch'io faceſſe, furono riposte tutte ai luoghi loro, & di ordine di loro Clariſs. Signorie io con un ſigillo di S. Marco ſigillai in più parti il preſato Vener. Monumento con ſigilli doppi che abbraciano il coperchio & la caſſa di deto monumento, Così che non può altrimenti eſſer moſſo ſenza frattura delli detti ſigilli, & fata queſta ſi coprì anco il monumento con tavole, maſſimamente per conſervazione di eſſi ſigilli eſſendo il loco diſcoperto,

A 11. Agoſto 1581.

PER eſsecution di quanto fù preſo nell'Eccell. Senato il di 12. del corrente circa la translatione del corpo del glorioſo ſanto Steſano Protomartire, havendoſi eleto di unanimo conſenſo di tutto l'Eccell. Collegio il preſente giorno dopo deſinare, come molto conveniente & opportuno a tal effetto. Il Sereniſſimo Principe Collegialmente accompagnato con intervento etiamdio delli Signori Proccur. della Chieſa di S. Marco, come è ordinario nelle piatte, ſe transferì alla Chieſa di S. Giorgio Maggiore, dove ſtava ool medeſimo fine preparato Mons. Reverendiſs. Patriarca di Venetia e ſe ne andorno unitamente alla capella della Chieſa vecchia, nella quale ſi trovava il corpo del Santo ſopraſcripto, ove riconoſciuti prima li ſigilli dalli pred. Eccell. Signori Proccur. e da me Paulo Ciera Secretario conforme all'obligo datomi in queſto negozio, i quali furono trovati illeſi e nell'iſteſso termine che ſurono laſciati ali 12. del preſente, dopo eſserſi ſua Serenità & tuto il predeto Illuſtriſs. Collegio ingenocchiati ad honorar quella ſanctiſſima Reliquia fu aperto il monumento, & levata con molta reverentia fuori la caſsa tutà come ſtava, la quale eminentemente portata da i Monaci del medemo Rev. Monaſterio con canti, & lumi aſsai fù poſata ſopra l'Altar grande del Santiſſimo Sacramento nella Chieſa nuova, acciò poteſse da cia-

ciaſcuno le oſſa di queſto glorioſo Santo eſſer vedute & honorate, con la preſentia però ſempre di due delli Eccell. Proc. della Chieſa di S. Marco ſopraſcritti, li quali mai da eſſo altare ſi partirono, ſino a tanto, che dettoſi il Veſpero qual fu da ſua Serenità, e dalli predetti Illuſtriſs. Signori col Reverendiſs. Patriarcha udito fu ripigliata la ſudetta caſſa tutta come ſtava dalli medeſimi Monaci, & portata inanti l'altare, dove ſtava preparato il nuovo monumento di pietra roſſa, & ivi fu depoſta a baſſo, coſiche minutamente ſi poteſſe raſſegnare, & riconoſcer come fu fatto da me antedetto Secretario, tutte le coſe deſcritte nella ſcrittura di 12. del preſente, trattandole però ſempre un Rev. Sacerdote con la preſenza del Reverendiſs. Patriarca, e delli Illuſtriſs. Signori Proc. ſopradetti, & trovato non vi mancar coſa pur minima che ſia, s'accoſtò all'hora il Sereniſs. Principe, con molti altri di quegl' Illuſtriſs. Signori, che l'accompagnavano, & meſſoſi con i ginocchi a terra offerì con le proprie mani, & poſe dentro alla medema caſſa una bella medaglia d'oro di peſo di 10. cecchini in honor, & memoria della translation di queſte ſacre oſſa, da una parte della quale medaglia ſi contenevano queſte parole: *Translatio B. Stephani Protomartyris ad alium locum hujus Eccleſiæ S. Georgii*, & dall' altra *Nicolao Deponte Duce Venetiarum, & Jo: Triviſano Patriarcha*. MDLXXXI. XV. Aug.

Il che fatto imantinente fu riposta la detta caſſa di legno in un altra caſſa di piombo preparata in eſſecution della deliberation dell' Eccell. Senato, & condotta al monumento ſu anco ſenza niſſun diſconcio poſta dentro, & poi vedendo l' Illuſtriſs. Signori Procuratori fu dal Rever. Abbate ſopra eſſa caſſa di piombo poſta la tavoletta di pietra ſcritta con letteree latine, & ſopra queſta quella di piombo con lettere hebraiche con la medaglia d'oro a canto nominate nella prefata ſcrittura di 12. inſtante, il qual luogo fu giudicato conveniente a queſte 3. coſe, perciocche anco nel ſepolcro vecchio ſtavano ſopra al teſſuto di ſetta che cuopre la caſſa di legno, eſſendo in fine dal Rev. Abbate ſtato aggionto per ſopra un' altro panno di ſeta cremeſina, così ritiratoſi ciaſcuno fu abbaſſato il coperchio del monumento, e ſubitamente da quelli che per ciò ſtavano preparati piombatti due arpeſi uno per capo, nel mezo di eſſo monumento, e dal bollator Ducale etiamdio col proprio ſigillo, che uſa il Sereniſs. Prencipe nell' eſpedition delle lettere publiche inpiombato ſigillato, & dall' uno, & dall' altro capo con apprentiſſimo impronto, & fatto queſto Sua Serenità, e cadaun ſi licentiò.

In Nomine Domini Amen. Per hoc preſens publicum Documentum cunctis pateat evidenter, & ſit notum, quod Anno a Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimo quingenteſimo octuageſimo primo Indictione nona die Martis quintodecimo menſis Auguſti feſtivitatis Aſsumptionis Glorioſiſſime Virginis Marie. Pontificatus Sanctiſs. in Chriſto Patris & Domini Noſtri D. Gregorii Divina providentia Pape XIII. Anno ejus X. Tempore Sereniſs. Principis & Excell. D. D. Nicolai Deponte Dei gratia inclyti Ducis Venet. &c. Patriarchatus vero Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. D. Joannis Triviſano J. U. D. miſeratione divina Patriarche Venetiarum nec non tempore Reverendiſs. D. Pauli Orio Veneti infraſcripti Cenobii Abbatis benemeriti. Cum Ven. Patres Abbas ſupraſcriptus, & Monaci Monaſterii S. Georgii Majoris hujus alme Civitatis Venetiarum Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſſinenſis, alias S. Juſtine de Padua, eorum nova conſtructa Eccleſia S. Georgii predicti, pro novi chori ipſius Eccleſie fundatione & edificatione nonnullas veteris Eccleſie Capellas deſtruere, & ex illis multas ſanctorum Reliquias preſertim maxime inſtanti die corpus S. Stephani Prothomartyris, quod jam annis quadringentis ſeptuaginta & ultra, prout mihi infraſcripto Notario ſic affirmatum extitit, in una ex predictis capellis veteribus requievit, tollere & in dictam novam Eccleſiam transferre, decenterque & venerabiliter reponere, & collocare ſummopere cupiant, & intendant. Et cum jam pro hujuſmodi translatio-

ne facienda usque ſub die xv. menſis Oct. 1579. a Sanctiſs. D. Noſtro Papa ſupranominato litteras Apoſtolicas obtinuerint in forma Brevis annulo piſcatoris ſignatas, directasque ſupraſcripto Illuſtr. & Reverendiſs. Dom. Patriarche Venet. eidem mandantes, ut hujus rei oportunitatem cognoſceret, & ſi ſic eſset ipſis Rev. Monacis licentiam petitam preſate translationis auctoritate apoſtolica concederet, in quarum litterarum apoſtolicarum executione idem Illuſtriſs. & Reverendiſs. Dom. Patriarcha ad locorum viſionem acceſſerit, & omnibus diligenter perſpectis ſumptiſque debitis informationibus translationem predictam faciendam fore declaraverit, ipſiſque Rev. Monacis ad id peragendum cum ejuſdem Illuſtriſs. D. Patriarche interventu licentiam contulerit, prout de premiſſis ex litteris apoſtolicis prelibatis, & ex actis Cancellarie Patriarchalis per me Notarium viſis, & lectis clare colligitur. Cumque per ſupraſcriptum Rever. dicti Monaſterii Abbatem D. D. Paulum Orio translationem ipſam faciendam eſſe Sereniſs. Principi Illuſtriſſimoque Collegio notificatum fuerit in Excell. Senatu ſub die xII. inſtantis menſis Auguſti id fieri poſſe & debere cum preſentia dicti Sereniſs. Principis, & Illuſtriſs. Collegii, & Clariſſimorum Procuratorum Eccleſie S. Marci decretum extitit, prout ex lege ſeu decreto per me Notarium ſimiliter viſo, & lecto latius continetur. Eadem etiam die xII. inſtantis mandato prelibati Sereniſs. Principis, & Illuſtriſs. Collegii ad dictam Eccleſiam S. Georgii acceſſerunt Clariſs. D. Marcus Antonius Barbaro, & Andreas Delphino S. Marci Procuratores, & Reverendiſs. D. Abate ſupraſcripto ac Rev. D. Anſelmo de Padua Priore & Monacis dicti Monaſterii vocatis in eccleſiam veterem, ſive capellam veteris Eccleſie, ubi corpus preſati S. Prothomartyris Stephani quieſcebat, proceſſerunt. Ibique luminaribus multis accenſis monumentum ipſum aperiri juſſum fuit. Quo aperto intus omnia diligenter infra deſcripta inventa fuere, videl. Primo antiquiſſimus lapis quaſi quadratus, erat enim quarte in longitudine, & parum minus in latitudine, habens in ſe a parte ſuperiori tinctas nigro, & ſculptas litteras tenoris videl. Hic jacet corpus B. Stephani Prothomartyris a Conſtantinopoli Venetie translatum; in alia vero parte dicti lapidis nonnulle littere caduce videbantur tenoris, prout cognoſci potuit, ſupranotatarum ſuper quo quidem lapide tabuleta quedam plumbea ſtricte forme, ſed longa, & lapide ipſo valde minor jacebat, cui nonnulle littere inſcripte apparebant, quas Rev. D. Dominicus Aſulanus Diaconus Monacus ipſius Monaſterii hebreas eſſe atteſtatus eſt, & ipſis diligenter perſpectis ſic ſonare affirmavit, Cados a Stephanos Rosch Alae Cavalim, & ejus ſententia in latinum verſa ita ſignificant videl. S. Stephanus primus ſcivit dolores, & penes lapidem ipſum, & tabuletam antiqua aderat medalea aurea, tam vivi & pulcherrimi coloris, quod noviter conſtructa videbatur, forma autem ejus erat rotonda, & circumferentia ad inſtar ſcuti argentei, ſed plus lata ex cauſa ornatus ipſius foliorum auri, & quindecim Margaritarum trino ordine in forma florum circumcirca eam affixarum, in cujus medio erat lapis auro alligatus coloris ſimilis zaphiro, & ab utraque parte parve hominis, & mulieris immagines ex encauſto compoſite aderant, ſuper capſa pannus ſericeus, ut vulgo dicitur alla damaſchina, floretis parvis contextus coloris viridis clari & fuſci ab una parte tela ſericea, vulgo dicta taſtà, aurei coloris in parte amiſſi ſulcitus, & ſub ipſo panno lapis marmoreus magnitudinis & forme ad inſtar ovi anſeris inequalis tamen cum punctis aliquibus ponderis unciarum quindecim cum dimidia. Panno ipſo elevato capſa lignea inventa fuit pedum quatuor in longitudine minus tamen unciis duabus, latitudinis pedis profunditatis unciarum novem, que a gratticula ferea valde a rubigine corrupta, & ipſi capſe non amplius affixa tegebatur, qua elevata in ipſa capſa inventum fuit, videlicet ad pedes ſancti corporis, vas vitreum magnitudinis ad inſtar medie phiale cohopertum plumbo, in quo plumbo

bo patebant ſequentes littere videl. de ſanguine, & ſcapulo Prothomar. Steph. In ipſo enim vaſe materia quedam erat nigra coagulata, & ad colorem ſanguinis tendens, in coagulatione vero ipſa apparebat quodam os, ac unus dentium clare videbatur, & penes illud vas duo pixides lignei cerulati, qui vulgo dicuntur boſſoli, alter quorum erat magnitudinis dimidii pedis, & cum atramento habebat ſuperius ſcripta hec verba. Videl. Hic eſt pulvis de corpore Sanctiſs. Stephani prothomartyris, & in eo erat pulvis cum foliis herbe ſiccis, in minori pixide non erat inſcriptio aliqua, ſed pulvis alteri conſimilis inventus fuit, parum autem diſtans a dictis pixidibus erat annulus aureus communis magnitudinis habens lapidem viridem non nimis lucidum alligatum, cum litteris circumcirca gallicis caracteribus inſculptis tenoris videl. Stephanus prothomartyr. Erant etiam in ipſa capſa oſſa ab invicem ſeparata, in quibus viſum fuit craneum & alie capitis partes, quod erat in parte pedibus oppoſita. Nec non & oſſa corporis principalia, ac tanta oſſium fragmenta, quanta rationabiliter poſſunt in corpore humano judicari. Capſa ipſa intus fulcita erat quodam panno nigro & albo coloribus contexto, & uti a fumo tacto. A capite autem dicte capſe erat panioulus telle ob multum tempus aliquantulum corruptus, quibus omnibus vilis, & in eorum locis denuo collocatis cohopertoque monumento eodem fuit ſigillatum ſigillis S. Marci cereis, ita ut abſque ipſorum ſigillorum fractione, nec aperiri, nec amoveri poterat, ſicuti de premiſſis omnibus diffuſius conſtare vidi Scriptura manu Sp. D. Pauli Ciera Duc. Secretarii fidem facientis ea omnia ſupraſcripta cum dictis Cl. Dominis Procuratoribus, & cum preſentia Reverendiſs. D. Abbatis & Monachorum ſupraſcriptorum vidiſſe. Item de premiſſis, ſic ut ſupra annotatis mihi facta fuit indubitata fides per eoſdem Rev. D. Abbatem, Priorem, & Monachos predicti Monaſterii, qui ea omnia diligenter vidiſſe, conſideraſse, & propriis manibus pertractaſse fideliter, & indubitanter mihi Notario atteſtati ſunt. Preſenti vero die hora veſperarum Sereniſs. Princeps cum ejus Illuſtriſs. Collegio, & quamplurimis aliis Senatoribus ad hanc Divi Georgii Majoris Eccleſiam venit, quo Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. Patriarcha prenominatus cum multorum Reverendorum Sacerdotum ſocietate etiam convenerat, & ibi in debito apparatu aderat una cum ſupraſcripto Reverendiſs. D. Abbate ſic etiam ſolemniter apparato, nec non & Rev. D. Priore aliiſque Rever. Monacis ut ſupra apparatis, qui omnes unite procedentes pervenerunt, ubi genibus flexis divinam laudantes majeſtatem ſanctiſſimas Reliquias honorarunt, deinde ſigilla duodecimo die inſtantis appoſita monumento recognita, illeſa & intacta inventa fuere. Aperto igitur monumento luminaribus multis accenſis, & cum ſolemni cantu capſa, prout jacebat, a Rev. Monacis elevata, & ad Altare majus eccleſie nove, ubi extat ſacratiſſimum corpus D. N. J. C. ſuperpoſita, ut ab omnibus, & videri, & venerari poſſet duobus ex Cl. Dominis Procuratoribus S. Marci continue aſſiſtentibus uſquequo Veſpere ſolemniter decantato capſa eadem a dictis Rev. Monacis reaccepta, & ante altare deportata, ubi novum monumentum rubei lapidis adderat preparatum a parte ſeptentrionali, que eſt ſiniſtra ingredientibus eccleſiam in corpore ipſius Eccleſie, ubi vulgo nuncupatur la croſara, ita ut omnia in ipſa capſa exiſtentia, & ab omnibus videri, & ab antelato magnifico Secretario revideri & recognoſci poſſent, que omnia videl. lapis quadratus cum litteris antecitatis, tabulleta plumbea cum litteris pariter, ut antea notatum eſt medalea aurea, ut preſcribitur confecta, & cetera ſupra deſcripta viſa fuerunt per me Notarium infraſcriptum requiſitum a Reverendiſs. D. Abbate, & Monacis prelibatis, ut ſuperinde publicum hec conficerem documentum, tractante ſemper & oſtendente ipſo Reverendiſs. D. Abbate. His omnibus peractis, factaque per dictum Sp. D. Paulum Ciera relatione nil deficere in ipſa capſa ex inventis XII. die inſtantis: Acceſſit tunc Sereniſs. Princeps a multis Clariſs. & Illuſtriſs. Senatoribus ſo-

ſociatus, & genibus flexis propriis manibus obtulit, & in eadem capſa pulcherimam auri medaleam ponderis aureorum decem in honorem, & memoriam translationis hujuſcemodi poſuit & collocavit ab una parte, cujus leguntur verba infraſcripta videl. Translatio Beati Stephani Prothomartyris ad alium locum hujus Eccleſiæ S. Georgii, & ab alio: Nicolao Deponte Duce Venetiarum, & Joanne Triviſano Patriarcha MDLXVXI. xv. Auguſti: que quidem verba que dicunt Translatio Beati Stephani Prothomartyris ad alium locum hujus Eccleſie S. Georgii intelliguntur intelligique debent hoc modo videlicet de loco ſuperius deſcripto Eccleſie veteris, in quo per annos quadringentos ſeptuaginta, & ultra, ut ſupra dictum eſt, requievit, in hanc Urnam lapideam in preſenti nova Eccleſia collocatam ubi modo requieſcit. Hec autem declaratio facta eſt ad removendas omnes difficultates, que pro tempore oriri poſſent occaſione verborum illorum. Oblata vero & poſita in dicta capſa per Sereniſſimum ejus propriis manibus, ut ſupra medalea ſupraſcripta eadem capſa lignea cum dicto ſancto corpore & aliis ſupra deſcriptis poſita fuit in alia capſa plumbea ad hoc preparata, & illico cum ipſa plumbea capſa ellevata, ducta fuit ad novum monumentum rubei lapidis predictum, & in ipſo decenter repoſita & collocata fuit; deinde videntibus Clariſsimis Dominis Procuratoribus anteſcriptis, & aliis aſtantibus Rev. P. Abbas ultraſcriptus propriis manibus ſuper ipſam capſam poſuit, & locavit hoc tria videlicet lapidem quadratum cum litteris, ut ſupra confectum, ibidemque congrue reponi judicatum extitit, quoniam etiam in veteri monumento iſta tria ſuper panno ſerico capſam cohoperiente jacebant. Additique demum ipſe Rev. P. Abbas ſuper eamdem capſam alium pannum ſericeum coloris rubei finiſsimi, nec non & quandam ſcripturam & laminam plumbeam ſtillo ferro deſcriptam hujusmodi memoriam facientes. Poſt que monumentum ipſum diligenter clauſum fuit, & acceptis duobus ferreis inſtrumentis, arpeſi nuncupatis ad id preparatis cum plumbo ab utroque capite eidem monumento ipſa dilligentiſsime affixerunt, ſigillatumque fuit plumbum ſigillo, quo Sereniſsimus Princeps in rerum publicarum expeditione uti conſuevit. Ita ut ſupra deſcriptis, declaratis & annotatis Ego Notarius publicus infraſcriptus rogatus & requiſitus fui à Reverendiſsimo D. Abbate & Monacis prelibatis, ut ad perpetuam rei memoriam hoc publicum conficerem documentum. Preſentibus ad premiſſa ſpecialiter adhibitis & rogatis Clariſsimo D. Joanne Molino q: Clariſsimi D. Conſtantini aſtantibus aliis quampluribus videl. magna Nobilium & Populi multitudine, quorum pene infinitus erat numerus. Hec autem fidelis deſcriptio & publica atteſtatio hujuſcemodi translationis facta eſt ad honorem & gloriam precipue Omnipotentis Dei, ac in memoriam & reverentiam Beati Stephani Prothomartyris ſupraſcripti, cujus meritis, & precibus nobis per omnia divina protectio obtineatur.

L. S. Ego Martinus q: D. Franciſci Notarius Publicus Imperiali & Veneta auctoritatibus, quia translationi, amotioni, & collocationi ſupraſcripti S. Corporis interſui, & de premiſsis omnibus, ut ſupra, rogatus fui, ideo hoc preſens publicum documentum ad perpetuam rei memoriam confeci, meque in fidem ſubſcripſi, & ſolito mei tabellionatus ſigno roboravi.

Corpo-

Corpora S. S. Eutychii Patriarchæ Conſtantinopolitani, Coſmæ & Damiani Fratrum Mm. transferuntur ex vetuſto ad novum Templum S. Georgii Majoris.

1592. *6.* Aprilis.

Ex Archivo S. Georgii Majoris.

IN nomine Domini Amen. Per hoc preſens publicum Documentum. Cunctis pateat evidenter, & ſit notum, quod anno à Nativitate ejuſdem Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimo quingenteſimo nonageſimo tertio Indictione ſexta Die vero martis ſexto menſis Aprilis Pontificatus Sanctiſsimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri D. Clementis Divina providentia Papæ VIII. Anno ſecundo, ſub Principatu Sereniſsimi Principis DD. Paſcalis Ciconia Dei gratia Ducis Venetiarum &c. Ad inſtantiam Reverendiſſimi in Chriſto Patris D. Michaelis Veneti infraſcripti Cœnobii Abbatis. Ego Notarius infraſcriptus perſonaliter me contuli in Eccleſiam S. Georgii infraſcripti, & ad præſentiam ipſius Reverendiſsimi Abbatis fideliter in notam ſcripſi translationem ſacrarum reliquiarum infraſcriptarum & de dicta translatione hoc publicum documentum confeci ad futurorum memoriam, ut infra. Videlicet Sacrarum Reliquiarum translationis memoriam fieri religioſe jam fere ab initio uſque naſcentis Eccleſiæ inſtitutum, & perpetua conſuetudine ſervatum eſt. Cum itaque Reverendiſsimus in Chriſto Pater D. Michael Venetus Abbas & Venerandi Monaci Monaſterii S. Georgii Majoris Venetiarum ordinis S. Benedicti Congregationis Caſsinenſis, alias S. Juſtine de Padua, eorum nova ſumptibus Monaſterii à fundamentis conſtructa Eccleſia S. Georgii prædicti ad Dei Omnipotentis laudem & Sanctorum honorem, intenderent Sanctorum Coſme & Damiani oſſa, & Sancti Heuſtachii Confeſſoris corpus, & S. Jacobi Alphei Apoſtoli Domini nonnulla etiam oſſa, que omnes Sancte Reliquie jam in vetuſto Templo quieverant, in predictam novam Eccleſiam transferre, & in tribus altaribus meridiem verſus à predicto Reverendiſsimo D. Michaele Abbate, ideſt de ejus ordine conſtructis decenter collocare, ob id die veneris decimanona menſis Martii inſtantis 1593. Reverendiſsimus P. Abbas Ven. Monachi ſupradicti hymnos & preces canentes ſolemni cum proceſsione, quam pluribus nobilibus civibus, & mercatoribus Venetiarum commitantibus predictas ſanctas reliquias in decentibus plumbeis capſulis recondita pie & religioſe transtulerunt, & in dictis tribus Altaribus in ipſa nova Eccleſia verſus meridiem, & a dextera parte ejuſdem Eccleſie ingreſſus videl. in primo Altari oſſa Divi Jacobi; in ſecundo quod Altare Crucifixi nuncupatur Corpus S. Heuſtachii; in tertio vero oſſa Sanctorum Martyrum Coſme & Damiani ſolemni ritu, religioſoque cultu ſupliciter recondiderunt. Volens itaque ſupradictus Reverendiſsimus P. Abbas ac pie & religioſe intendens translationem predictam ſacrarum reliquiarum publici documenti teſtimonio ad futurorum memoriam, atque in verum & certum teſtimonium premiſſorum comprobari; Ideo ego Notarius infraſcriptus de ordine & cum preſentia predicti Reverendiſsimi Patris Abbatis ad Eccleſiam ſupradictam perſonaliter acceſsi, & cum preſentia infraſcriptorum Clariſsimorum Nobilium & teſtium antequam ſuperponantur lapides marmorei dictis Altaribus, dictas ſacras reliquias in predictis capſulis plumbeis cum ſuis pannis ſericeis undique cohopertis in dictis tribus altaribus reconditas humiliter & reverenter vidi, & inſpexi, atque in notam ſumpſi. In quorum omnium & ſingulorum premiſſorum fidem & teſtimonium hoc publicum documentum fideliter ſcripſi, & ad poſterorum memoriam in hunc librum regiſtravi ſub anno indictione die Pontificatu & Principatu ſupradictis: Preſentibus ibidem

Cla-

Clariſſimis Dominis Jo: Baptiſta Contareno qu: Clariſſimi D. Dioniſii, & Hermolao Zane q: D. Marini, nec non Magiſtro Jo: Jacobo Petri Lapicida de confinio S. Vitalis, ac Jo: Maria Patavino, & aliis teſtibus vocatis & ſpetialiter adhibitis.

L. S. Ego Marinus Rhenius qu: D. Franciſci Not. Publ. Imperiali & Venet. auctoritatibus de premiſſis rogatus in fidem ſubſcripſi.

Os S. Pantaleonis, ſeu potius S. Platonis M. juſſu Dominici Abbatis collocatur in Urna lapidea ad Altare S. Andreæ Apoſtoli.

1610. 20. Decembris.

Ex Autographo in Archivo S. Georgii Majoris.

IN Nomine Domini Amen. Per hoc præſens publicum Documentum, cunctis pateat evidenter, & ſit notum, quod Anno à Nativitate ejuſdem Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo decimo, Indictione Octava: Die vero Lune vigeſimo menſis Decembris Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri D. Pauli Divina Providentia Pape Quinti Anno ejus Sexto. Cum Reverendiſſimus in Chriſto Pater D. Dominicus à Collonia modernus Abbas preclariſſimi hujus Cenobii S. Georgii Majoris Venetiarum Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſſinenſis, alias S. Juſtine de Padua, & Preſes benemeritus totius Ven. Congregationis predicte, cerneret altaria ferè omnia Eccleſie ſupradicte S. Georgii Majoris precipua Sanctorum aliqua reliquia, ſeu corpore inſigniri. Hac igitur de cauſa cum Superiorum conſenſu ſponte & libere Ven. Patri D. Paſchali à Venetiis Sacrarii dicte Eccleſie Vicario demandavit, ut ſub Veſperam ejuſdem diei in Altare S. Andree ornamentum Maurocene familie, hoc eſt in capſa marmorea in fronte ſub palla dicti Altaris quodam os mediocris magnitudinis S. Pantaleonis Martyris, jamdiu in quodam vaſe vitreo in ſacrario ſupradicto conſervatum, reponeret, idcirco exploratò prius à me Notario RR. Superiorum conſenſu, Qui ut pii & boni Religioſi libenter annuerunt eadem die ſupradicta poſt Completorii horam id totum factum eſt videlicet ſupraſcriptus D. P. D. Paſchalis à Venetiis Vicarius, ut ſupra cum aliquibus aliis Monacis, cottis indutis, cum luminibus & orationibus portantes ſacram reliquiam ſupraſcriptam S. Pantaleonis ſolemniter, & devote repoſuerunt eam in Altari ſupradicto S. Andree Familie Maurocene in capſa lapidea: Ubi ſupra. Preſente ad omnia ſupradicta me infraſcripto Notario, & teſtibus infra nominatis, & hoc factum eſt ad futurorum memoriam, ut in omni tempore ſciant omnes Sacram Reliquiam ſupraſcriptam eſſe Sacrarii ſupradicti Monaſterii ſuper quibus &c.

Actum in ſupraſcripta Eccleſia Sancti Georgii Majoris ad Altare ſupraſcriptum. Preſentibus ibidem Primum Rev. Monacis infraſcriptis videl. D. Cherubino a Tre viri profeſſi ſublati, D. Ambroſio à Cremona profeſſo Ferrarie, D. Andrea à Meſſana S. Placidi profeſſo, D. Tiburtio à Venetiis & D. Damiano à Leſina ambobus hujus Monaſterii S. Georgii profeſſis. Item de Laicis Jacobo Brixienſi q: Antonii Guerini hortulano, & Andrea qu: Jacobi Predici à Goritia Cerdone teſtibus.

Ego Marinus Rhenius q: D. Franciſci Not. Pub. Imperiali & Veneta auctoritatibus premiſſis omnibus interfui, eaque fideliter ſcripſi ſubſcripſi, & ſignavi in fidem & teſtimonium premiſſorum.

Hiere-

Hieremias Archiepiſcopus Dyrrachienſis donat Monaſterio S. Georgii Majoris parvum Os S. Joannis Baptiſtæ.

F 3

1634. 12. Decembris.

Ex Autographo in Monaſterio S. Georgii Majoris.

REverendiſſimus D. D. Hieremias à Zacyntho Grecus Archiepiſcopus Dutrachii, dum iter faceret à ſua Eccleſia Romam verſus cum Reverendiſſimo D. D. Patriarcha Porphyrio Paleologo ambo non ſatis bene valentes, & tranſiret Venetias exhibuit R. D. Cornelio Veneto Abbati S. Georgii Majoris Venetiarum in capſula ex hebeno ebore cooperta, hoc parvum Os, quod aſſeruit eſſe S. Joannis Baptiſte Precurſoris Domini, & illud accepiſſe jamapridem in Eccleſia S. Johannis ad Montem Athos; ubi ipſe profeſſus fuerat regulam S. Patris Baſilii, & benevolentie gratia apud nos libenter relinquere teſtatus eſt, ut oráretur pro eo. Idque factum eſt die 12. Decembris 1634.

Senatus Venetus præcipit, ut a parte inferiore Brachii S. Luciæ V. M. particula abſtrahatur per Cardinalem Quirinum Benedicto XIII, publico nomine offerenda.

G 3

1728. 13. Maii.

Ex Archivo S. Georgii Majoris.

1728. 13. Maggio in Pregadi.

E Da Mo Siano ricercati li Procuratori Noſtri di S. Marco de Suprà inherendo alli Decreti di queſto Conſiglio 1472. primo Aprile e 1588. 29. Giugno, Et alli poſteriori; paſſando di concerto col P. Abbate di S. Giorgio Maggiore, far aſſiſtere dal Procurator Caſſiere; affin che colle formalità neceſſarie ſia levata una particella nella parte inferiore del braccio di S. Lucia, che ſi conſerva nel Reliquiario del Monaſterio di S. Giorgio Maggiore, deſiderata dal Papa, E richieſta dal Sign. Cardinal Querini a cui doverà eſſere conſignata, facendo ſeguire le neceſſarie annottazioni nell' Inventario delle Reliquie, eſſiſtente in detta Procuratia Reſta inoltre eccittato il zelo de Procuratori Sudetti all' Eſecuzione del precitato decreto 1588 (1); Nel propoſito di rivedere di tempo in tempo le Reliquie di queſta Città, e diſtretto; onde reſti anche nei preſenti tempi ſecondata la pietà dei noſtri Maggiori per la conſervazione di tali Sacri Depoſiti, e per aggiungere nell' Inventario quelle Reliquie, che nelle medeme Chieſe foſſero poſteriormente pervenute.

(1) Subjicienda puto decreta, quibus S. C. non tantum anno 1588. ſed etiam anno 1472 ſacra Divorum lipſana diligenter cuſtodienda eſſe ſtatuit, ejusque cuſtodiæ curam Procuratoribus Operi Divi Marci præpoſitis demandavit.

1472.

1472. Die prima Aprilis.

In Rogatis &c.

Cum hec inclita Civitas dotata ſit multis Reliquiis, & Corporibus Sanctis per religionem, & piam diligentiam progenitorum noſtrorum, qui recuperationem harum Sanctarum rerum ſemper pretulerunt precioſis quibusque aliis rebus debitum, & conveniens eſt, ut in conſervandis, & cuſtodiendis illis major diligentia, & ſtudium adhibeatur, quam hactenus factum ſit, usque adeo, ut multe Reliquie, que fuerunt in ſimplici libertate plebanorum Eccleſiarum diſperſe ſunt, id quod in omni minimo loco non permittitur; quinimo maxima diligentia adhibetur in cuſtodiendis illis ſub pluribus clavibus, & providendum ſit pro onore Dei, & noſtri Dominii.

Vadit pars quod in omnibus Eccleſiis, & Monaſteriis hujus noſtre Civitatis, & diſtrictus, ubi ſunt corpora Sancta, & alie Reliquie Sancte, que Dominio noſtro digne cuſtodia videantur, ſubito precipi debeat, & provideri cum effectu per Procuratores noſtros S. Marci, quod dicte Reliquie, & corpora Sancta, claudentur ſub pluribus clavibus; una quarum ſtet penes ipſos Procuratores Sancti Marci; unam aliam habeant Procuratores ipſius Eccleſie cujus erunt Reliquie ipſe, & alia tertia clavis ſit in manu Plebani, ſeu Preſſidentis ipſius Eccleſie. Et ſemper quando erunt aperiende, & oſtendende dicte Reliquie, & corpora Sancta in ſolemnitatibus, aut aliter; Procuratores noſtri S. Marci, mittant clavim ſuam ad aperiendum ſicut eis videbitur; ita ut cum ſecuritate dictorum Corporum Sanctorum, & Reliquiarum fieri, & oſtendi poſſint; & ita obſervetur in omnibus locis diſtrictus Venetiarum; providendo quod una clavis ſtet penes poteſtatem ipſorum locorum &c.

1588. 29. Zugno.

In Pregadi &c.

Fu proviſto per queſto Conſeglio a primo Aprile 1472. intorno alla buona, e ſicura cuſtodia delle Reliquie e corpi Santi di queſta Città, e Dogado nel modo, che s'è inteſo dalla parte ora letta; E perchè nel ſpazio delli molti anni, che ſi ſono interpoſti dal tempo della deliberazione ſino al giorno d'oggi, l'oſſervanza di detta parte è andata in oblivione; da che ſi vedono ſeguire continui diſordini, con perdita di eſſe Reliquie, acquiſtate dalli noſtri maggiori, con eſquiſito ſtudio, e diligenza, e con pari venerazione, cuſtodite, e tenute, così per la devozione, che eccitano, negl' animi di cadauno; come per la prottezione, che piamente ſi deve credere, che quelli Santi tengano della Città noſtra; aggiuntavi appreſſo la riputazione, che apporta appreſſo tutte le genti, così prezioſo, e ineſtimabile de-

depoſito di coſe Sante. Onde eſſendo apropoſito il provedere a ciò di quello che ſi debba fare; perchè nell'avvenire non ſi Conceda licenza di dar alcuna di dette Reliquie, o alcuna parte di eſſe, ſenza le debite ſtrettezze; però

L'anderà parte che ſia Commeſſo alli Procuratori Noſtri di S. Marco della Procuratia de Supra, e particolarmente al Caſſiero d'eſſa, che in termine di Meſi Sei proſſimi debba Colla preſenza, & intervento del Reverendiſſimo Patriarca di Venezia, o Suo Vicario far fare un diligente, e Minutiſſimo Inventario di tutte le Reliquie, e Corpi Santi, che ſi ritrovano, Così nelle Chieſe di queſta Città, come del Dogado; di quelle però che non ſiano bollate, e ſigillate col Sigillo del Sereniſſimo Principe; Non dovendoſi mover queſte tali; Ma ſolo di eſſe farne una ſemplice nota; Il qual Inventario abbiano a conſervar appreſſo di sè nella loro Procuratia; E di più preſentarne una Copia nel Collegio Noſtro, da eſſer regiſtrata nelli Libri della Cancellaria Ducal a perpetua Memoria per chiarezza della verità; E perchè in ogni tempo ſi poſſa veder, e incontrar ſe mancherà alcuna coſa; debbano li Procuratori ſudetti far poner ſotto chiave quelle Reliquie, che per la Maggior parte di loro ſtimeranno degne di queſta Cuſtodia, Eſeguendo intorno ad eſſe quanto diſpone la parte di primo Aprile 1472. l'Eſecuzione della quale ſia Commeſſa, e particolarmente raccomandata ad eſſi Procuratori di S. Marco alla Procuratia de Supra, perchè la faccino Eſſeguire in tutte le Sue parti inviolabilmente come ſtà, e giace.

Le altre Reliquie, e fragmenti di eſſe, che detti Procuratori non giudicheranno bene metter ſotto chiavi, mà reſteranno in poter, e governo delli Piovani, e Preſſidenti delle Chieſe, abbino ad eſſer reviſte ogni tre anni dal Caſſier di detta Procuratia de Supra, il qual incontrandole coll'Inventario, che ſi farà fatto, veda, ſe ſono conſervate intieramente; E ſenza alcuna diminuzione; Et trovandone a mancar alcuna, ſia tenuto venir a rifferirlo nel Collegio noſtro, dal quale ſia proviſto in quel modo che ſarà giudicato più Eſpediente, e opportuno. Non ſi poſſa nell' avvenir conceder licenzia di dar alcuna Reliquia di Santi, o parte di eſſa, ad alcun perſonaggio, Signor, e Principe quantumque grande, ſe non per parte preſa con tutte le Balotte del Collegio noſtro; E per tutti li Ordini di eſſo, propoſta, e preſa in queſto Conſiglio Colli $\frac{5}{6}$ delle Ballotte da 180 in sù; E tutto quello che foſſe deliberato in altra maniera contraria a queſta, ſia Nullo, e di niun valor, come ſe non foſſe ſtato preſo; E ſiano tenuti li Secretari noſtri deputati alle Leggi, ſempre che ſarà fatta ſimil domanda, ricordar queſta parte, perchè ſia oſſervata; E nondimeno, ricordata, o nò abbia la ſua Eſecuzione. E la preſente parte non ſi poſſi ſuſpender, alterar, o in altro modo rivocar, ſe non colle ſtrettezze di Sopra dichiarite, de tutte le Balotte del Collegio Noſtro o delli $\frac{5}{6}$ di queſto Conſiglio da 180 in sù &c.

DE
MONASTERIO
S. MARIÆ GRATIARUM
IN INSULA.

IN celebri ſuperius allata Tribuni Memmii Ducis Venetiarum conceſſione novimus Joanni Mauroceno Monacho *Eccleſiam B. Georgii Martyris cum toto ædificio, & paludibus ad eam pertinentibus* donatam fuiſſe, ex quibus paludibus, ea, quæ haud procul ſita erat a Monaſterii vinea, cœpit circa medium ſæculi XIII. adeo elevari, ac extra aquas prominere, ut ſeſe ad excipienda ædificia aptam, ſtabilemque ſatis eſſe oſtenderet. Rei hujus novitate inſpecta Marcus Bollani, qui tunc Cœnobio D. Georgii eo tempore præerat, recte cogitavit locum ipſum ad Dei gloriam in pauperum ſubſidium aſſignare; quapropter, cum ei innotuiſſet, quanta utilitate peregrinos exciperet locus quidam hoſpitalis ſub Domus Dei nomine Venetiis pridem fundatus, (cujus modo ignoti documenta penitus interierunt) paludem ipſam a loco ubi

inci-

incipiebat elevari per longitudinem paſſuum xxx. & latitudinem paſſus xxv. Fr. Laurentio prædicti hoſpitalis Rectori conceſſit die XII. Octobris anno MCCLXIV. ea ſolum conditione appoſita, ut ipſe Laurentius, ejusque ſucceſſores unam libram olei pro cenſu in feſto Beati Georgii annuatim ſolvere tenerentur, atque *pro communi utilitate inde tranſeuntium* per paludem conſtrui deberet locus (Venetis Cavana) excipiendis ratibus opportunus (A). Accepta loci conceſſione Laurentius ſtatim eadem die ſolemni promiſſione, (quæ in documento ſignato A primo S. Georgii Majoris inſerta viſitur) ſe omnia ſervaturum fore promiſit, quæ Marcus Abbas in debitæ ſubjectionis officium mandare voluerat. Quid inde in eo loco egerit, aut ædificaverit Laurentius, (cui paulo poſt, ut mox dicemus, alterius inſtituendi Hoſpitalis ſub pari Domus Dei nomenclatura, cura tradita fuit) incompertum; id tantum ex ſuperius enuntiato S. Georgii documento notato littera A innoteſcit, anno 1282. die 22. Januarii Jacobum Priorem Monaſterii S. Georgii interdixiſſe Andreæ cuidam, ne terram paludis foderet, neve ædificia conſtrueret *in loco cavanæ*, quæ dicebatur *Domus Dei*; locus enim ille pleno jure ad Divi Georgii Monaſterium ex publica conceſſione pertinebat.

Cum vero ad eas paludes *tanquam ad Heremum* cauſa pœnitentiæ *faciendæ* ſe recepiſſet quidam Eremita Camaldulenſis Gerardus nomine, ibique Monaſterium ſibi conſtruere diſpoſuiſſet, coactus fuit, ex Abbatis & Capituli decreto, e loco recedere, ne contra ipſum *tanquam contra violentum occupatorem* ageretur. Mandatum ipſum dedimus Operis hujus Tom. I. pag. 287. ubi & error, in quo incaute lapſi ſumus, corrigendus eſt; non enim eo in loco, ubi hodiernum eſt Camaldulenſium Monachorum Cœnobium, Gerardus ſibi Eremum ſtatuere cogitavit, ſed in iis paludibus, quæ *inter Canale Orphanum, & dictum Monaſterium S. Georgii* prominebant. Biennio ab expulſione Gerardi elapſo, ne jura Monaſterii violento alicujus hominis auſu turbarentur, lege Judicum Publicorum cautum eſt anno MCCXIC. ne quis in aquis, ſeu paludibus prædictis ad Cœnobium Divi Georgii ſpectantibus piſces, aut aves captare præſumeret, & hanc Judicum legem, ut omnibus innoteſceret, promulgavit eodem anno die XVI. Novembris *Marinus Præcacinus* Præco, & Miniſterialis Curiæ

Palatii Communis Venetiarum, quod & rurſus Judice mandante præſtitit anno MCCCXIII. die XIII. Auguſti Marcus de Bonaventura Præco Curiæ Publicorum. (B) Nec tamen quamvis ea in Inſula, (in Inſulam enim fluxu temporis palus ipſa excreverat) niſi ex Abbatis conceſſione commorari nemo deberet, locus ipſe habitatore caruit, quidam enim Ferrarienſis vir, qui Frater Benedictus, licet Matrimonio junctus, appellabatur, in loco S. Mariæ *della Cavana*, nec obtenta, nec petita Abbatis permiſſione tacitus cum Margarita uxore, & Beltramo filio ſe intruſit, in quo & extremum diem obiit anno Domini MCCCXXVII. Poſt ipſius obitum cum Margarita vidua in violenta loci poſſeſſione permanere pervicaciter vellet, Morandus Abbas S. Georgii Majoris, ne ex diuturno fœminæ incolatu ulteriora Monaſterio præjudicia devenirent, Judices Curiæ Publicorum obteſtatus eſt, ut ex uſurpatis ædibus mulierem cum filio expellerent, quod & ſolemni ſententia decretum fuit diebus V. & XXVIII. menſis Martii anno MCCCXXVIII. indeque poſſeſſionem recuperati loci iniit die XIII. inſequentis Aprilis Marcus Juſtinianus de confinio S. Moyſis, virtute & nomine Monaſterii S. Georgii Majoris, cujus electus fuerat Procurator. (C)

Expulſa per Judicum ſententiam Margarita, quis in ejus Inſulæ ædibus deinceps degerit, ignoratur: ex Apoſtolicis Eugenii IV. epiſtolis D. Laurentio Juſtiniano datis anno MCCCCXXXIX. addiſcimus, apud Eccleſiam *Beatæ Mariæ de Cavana de le gratie communiter* nuncupatam, & a Divi Georgii *Monaſterio dependentem* pauperes Eremitas habitare conſueviſſe, quorum ultimus a D. Laurentio ipſarum Litterarum exequutore nominatim cum laude enuntiatur, ipſius enim opera *dicta Eccleſia de le gratie refecta cum ſuis habitaculis in titulum* devenerat Eccleſiæ nempe S. Mariæ Gratiarum, qua nomenclatura noſtris etiam hiſce temporibus inſignitur.

Nec Gulielmi (ſic enim Eremita appellabatur) pietati ſatis fuit Eccleſiam reficere, ſed ut majori, quo fas erat, decore excoleretur, religioſos Eremitas in ſocietatem vitæ, & ſanctæ converſationis ex ea Congregatione aſſumpſit, quam ſub Divi Hieronymi titulo, & protectione nuper in Monte Fæſulano fundaverat Carolus ex Comitibus Guidis de Monte Granello ob præclara virtutum merita Beatus nuncupatus.

Ho-

Hoſce igitur ſocios Dei benignitate nactus Gulielmus cœpit in ea Eccleſia, Virgini Deiparæ ſacra, Divini cultus officia impenſius excolere, quod pii viri ſtudium, quam Deo, ipſique Virgini gratum fuerit, illuſtre prodigium comprobavit: intempeſta enim nocte ſplendor quidam inſolitus ſupra ipſius Eccleſiæ tectum apparens, nautas quosdam in navi haud procul ab Heremo poſita admonuit, Divinæ eſſe voluntatis, ut pictam Beatæ Mariæ Virginis imaginem, quam Byzantio ſecum detulerant, ad proximam S. Mariæ *de la Cavana* Eccleſiam deducerent, ad quam deinde ſolemni modo delata tantis coruſcavit miraculis, ut ex iis antiquam nomenclaturam S. Mariæ *de la Cavana* in aliud, & celebrius titulum S. Mariæ Gratiarum mutaverit, quo deinceps titulo inſignita per tria & ultra ſæcula, aſſidua, nec intermiſſa populorum devotione frequentatur. Cœleſte prodigium, ut in antiqua ſcheda exaratum legitur, exhibemus.

In queſto tempo giunſe in Canal Orfano un Vaſcello da Conſtantinopoli, che aveva ſeco una B. Vergine dipinta ſopra una tavola, credeſi di mano di S. Luca trafugata in Conſtantinopoli, e naſcoſta nel Baſtimento. Fermatoſi il ditto Vaſcello in Canal Orfano per la ſolita contumacia viddero per più notti in mezzo di detta Iſola dove pure orà è la Capella della B. Vergine in Chieſa Grande un gran Fanò acceſo circondato da raggi che vibravano lo ſteſſo ſplendore in tante linee al loro vaſcello di che ſtupiti li Marinari uſarono diligenza anche le notti ſeguenti, e perciò mandarono alcuni ch' erano di libertà a vedere da che naſceva

Per id temporis pervenit in Canalem, quem vocant Orphanum, Navis oneraria ab Urbe Conſtantinopoli, quæ ſecum avexerat Iconem Beatæ Virginis in tabula a Sancto Luca, ut creditur, depictam, ſurreptamque Conſtantinopoli, & in navi occultatam. Jactis navis anchoris, ut a contagii ſuſpicione purgaretur, ibidem ſtabat, cum Nautæ per plures ſucceſſive noctes in media Inſula, ubi nunc eſt Sacellum Beatæ Virginis in Eccleſia, viderunt ingentem lampadem lucidos radios undequaque effundentem, qui per ſplendentes tractus ad navim usque protendebantur. Ex hac re in admirationem arrecti, & curioſius noctibus inſequentibus per-

va il ditto ſplendore, e nel tempo medeſimo eſpoſero la ditta immagine su un altaretto vicino al albero maggior della nave umilmente pregandola di darle qualche indizio di queſto prodigio, ed ecco che viddero il quadro della Sacra imagine riverberato da raggi riſplendenti provenienti dal lume veduto nelle notti paſſate in ditta Iſola & il vaſſello tutto circondato da ſplendore, e pocco dopo giunti li due, che avevano mandato ad eſplorare, riferirono, che il ſplendore veduto non era altrimenti un Fanò, ma una Cometta, che al loro arrivo di la partitaſi ſi portò verſo il vaſſello, che però credevano, che ditta Imagine voleſſe eſſer eſpoſta in ditta Iſola. Venuti fra tanto a conſiglio ſtabilirono far intender alli ſuddetti Padri della Congregazione di S. Girolamo, ſe permettere volevano loro, di far fabricare nella loro Chieſa una decente Capella, per ivi riporre la ſacra imagine in ringraziamento della gratia conceſſali, di eſſer fugiti dalle mani de Turchi, che da molti anni ſchiavi rimanevano in lor potere. E ciò inteſo dalli Padri diedero a fugitivi libertà di fare quanto ſupplicato avevano, onde finita la contu-

perſcrutati aliquos viros ad diſceſſum liberos ſubmiſerunt, qui inquirerent, unde tantus hic ſplendor proficiſceretur, eodemque tempore Iconem ſacram impoſuerunt aræ parvæ prope malum navis majorem, eandem humiliter precantes, ut aliquod inditium prodigii hujus exhiberet, cum repente viderunt Sacram Imaginem ſplendentibus radiis circumfuſam, qui a lumine proveniebant, quod tranſactis noctibus in eadem Inſula viderant, cum navim ipſam ſplendore ingenti circumquaque coruſcam, nec multo poſt duo illi rediere, quos ad explorandum ſubmiſerant, narrantes ſplendorem viſum non a lampade, ſed a Cometa proficiſci, qui advenientibus ipſis, inde diſceſſerat ex loco, & ad navim properaverat; Id eſſe argumentum, dicebant, velle Sacram illam Imaginem in Inſula degere. Propterea conſilio inter ſe inito decreverunt ſignificare Patribus Congregationis S. Hieronymi, ſe eſſe paratos, dummodo ipſi ſinerent, ad ædificandum in eorum Eccleſia decens Sacellum, ut ibi Iconem collocarent in gratiarum actionem, quod a Turcica captivitate effugiſſent, in qua plures annos gemuerant. Quod ubi reſciverunt Patres, facul-

tu-

ta-

tumacia approdarono alla detta Iſola, e in detta Chieſa poſero la ſacra Immagine di Maria, ſino che fatta foſſe a ſpeſe di quei divoti la capella. Fra tanto li PP. traſportarono dalla lor Chieſa una imagine di pietra e la poſero ſopra un Altare nel loro Chioſtro, che è quella che ora è ſopra l' Altare ſotto li Clauſtri, e in tal guiſa fecero fabricar la capella nello ſteſſo luogo ove giaceva queſta. Fabricata da que' Marinari la Capella, la poſero ſopra l'Altare li 15. Agoſto 1445. Da tutte le parti veniva numeroſo il popolo a venerar la detta Imagine, e continuamente operava miracoli, e per ciò fu chiamata la B. V. delle Grazie. Quindi è che detta Chieſa eſſendo chiamata avanti S. Maria della Cavana, di poi fu chiamata S. Maria delle Grazie.

Li PP. per le molte grazie impartite dalla Beata Vergine Maria a ſuoi devoti raccoglievano abbondantiſſime limoſine, lo che diede modo alli ſteſſi di far molti adobbi alla ditta Capella, e fabricarvi di rimpetto alla ditta Capella una ſimile, che è quella, che ora è dedicata a San Giu-

tatem, quam illi petebant, perhumaniter conceſſerunt, unde elapſa contumaciæ (ut vocant) periodo, ad Inſulam appulerunt, & in ejus Eccleſia ſacram Deiparæ Imaginem collocarunt, donec impenſis eorundem devotorum Sacellum ſtrueretur. Interea Patres tranſtulerunt ab Eccleſia ſaxeum ſimulacrum, quod pridem in ea colebatur, illudque ſuper Aram in clauſtro poſuerunt, ubi nunc etiam viſitur, atque hoc pacto Sacellum ædificarunt, ubi erat Statua. Sacello autem a Nautis perfecto, Iconem Deiparæ ſuper aram collocarunt die XV. Auguſti anno MCCCCXLV. Frequens undique populus confluebat ad Imaginem hanc colendam, cumque inceſſanter patraret prodigia, idcirco dicta eſt Beata Vigo Gratiarum; atque hinc eadem Eccleſia, quæ prius *della Cavana* dicebatur, appellari cœpit *Sancta Maria Gratiarum*.

Religioſi ibi degentes propter multas a Deipara ſuis devotis impartitas gratias, copioſiſſimas eleemoſynas colligebant, propterea ornamenta multa Sacello eidem adjicere potuerunt, immo ex adverſo aliud ſimile Sacellum excitare, quod illud idem eſt nunc temporis Sancto Joſeph dicatum.

Giuſeppe. Indi ſopra le due Capelle fabricarono il Coro. tum. Utrique poſtea Sacello Chorum impoſuerunt.

Venetias circa ea tempora divertit ſupralaudatus Carolus Eremitarum Montis Fæſulani inſtitutor, tum ut ſuæ Congregationis alumnos, qui in inſula S. Mariæ Gratiarum degebant, inviſeret, tum ut in ea urbe ad Jeroſolymitanas peregrinationes admodum opportuna, navigium inveniret, quo ad ſacra Paleſtinæ loca, ea veneraturus, eveheretur. Dum igitur eo in loco tempus profectioni transmarinæ aptum expectat, in febrim incidit, qua ingraveſcente, cum ſe brevi moriturum prævideret, ſocios ad virtutem, & eremiticæ vitæ diſciplinam vehementer exhortatus ſanctiſſime obdormivit die v. Septembris anno MCCCCXVII. cujus funus ſummo cum populi Veneti concurſu elatum fuit, ejusque cadaver poſt exequias rite celebratas in ipſa S. Mariæ Gratiarum Eccleſia emortualem requiem accepit; quo ex tempore ob egregia ejus merita, & eximias virtutes Beati nomine paſſim cœpit appellari, quo titulo illum inſigniunt Clariſſimi Scriptores. Locum ſepulturæ ejus notavit Petrus Creſcentius Placentinus in libro cui titulus *Præſidio Romano*: pag. enim 413. hæc affert: *Fu ſepolto il B. Carlo in S. Maria delle Gratie preſſo l' Altar Maggiore*. Congregatio hæc, quam Societatem *Fratrum Eremitarum S. Hieronymi de Feſulis*, vocari mandaverat moriens ipſius fundator, cum nullis certis legibus adſtringeretur, Eugenius IV. deinde, ut ſub regula Sancti Auguſtini Deo deſerviret, amplo diplomate decrevit, quod anno XI. ſui Pontificatus latum in Bullario Romano editum fuit; hoc & Divus Antoninus in ſumma Theologica tit. 16. de regulis religioſorum teſtatur his verbis: *Militat ſub regula Sancti Auguſtini Ordo Sancti Hieronymi, qui inſtitutionem accepit de novo ſub Eugenio IV.* Cum itaque Congregatio, tradita ſibi per Pontificem Regula, in Religionem ſe erexiſſet, piiſſimi Fundatoris memoriam, Fratres ejusdem Congregationis ſpeciali venerationis obſequio colere cœperunt, ipſiusque imagines radiis ſeu nimbo redimitas, in Eccleſiis exponere, nomenque ejus Beati titulo inſignire, ut refert lib. citati pag. 477. ſupralautus Petrus Creſcentius. *Sebbene dalla Sede Apoſtolica non ſia*

ſtata

ſtata conoſciuta con proceſſi (che io ſappia) la Santità del B. Carlo, però in Venezia dove morì ſantamente, in Fieſole dove alcune ſue Reliquie furono portate, in Roma, ed in Bologna, ed altrove, la ſua immagine già da un pezzo fu eſpoſta in pubblico a pubblica riverenza con titolo di Beato.

Fluxu temporis Eremitæ Fæſulani Conventus alumni ſcientes Patris ſui corpus in Veneta Sanctæ Mariæ Gratiarum Eccleſia quieſcere magnis precibus a Generali Congregationis Priore impetrarunt, ut aliquæ ex ipſo venerabili corpore inſignes Reliquiæ e Veneto Sepulcro Fæſulas adducerentur, ut ibi ſacra ipſius pignora colerentur, ubi prima ſuæ Congregationis jecerat fundamenta. Aſſentiente itaque Veneto Fratrum cœtu, venerandum cadaver e terra effoditur, quod carne quidem reſoluta, ſed oſſibus ſuo loco aptatis inventum eſt, ex quibus caput, & os brachii Fæſulani Fratres extraxerunt, ſecumque in patriam reduces tranſtulerunt. Ibi ſacra oſſa non filiorum tantum, ſed & omnium Civium veneratione, & gaudio excepta honorifico loculo ex ligno inaurato incluſa fuerunt, quod ſæculare S. Hieronymi de Florentia Sodalitium a Carolo pridem anno 1410. inſtitutum confici in gratum animi argumentum mandavit, ut ſignat appoſita inſcriptio: *Caput Beati Caroli de Monte Granello. Societas Sancti Hieronymi fieri fecit*; Cœnobitæ autem Fæſulani in ſacrarii loco, ubi honorabile Caput depoſitum fuit, marmori hanc epigraphen incidi curarunt.

„ Hac urna e Comitibus Montis Granelli Caroli noſtræ Re-
„ ligionis auctoris, qui Crucem Chriſti ferventi charitate tu-
„ lit, colendum caput jacet. Obiit autem Venetiis anno 1417.
„ v. Septembris.

Tranſlatum Fæſulas caput refert Arturus in Martyrol. Franciſc. ad diem VII. Decembris his verbis: *Obiit Venetiis, & ſacrum illius caput poſtea Fæſulas delatum eſt:* Nec in Sacrario ſolum exhibiti ſibi a fidelibus obſequii cultum obtinuerunt *colenda oſſa*, ſed (ut jurejurando affirmarunt ſeniores ex populo Fæſulano viri) ſolemnioribus anni diebus ad aram maximam, una cum aliis Divorum Reliquiis expoſita, eam, quæ Beatis viris adhibetur, exceperunt populi venerationem, quod diu perduravit, donec Clementis IX. Decreto Congregatio hæc a Carolo inſtituta finem habuit anno 1668. Con-

gregatione autem deleta, Fundatoris caput ad ſuperius laudatum Sodalitium S. Hieronymi de Florentia, ubi etiamnum honorifice aſſervatur, delatum fuit. Non eadem tamen veneratione, qua Fæſulis caput, reliquum Caroli corpus Venetiis excultum fuit; ſiquidem Veneti Monaſterii Fratres abducto capite reliqua piiſſimi Patris oſſa, terra ut prius in pavimento Sacelli Majoris obtegentes, occuluerunt, ubi ad hanc usque diem ſoli Deo nota quieſcunt. De Carolo mentionem ingerit Wadingh. ad annum 1405. num. 18. & ad annum 1460. num. 43.

Nec tamen Fæſulanæ Congregationis alumni, quamvis ab Eremita Gulielmo excepti in S. Mariæ Gratiarum loco ibidem a multo tempore degerent, Inſulam, & ædes Inſulæ a Divi Georgii Abbate, de cujus jure erant, interveniente Sedis Apoſtolicæ authoritate receperant, quod factum deinde fuiſſe anno MCCCCXXXIX. teſtatur Epiſcopale Divi Laurentii Juſtiniani decretum, quo utpote Apoſtolicus Eugenii IV. delegatus *Heremitis quondam Karoli de Monte Granello* facultatem indulſit, *ut Eccleſiam Beatæ Mariæ de Cavana de le gratie communiter nuncupatam* recipere poſſent, iis tamen conditionibus ſervatis, quæ in ipſa Epiſcopali ſententia lata ad diem XVII. Octobris ejusdem anni continentur, & quæ fuſius renovata ſunt, & declarata in ſolemni conventionis inſtrumento inter Paulum Priorem S. Georgii, & Corradum Eremitam S. Hieronymi de Societate prædicta inito die XV. Decembris ſuperius enuntiati anni (D), iis ferme momentis, quibus Gulielmus Eremita ſenio, & infirmitate confectus in extremis laborabat.

Eccleſiæ hujus aram Principem e marmore erigi ære ſuo mandavit Annibal, cujus dignitates notat inciſa marmori epigraphe:

„ D. O. M. & Deiparæ Virgini Annibal Capua Archiepiſcopus Neap. Summi Pont. Legatus apud Sereniſſimum Ducem & Remp. Venet. ære ſuo.

Ornatiſſimum quoque Sacellum gravi impenſa extrui juſſit Familia Valeria, in quo & duorum ex eadem gente Cardinalium elogia & ſimulacra viſuntur.

„ Auguſtinus Tit. S. Marci S. R. E. Presb. Card. Valerius
„ Epiſc. Veronenſ. Hujus Congr. Fæſulanæ Prot. Vixit annos
„ 76. obiit ann. 1606.

„ Pe-

„ Petrus Tit. S. M. S. R. E. Presb. Card. Valerius Epiſco-
„ pus Patav. Hujus Congregationis Feſul. Protect. Vixit an.
„ 54. obiit ann. 1629.

Aloyſius quoque Piſanus S. R. E. Cardinalis in hac Eccleſia corpus ſuum tumulari ex teſtamento mandavit, cujus ſepulchrum hac inſcriptione notatum eſt.

„ Aloyſio Piſano Cardinali Sorores Pientiſſimæ ex Teſtamento poſuere. Obiit 1570.

Aræ Majoris & Sacelli Valerii tabulas Jacobus Palma, organi pneumatici valvas Jacobus Tinctoretus pinxerunt.

Per CCXXVIII. annos Inſulam pacifice obtinuerunt Fæſulanæ Congregationis Eremitæ, anno enim MDCLXVIII. die VI. Decembris Clemens IX. Congregationem Fæſulanam diſſolvit, ejusque bona, & Cœnobia intra Veneti Dominii fines poſita in Belli Cretici ſubſidium aſſignavit. Apoſtolica Clementis diplomata allata ſunt Tom. V. Oper. hujus pag. 230. & 232.

Eo tempore, quo Fæſulana Congregatio finem habuit, Venetiis ſanctiſſimam vitam agebat in eo Capuccinarum Aſceterio, quod prope D. Hieronymi Eccleſiam viſitur, & S. Maria Redemptoris nuncupatur, Virgo quædam Sanctimonialis Felix Maria nomine ex honeſtis parentibus, Joſepho Spinelli Bergomate Mercatore, & Barbara Pizzetti Venetiis orta. Hæc, quam in regenerationis lavacro Blancam appellari voluerunt ipſius parentes, admirabili continentiæ exemplo virginitatem ſuam in matrimonio illibatam cuſtodivit, piumque juvenem Aloyſium de Contentis, cui ex parentum voto nupſerat, hortationibus, & exemplo in virgineæ integritatis amorem adeo accendit, ut ad eam cuſtodiendam præter aſſiduum orationis ſtudium, acerbos quoque corporis cruciatus adjecerit, quibus brevi confectus non multo poſt ad cœlos evolavit. Sui itaque juris facta Blanca cum ſe ſe ad arctiſſimæ vitæ ſtatum evocari cognoſceret, poſt acerrimas difficultates, quas Satanas futura præſagiens objecerat, invicta conſtantia ſuperatas, Seraphico inſtituto nomen dedit in prælaudato Capuccinarum Cœnobio, ubi arctiorem Divi Franciſci regulam ſub Mariæ Felicis nomine profeſſa, tanto animi fervore virtutis iter arripuit, ut ab ipſis monaſticæ vitæ exordiis religioſæ perfectionis apicem jam attigiſſe videretur. Cum igitur obedientia, humilitate, cæteriſque virtutibus provectiores anteiret, Divi-

no ſe afflatu interius excitatam ſenſit, ut rigidiſſimum Seraphici Inſtituti Monaſterium in Veneta Urbe inſtitueret. Dum igitur in S. Mariæ Cœnobio Abbatiſſæ munere fungeretur, Fæſulanam Congregationem Pontificio Decreto deletam agnovit, atque ab ea excultas S. Mariæ Gratiarum ædes, Fratribus, recedentibus vacuas remanſiſſe. Eam itaque nacta occaſionem Maria Felix, conſilium ſuum tum Patriarchæ Venetiarum Joanni Franciſco Mauroceno, tum aliis piis proceribus aperuit, quorum ope, & opera Cœnobium Gratiarum, quod ſub præcone emendum proponebatur, pro novi Monaſterii fundatione comparatum fuit. Eo in negotio Catharinæ Venturæ pietas enituit, quæ Mariæ Felici, cujus erat Soror, in arduo opere adeo pecunia præſto fuit, ut potiſſimam ſumptuum partem ad loci coemptionem erogarit. Præclarum opus etiam, ingenti labore, atque erogato ære adjuvit Nobilis Matrona Clara Fuſcareno Duodo, cujus pia deſideria mox ut Sanctimonialibus S. Mariæ Redemptoris indicavit Maria Felix, facultatem obtinuit, ut ipſarum nomine loci emptio publico Notarii ſcripto ſtipularetur, quod & ſtatuto pretio XI. millium, & D. argenteorum (Scudi Romani) actum eſt die VI. Februarii anno MDCLXIX. A die itaque XXVI. Julii ejuſdem anni, uſque ad diem XVIII. Martii anni MDCLXXI. opus Monaſterii ad Sanctimonialium uſum aptandi renovandique artifices urſere, quo completo inductæ in eas ædes fuerunt X. Virgines ſæculares, quas ſibi Dominus præelegerat, ut Maria Felice Duce in iis religioſæ pœnitentiæ caſtris ſub Seraphici inſtituti vexillo militarent. Dum hæc aguntur, Laurentius Trottus Archiepiſcopus Carthaginenſis Sedis Apoſtolicæ apud Venetum Senatum Legatus omnem curam adhibuit, ut S. R. Congregatio facultatem erigendi Monaſterii, illudque religioſa clauſura obſignandi elargiretur, quod ſibi conceſſum demandatumque fuiſſe ex Cardinalis Marci Ginetti Epiſtola cognovit.

„ Riferitoſi nella S. Congregazione il tenore della lettera „ di V. S. in ordine al Convento ſoppreſſo della Madonna „ delle Grazie già de' Frati Fieſolani, ove ſi deſidera fondare un Convento per le Capuccine, & eſſendoſi inteſa la „ ſicurezza del luogo, la ſalubrità dell'aria, la capacità della fabrica, e come già ſia preparato tutto quel di più, che „ ſecondo i decreti di queſta Sacra Congregazione ſi richie-

„ de

„ de per formare, e ſtabilire ſimili Conventi di Monache.
„ Queſti Eminentiſſimi miei Signori rimettono all'arbitrio,
„ & alla coſcienza ſua il procedere all' elezione dimandata
„ per le Monache Capuccine, dandole anche facoltà di tra-
„ ſportare da qualche altro Convento di coteſta Città o Dio-
„ ceſe, che ſia del medeſimo Iſtituto due Monache per età,
„ zelo e prudenza, atte ad introdurre, e ſtabilire nel nuovo Mo-
„ naſterio l'oſſervanza regolare per dimorar nel medeſimo ſei
„ anni, ſe così ſia neceſſario per il predetto effetto; reſtan-
„ do l'EE. loro ſicure, che dall'accuratezza di V. S. ſi ſa-
„ ranno tanto nella venuta, quanto nel ritorno di eſſe Mo-
„ nache oſſervare tutte quelle cautelle, & avvertenze, che
„ ſecondo le dichiarazioni di queſta Sacra Congregazione ben
„ note a V. S. devono oſſervarſi mentre per fine &c.

Roma 26. Settembre 1670.

Come Fratello affezionatiſſimo
Il Card. Ginetti.

Creditam ſibi commiſſionem ipſemet exequi optabat Legatus, at variis gravibusque diſtentus negotiis Leonardum Marinum Legationis Auditorem Generalem ad id muneris elegit, ut anguſtam inopemque Eccleſiam, Capuccinarum uſui deſtinatam rite benediceret, & incluſas in loco Virgines, ad proxima recipiendi habitus gaudia diſponeret. Legatus interea die XVII. Martii enuntiati anni MDCLXXI. ad Monaſterium S. Mariæ Redemptoris ſe contulit, expoſitoque Apoſtolico Decreto, Mariæ Felici, & alteri Virgini, cui nomen Maria Urſula, imperavit, ut ad nova Clauſtra ſe duci paterentur, quibus Maria Felix Abbatiſſa, Maria Urſula vero Vicaria præeſſent. Onus ſibi impoſitum tanquam viribus ſuis impar, ut ad aliam transferretur, enixe obſecrata eſt Maria Felix, at ubi id ſibi ex obedientia præceptum eſſe intellexit, ſpe bene agendæ rei in Deo repoſita, libens aſſenſit; Solemni deinde Sanctiſſimi Patriarchæ Joſephi die, quæ feſtivæ celebritati pridem aſſignata fuerat, Legati Auditor ad Sanctæ Mariæ Redemptoris Monaſterium accedens Mariam Felicem, dum Filiarum ſuarum lacrymas ſolaretur, ſimul cum ipſius ſocia Maria Urſula

ſula e clauſtris eduxit, luctumque Sanctimonialium, facta ipſis reſtituendæ matris ſpe, minuere curavit.

Elatam manu Crucem præferens, humilique amictu induta, ſacram hujuſce transmigrationis pompam præcedebat ſuperius laudata Clara Foſcarena Duodo, quæ cum in recens renovata Clauſtra ſe ſe recipere cogitaſſet, in alterius poſtea inſtituti Cœnobium Domino famulatura conceſſit, in cujus tamen vices ſubingreſſa Marina Taleapetra Foſcarena ipſius Claræ mater, licet ætate gravis, prima omnium Seraphicas lanas Mariæ Felicis manu ſuſcepit. Claram ſequebantur plurimæ ex Venetis Matronis, quarum agmen claudebant Maria Felix, & Maria Urſula atra tela contectæ, & æneam Crucifixi effigiem brachiis amplexantes. Adſtabant Virginibus hinc inde Leonardus Legati Auditor, & Frater Claudius Carmelita Excalceatus, qui tunc temporis Sanctimonialibus S. Mariæ Redemptoris erat a Confeſſionibus. At ubi ad Inſulam Sanctæ Mariæ Gratiarum devenerunt, ad antiquam Deiparæ Eccleſiam recto tramite ſe contulerunt, ut Euchariſticum primo Sacramentum, mox Virginis effigiem, antiquo cultu celebrem, pie venerarentur. Eccleſiam deinde paupertati ſuæ accommodatam, tituloque Sanctæ Mariæ Angelorum ſacram ingreſſæ Fundatrices, in ea decem prudentes Virgines aſperrima veſte indutas, & gravi fune præcinctas invenerunt, quibus conjunctæ ibidem orarunt, Apoſtolici Legati adventum expectantes. At ubi is adventavit, Eccleſiam ampliorem adeuntes, ibi venerando Miſſæ ſacrificio, per Legatum ipſum oblato religioſe adſtarunt, ſacramque Synaxim ex ejus manibus exceperunt. Gratiis autem de more actis cum Legatus ſacrum Virginum agmen in Clauſtra adduxiſſet, juſſit, ut Stephanus Roſata ſuæ Curiæ Cancellarius, (poſtea Epiſcopus Clodienſis) Apoſtolicum Clauſuræ Diploma elata voce perlegeret, moxque Mariæ Felici, ut attente Clauſtri oſtia cuſtodiret injungens, Virgines omnes ante ſe genuflexas benedixit.

Poſtera die Maria Felix decem teneras Virgines attonſis primum crinibus Seraphica veſte contexit, moxque ſacro velo coopertas ad profeſſionem admiſit, eas conſtitutiones ipſis ſervare committens, quas ad auſteriſſimæ vitæ rationem aptas eſſe, cognovit. Haſce deinde conſtitutiones ad inſtituti rigorem a Maria Felice efformatas, approbavit primum Aloyſius

ſius Sagredo Patriarcha Venetiarum, mox Joannes Baduarius & ipſe Venetus Patriarcha ordinaria authoritate confirmavit; quas deinde Venetis typis vulgavit Antonius Bortoli Typographus anno MCCV.

Earum autem Conſtitutionum ſeveriores hæ ſunt, abſque ulla diſpenſatione a Sanctimonialibus obſervandæ. Extrema rerum paupertas ſoli Divinæ Providentiæ adeo innixa, ut nec res ad vitæ alimoniam neceſſarias a fidelibus petere fas ſit, de ſolis ſponte oblatis victitando.

Perpetuum jejunium diebus tantum Dominicis exceptis, idque in piſcibus, aliisque quadrageſimalibus cibis ſervatum a quorum uſu, nec in graviſſimis morbis eximi poſſint.

Ædes pauperes & anguſtas, paremque Eccleſiam tenui, & lanea, lineaque tantum ſupellectile inſtructam habere poſſint.

Inhibita cum exteris collocutio, tantumque ſemel in anno cum parentibus, vel conſanguineis permiſſa, ita tamen, ut tabulæ mediante ſe ſe invicem conſpicere nequeant.

Cum vero inter cætera ſtatuta, hoc quoque decretum eſſet, ut liceret in Aſceterio Viduas recipere, inſequenti a Fundatione anno ſupralaudata Marina Taleapetra Foſcarena clariſſima Senatorii Ordinis Matrona Sanctimonialium Collegio adnumerari voluit, ſacroque habitu induta die XXV. Martii regularem profeſſionem mox emiſit, cujus auſteram diſciplinam præcipue in eſu quadrageſimalium ciborum, quamvis ſexageſimum attigiſſet annum, adeo conſtanter ſuſcepit, coluitque, ut nec extremo morbo ab ea ſe eximi paſſa ſit, cujus virtutem mirabili prodigio Deus illuſtravit, ſiquidem corpus ejus ſenio, & arcta decem annorum abſtinentia deformatum, adeo poſt mortem vividum & venuſtum apparuit, ut juvenem potius Virginem, quam ſenem viduam exhiberet, cujus rei prodigio attonitæ Sanctimoniales præ gaudio a lacrymis temperare vix potuerunt.

Sexennii itaque ſpatio novum ſibi creditum Monaſterium laudatiſſime rexit Maria Felix, cujus adminiſtrationem cum valde ſibi proficuam expertæ eſſent Sanctimoniales, hoc ipſa inſcia egerunt, ut in commiſſo ſibi munere ad triennium unum, mox ad alterum confirmaretur, in cujus triennii anno ſecundo Chriſti nempe MDCLXXXII. piiſſima Fundatrix ſanctiſſime obiit die XXIV. Januarii ætatis ſuæ anno LXI. Vitam ipſius ele-

elegánter Italico ſermone contexuit Thomas Baldaſſinus in urbe Æſis Congregationis Oratorii Presbyter, Bononiæ deinde typis vulgarunt Hæredes Antonii Piſarri anno MDCXCII.

Abbatiſſæ Monaſterii S. Mariæ Angelorum in Inſula.

1671 19. Martii Maria Felix Spinelli Fundatrix. Iterum 1677. 1680. Ad cœlos evolavit anno 1682. die 24. Jan.
1682 4. Febr. Maria Urſula Racoli Fundatricis ſocia, & Vicaria. Iterum 1685. 1692.
1689 12. Sept. Maria Elena de Rubeis.
1695 25. Martii Maria Joſepha Manchola.
1698 24. Apr. Maria Felix Liſon. Iterum 1704.
1701 25. Apr. Maria de Marinis. Obiit 1703.
1707 28. Nov. Maria Magdalena de Marinis. Iterum 1710. 1716. 1723. 1726. 1732.
1713 . . . Nov. Maria Electa Ruetta.
1719 29. Nov. Maria Cœleſtis Rovaria.
1729 30. Apr. Maria Tereſa Longo.
1735 4. Maii Maria Gertrudes Chiupani. Iterum 1741. 1747.
1738 4. Maii Maria Methildes Milani. Iterum 1744.

Marcus Bollani Abbas Monaſterii S: Georgii Majoris concedit Fr. Laurentio Rectori Hoſpitalis Domus Dei paludem elevatam ad conſtruenda Templum & Monaſterium ſtatuto cenſu libræ unius Olei.

A 1264. 12. Octobris.

Ex Autographo in Archivo S. Georgii Majoris.

HOc eſt exemplum cujuſdam publici & auctentici Inſtrumenti, cujus quidem tenor, tum tota ſerie ejus, hic de verbo ad verbum apponitur, & eſt talis. In nomine Dei eterni ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ducenteſimo ſexageſimo quarto menſis octobris die duodecimo intrante indictione octava Rivoalti. Maniſeſtum facimus Nos frater Marcus Bollani Dei gratia abbas conventus & Monaſterii Sancti Georgii majoris de Veneciis, qui in Dei & Chriſti nomine inſpecta utilitate hoſpitalis domus Dei, & omnium tranſeuntium per paludem ejuſdem noſtri Monaſterii in canale orphanum diſcurentem, cum noſtris ſucceſſoribus damus, concedimus & tranſactamus tibi Fratri Laurentio Rectori, ductori, ſeu adminiſtratori hoſpitalis ejuſdem nomine & vice hoſpitalis prædicti, & tuis ſucceſſoribus in perpetuum, de ipſa palude a loco, ubi jam incipitur ellevari per longitudinem paſſus triginta, & latitudinem paſſus vigintiquinque, cum ipſa longitudine & latitudine ſua, cum capitibus & lateribus ſuis, atque cum omnibus ſuis habentiis & pertinentiis ſeu adiacentiis, que ibidem adeſſe noſcuntur. Et cum pleniſſima virtute & poteſtate intromittendi, habendi, tenendi, ellevandi domos & eccleſiam, ſi volueris, & quecunque tibi tuiſque ſucceſſoribus utilia vel neceſſaria viſa fuerint, faciendi; quia exinde nos & dictum noſtrum monaſterium per omnia & in omnibus foris facimus: Tradentes ipſam quantitatem paludis dicte tibi, tuiſque ſucceſſoribus hoſpitalis prædicti nomine pleno jure. Salvo, quod annuatim debet cum tuis ſucceſſoribus per te vel tuum miſſum dare nobis vel noſtris ſucceſſoribus pro cenſu in feſto Beati Georgii unam libram olei & quod ibidem pro communi utilitate inde tranſeuntium perpetuis temporibus debeat eſſe cavana (1). Et ſi fieret eccleſia ibi, quod ad feſtum Sancti, ad cujus honorem ipſa eccleſia eſſet conſtructa; debeamus annis ſingulis invitari, tam nos, quam ſucceſſores noſtri. Quod ſi ullo tempore unquam cum noſtris ſucceſſoribus contra hanc maniſeſtationis, conceſſionis, & tranſactionis cartam ire temptaverimus, tunc emendare debeamus cum noſtris ſucceſſoribus, & tuis ſucceſſoribus, nomine & vice ipſius hoſpitalis, auri libras quinque, & hæc maniſeſtationis conceſſionis & tranſactionis carta in ſua permaneat firmitate ✠ Signum Fratris Jacobi & Marci, qui pro ſe ſcribi rogarunt.

✠ Ego Marcus Abbas monaſterii Sancti Georgii Majoris mm. ſs.
✠ Ego Andreas Prior Monaſterii Sancti Georgii Majoris mm. ſs.
✠ Ego Petrus Presb. & Monachus Monaſterii Sancti Georgii mm. ſs.
✠ Ego Raymundus Presb. & Monachus Monaſterii Sancti Georgii mm. ſs.
✠ Ego Fr. Joannes Monachus S. Georgii mm. ſs.
✠ Ego Fr. Franciſcus Monachus S. Georgii mm. ſs.
✠ Ego Fr. Joannes Mouachus S. Georgii mm. ſs.
✠ Fgo Fr. Alexandrus Monachus S. Georgii mm. ſs.
✠ Ego Fr. Balardinus Monachus S. Georgii mm. ſs.
Ego Marcus Fin Presb. S. Paterniani & Not. complevi & roboravi.

(1) Cavana. Vide Ducangium in Gloſſario littera C, & Bedam de propoſit. Arithmeticis ab ipſo Cangio citatum.

Marinus Preco teſtatur publice ſe proclamaſſe, quod nemo in acquis de jure Monaſterii S. Georgii Majoris piſcari, aut aucupari audeat.

B 1289. 16. Novembris.

Ex Autographo in Archivo S. Georgii Majoris.

IN Chriſti Nomine Amen. Anno a Nativitate ejusdem milleſimo ducenteſimo octuageſimo nono Indicione ſecunda. Die Mercurii ſextodecimo intrante novembris Venetiis in Rivoalto preſentibus hiis vocatis & rogatis teſtibus. Videlicet Ottonello notario de Homovertis de confinio Sanctæ Trinitæ, Nicolao filio Aunisti criſtalarii de Sancto Juliano & aliis. Marinus precacinus preco & miniſterialis Curiæ palacii Communis Venetiarum retulit & varentavit mihi Petro notario infraſcripto ſe de mandato Illuſtriſſimi Domini Noſtri D. Joannis Dandulo Dei gratia Venetiarum Dalmatiæ & Chrovatiæ Incliti Ducis, ad inſtanciam & peticionem Ven. Viri D. Marci Bollani Dei gratia Abbatis Monaſterii & loci Sancti Georgii Majoris de Venetiis, alta & publica voce clamaſſe & cridaſſe in rivoalto & in platea Sancti Marci, ubi bamna ſolent cridari, & in contrata Sancti Nicolai, & in contrata Sanctæ Crucis, & Sanctæ Luciæ, & in contrata Sancti Jeremiæ, & Sancti Michaelis, & in terra Pupiliæ de menſe Octubri nuper elapſo. Videlicet quod amodo aliquis homo, vel perſona aliqua de diſtrictu Venetiarum non debeat nec audeat ire piſcatum nec aucceletum, neque ad aliqua damna dandum in aquis & paludibus dicti monaſterii & loci Beati Georgii Majoris poſitis juxta & penes dictum Monaſterium. Videlicet ſecundum quod firmat ab uno ſuo capite in dicto Monaſterio ab alio ſuo capite firmat in canali orphano ab uno latere firmat in quodam canali perexiente dicto Canale orphano & veniente in canale Sancti Marci uſque ad angulum dicti monaſterii, & ab alio latere per totum firmat in comenzaria per quam itur clugiam ſive ad Sanctum Clementem, videlicet a dicto Monaſterio uſque ad dictum canale orphanum ſecundum quod dictæ aquæ & paludes ſunt ipſi monaſterio & loco ſententiatæ & terminatæ per officiales & dominos de ſuper publicis communis prout in ſententia lata per eos & ſcripta manu mei Petri Notarii infraſcripti plenius continetur. abſque verbo & licentia dicti D. Abbatis & aliorum qui per tempora fuerint in dicto Monaſterio & loco Sancti Georgii ſub pena & bamno trium librarum denariorum & plus ad voluntatem dicti D. Ducis, & qui accuſaverit contrafacientes debeat habere medietatem bamni & penæ & teneatur de credentia.

Ego Petrus de Mollianis ſacri palacii notarius ad officium de ſuper publicis communis Venetiarum nunc deputatus hiis omnibus interſui, & rogatus a dicto precone ſcripſi, complevi, & roboravi, ad petitionem & inſtantiam ſupraſcripti D. Abbatis Sancti Georgii.

Mar-

Marcus Præco refert Petro Notario Curiæ Publicorum publicaſſe prohibitionem Judicum, ne quis in acquis S. Georgii Majoris piſcationi, aut aucupio operam dare præſumat.

1313. 13. Auguſti.

Ex Autographo in Archivo S. Georgii Majoris.

IN nomine Dei Eterni Amen. Anno ab Incarnatione Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimo trecenteſimo tercio decimo menſis Auguſti die octavo intrante Indicione undecima Rivoalto. Retulit Marcus de Bonaventura Preco mihi Petro Fradello cancellario Sancti Marci Notario Curiæ publicorum, Præſentibus Matheo Zane Gaſtaldione piſcatorum Sancti Nicolai de Mendicolis, Joanne Balbi Gaſtaldione Pupiliæ, Marco Piſcatore Sancti Hyeremiæ, & aliis, ſe publica & alta voce die tercio exeunte Julio ſtridaſſe Pupiliæ, in Sancto Nicolao de Mendicolis, in Sancto Raphaele, in Sancto Baſilio, in contrata Sanctæ Crucis, Sanctæ Luciæ, Sancti Hyeremiæ ex parte D. Ducis, & ordinatione Judicum & officialium univerſorum publicorum a Grado uſque ad Caput ageris, videlicet Domini Nicolai Sagredo, D. Marini Maripetro, & D. Jacobi Juſto, quod a modo in antea aliquis homo vel perſona magna vel parva de diſtrictu Venetiarum non debeat, audeat, vel præſumat ire piſcatum vel auccelatum, nec ad aliqua damna inferendum cum aliqua ipſorum arte piſcando vel aucelando in aquis, terris, paludibus, ſive barenis Monaſterii Sancti Georgii Majoris Caſtellane Dioceſis, quæ quidem aquæ poſitæ ſunt partim juxta predictum Monaſterium Sancti Georgii, ſecundum quod firmat unum ſuum caput a ſupraſcripto monaſterio, uſque ad canalem orphanum, prout comprehenditur intra dictam comenzariam, per quam itur Clugiam ſive ad Sanctum Clementem, uſque ad dictum canale, per quod itur ad Sanctum Servolum, permittendo extra quandam inſulam aqua ſuperlabente & verſus Sanctam Elenam; quæ inſula eſt facta ibi a parvo tempore citra perexiente de dicto canali, & veniente uſque ad puntam ſive angulum dicti Monaſterii, quæ eſt verſus Sanctum Marcum, ut in ſupraſcriptis confiniis plenius continetur, ſuam eſſe & ad dictum Monaſterium Sancti Georgii pertinere de jure. Aliæ vero aquæ poſitæ ſunt verſus Clugiam videlicet a meta, quæ eſt poſita inter dictam aquam, & aquam ducatus Venetiarum ſuper Velmam dicti canalis timonarii parum longe a canale paluntis de meta recto tramite ad aliam metam verſus Venetias poſitam ſimiliter inter dictam aquam & aquam ducatus longe a dicto canali de paluſella per paſſa centum, qui termini ſive metæ ſunt longe una ab altera per paſſa quingenta. Item a dicta meta, quæ eſt paſſa centum longe a dicto canali de paluſella uſque ad aliam metam ſive terminum poſitum in velmam dicti canalis de paluſella, ſunt & diſtant longe per paſſa centum, ſecundum quod terminatum eſt, & confiniatum, & ab una meta ad aliam recto tramite ſuam & dicti ſui Monaſterii & Conventus Sancti Georgii eſſe & ad ipſa pertinere de jure, & ab inde in antea verſus Venetias totum reliquum uſque ad aquam de beveraiam, prout comprehenditur canalis de paluſella & comenzaria ſive canalis per quod itur Clugiam, & ab inde uſque ad aquam Sancti Zachariæ, quæ appellatur palus major, & uſque ad aquam ducatus. quæ dicitur palus de meta. Ab ipſis autem terminis atque ſignis in antea abſque verbo, conſenſu, ſive licentia D. Abbatis & procuratoris ejuſdem loci Sancti Georgii Majoris in pena & bamno ſoldorum centum, & plus & minus ad voluntatem D. Ducis, & qui contrafacientes

accuſabit habeat medietatem dictæ penæ & bamni, & tenebitur de credentia ſi per ejus accuſationem veritas invenietur. Signum ſupraſcripti Marci preconis qui hoc rogavit fieri.

✠ Ego Nicolaus Secredo Judex mm. ſs.
✠ Ego Marinus Maripetro Judex mm. ſs.
✠ Ego Jacobus Juſto Judex mm. ſs.

Ego Petrus Fradello Can. Sancti Marci Notarius complevi & roboravi.

Judices Curiæ Sententiam ferunt in favorem Monaſterii S. Georgii Majoris de Venetiis de Eccleſia & territorio S. Mariæ Gratiarum.

C 1328. 5. Martii.

Ex Archivo Monaſterii S. Georgii Majoris.

IN Nomine Dei Eterni Amen. Anno ab Incarnatione Domini Noſtri Jeſu Chriſti Milleſimo trecenteſimo vigeſimo octavo menſis Marcii die quinto intrante Indicione undecima Rivoalto. Teſtificamur nos Presbyter Andreas Sancti Salvatoris de Muriano, & Leonardus Beaqua preco, quod die eodem eramus in Curia coram noſtrorum judicum preſentia, qui de mandato Domini Noſtri Joannis Superantio incliti Venetiarum Ducis ibidem ante ſe ad placitum tenendum ſedebant, quando Nicolaus Grimani advocatus Nobilis viri Marci Juſtiniano q. Domini Pangratii Juſtiniano de confinio Sancti Moyſi procurator Abbatis Monaſterii Sancti Georgii & ejus Conventus & Monaſterii placitabatur ibidem cum Laurentio Malipetro advocato per omnes curias per conſilium conſtituto advocato Margaritæ habitatricis penes Monaſterium Sanctæ Mariæ de la cavana dicens, quod hodie erat terminus eiſdem procuratori & Margaritæ per nos judices aſſignatus de queſtione vertente inter partes prædictas, cujus principium tale fuerat. Præceptum extiterat ex parte Domini Ducis per curiæ miniſterialem Margaritæ habitatrici penes locum Sanctæ Mariæ de la Cavana, ut hodie eſſet ad Curiam reſponſura Nobili Viro Marco Juſtiniano de confinio Sancti Moyſi procuratori D. Abbatis & Conventus Monaſterii Sancti Georgii Majoris de tenuta poſſeſſionis, & de eo quod ſibi ducere vellet, & ſic ſupraſcriptus advocatus dicti procuratorio nomine quo ſupra oſtendit ibidem, fecitque legi duas inſtrumenti cartas ex parte D. Ducis ad Curiam approbatas, tanquam ſcriptas & factas manu bonorum & legalium notariorum. Una quarum ſcripta manu Oderici Bruti de Veneciis imperiali auctoritate Notarii publici Anno Nativitatis D. Milleſimo trecenteſimo vigeſimo ſexto Indicione nona menſis Septembris die nono: Convocato & congregato capitulo & conventu Monaſterii Sancti Georgii Majoris de Veneтiis Caſtellanæ Dioceſis ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis per Venerab. Patrem Dominum D. Morandum Abbatem ejuſdem Monaſterii ad ſonum campane more & loco in ipſo Monaſterio conſuetis, in quo quidem Capitulo interfuerunt prefatus D. Abbas, & Fratres Jordanus Prior Clauſtralis, Petrus Nicolaus Zambon, Thomas Lando, Franceſchinus de Bugeto, An-

Antonius de Verona, Joannes Boldù, Rigerinus, Moretinus, Paſchalinus Monachi Monaſterii prælibati, qui ſunt omnes Monachi in ipſo Monaſterio reſidentes & infra: Poſt quæ præfatus D. Abbas una cum Monachis capitulo & conventu predictis pro ſe & dicto ſuo Monaſterio fecerunt, & conſtituerunt, atque ordinaverunt Nobilem & ſapientem virum D. Marcum Juſtinianum quondam D. Pangratii Juſtiniano de contrata S. Moyſi de Venetiis Caſtellanæ Dioceſis licet abſentem, ſuum, & cujuslibet eorumdem ac ſui Monaſterii prælibati advocatum, ſindicum, procuratorem, actorem, & nuncium ſpecialem generaliter ad omnes & ſingulas eorum, & cujuslibet eorum ac dicti Monaſterii cauſas queſtiones & lites, quas habent vel habituri ſunt cum quacunque & quibuſcunque perſonis, collegiis, & univerſitatibus, tam in Curia D. Ducis Venetiarum ejuſque officialium ubicunque, quantum coram quocunque & quibuſcunque Judicibus, & Judicibus Eccleſiaſticis, & cujuslibet ad agendum & defendendum, & inter cetera, ac etiam ad obligandum dictum D. Abbatem, Monachos, Capitulum, & Conventum, & Monaſterium prelibatum eorumque ſucceſſores, ac omnia & ſingula bona mobilia & immobilia preſentia & futura ad dictos D. Abbatem, & Monachos, & Capitulum Conventum, & Monaſterium pertinentia quoquomodo, & iterum infra tenutam intrandi & alios de tenuta reiciendi &c. ut in ea legitur. Altera eſt ſecuritatis carta manifeſtationis judicium commu nita ſcripta manu Petri de Mollianis ſacri palacii, publici, & nobilium virorum dictorum Judicum & officialium notarii lata Rivoalto in camera eorum officii. Amen. Anno a Nativitate Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo nono Indicione ſecunda die veneris octavo exeunte Septembris. Quia cum ipſi Marinus Belligno & Marcus Venerio de mandato Illuſtriſſimi Domini Noſtri D. Joannis Dandulo Dei gratia Venetiarum Dalmatiæ atque Chrovaciæ Incliti Ducis, & communis Venetiarum judices & officiales conſtituti ad inquirendum, inveniendum, & recuperandum omnia ac univerſa publica communis Venetiarum a Grado uſque ad caput Aggeris, & ea publica per rationem, per juſtiticiam, per laudum, per arbitrium ſecundum quod eis melius & utilius appareret per diffinitivam ſentenciam terminandum. Cum pluries per Marinum precacinum preconem ſuum de mandato ſupraſcripti D. Ducis & ordinatione eorum in hoc officio predeceſſorum juxta capitularis noſtri officii continentiam & tenorem cridatum & citatum foret publice in locis conſuetis univerſas perſonas tam eccleſiaſticas, quam ſeculares habentes ſeu aſſiſtantes, aut modo quolibet alio detinentes in confinio ſeu diſtrictu Venetiarum & Epiſcopatus ac Dioceſis Caſtellanæ terras aquas paludes & canedos deberent certis terminis & diebus cum omnibus ſuis cartis, inſtrumentis, juribus, & rationibus coram eorum preſentia comparere. Tandem religioſus & Reverendus Dominus D. Fr. Marcus Bollani Dei gratia Abbas Monaſterii Sancti Georgii Majoris nomine & vice ejuſdem monaſterii loci & conventus, Comparuit perſonaliter coram eis dicens & proponens ſe & dictum ſuum Monaſterium & Conventum habare, tenere, & poſſidere quamdam aquam & paludem, quæ eſt penes & juxta dictum monaſterium uſque ad canalem orphanum, cujus aque paludis hi ſunt confines ut infra. Quapropter viſis & auditis omnibus ſupraſcriptis ſuis cartis, inſtrumentis, rationibus, & allegacionibus predicti D. Abbatis; Et viſo etiam quod ipſa aqua & palus non erat in dicta conceſſionis ſeu offercionis carta confiniata, nec bene terminata per confines, neque diviſa a publico communis. Volentes & cupientes ipſam aquam & paludem diſcernere & terminare a publico communis, & ea quæ nobis ſpectant ſecundum formam ſui capitularis, & tenorem attendere & effectu demandare ipſam aquam & paludem, ſolemniter iverunt pluries ad videndum cum aliquibus fratribus ejuſ-

dem

dem Monaſterii & loci. Qua viſa, & diligenter circumdata ac etiam viſis, auditis, intellectis, & examinatis omnibus ſupraſcriptis cartis inſtrumentis, teſtibus, probationibus, rationibus, & allegationibus, tam pro dicto D. Abbate, & Monaſterio & loco ac capitulo Sancti Georgii Majoris, quam pro ſuo officio productis coram eis, & aliis ſuis predeceſſoribus; & ſuper hiis omnibus & ſingulis pleniſſima & diligenti deliberatione prehabita; & quam plurium ſapientum & juris peritorum, tam eccleſiaſticorum quam laicorum communicato conſilio & deum habentes præ oculis, per ea quæ viderunt, intellexerunt, & cognoverunt. Volentes & cupientes terminare & diſcernere dictam paludem & aquam a publico communis per racionem & juſticiam per laudum, per arbitrium, & per diſſinitivam ſententiam equanimiter & ex communi voluntate communiter & concorditer dixerunt dictam paludem & aquam poſitam & ſitam penes & juxta dictum monaſterium, videlicet a dicto monaſterio uſque ad dictum canale orphanum, prout comprehenditur intra dictam comenzariam per quam itur Clugiam ſive ad Sanctum Clementem uſque ad dictum canale per quod itur ad Sanctum Servolum, permittendo extra quandam inſulam aqua ſuperlabente verſus Sanctam Ellenam, quæ inſula eſt facta ibi a parvo tempore citra perexiente de dicto canale & veniente uſque ad puntam ſive angulum dicti monaſterii, quæ eſt verſus Sanctum Marcum, ut in infraſcriptis confiniis plenius continetur, ſuam eſſe & ad dictum Monaſterium Sancti Georgii pertinere de jure. Cum ipſa palus & aqua videant ſolemniter ſibi eſſe conceſſa, & data per donationem, & conceſſionem, & privilegium ultra tempus centum annorum, & cetera, ut in ea legitur. Item fecit legi de quaterno Dominorum Judicum hujuſmodi teſtificationes hunc per omnia tenorem habentes. Die ſecundo intrante menſis Marcii Laurentius pivo Sanctæ Agnetis, & Nicoletus Barcharolus Sanctæ Mariæ Jubanico teſtes jurati dicere veritatem dixerunt quod Margarita habitat & ſtat in locum Sanctæ Mariæ Novæ (1) de la cavana. Secundum quod ipſe locus firmat ab uno ſuo capite in comenzaria & ab alio ſuo capite firmat in palude verſus Sanctum Servolum & Sanctum Nicolaum ab uno ſuo latere firmat in palude verſus Sanctum Georgium Majorem, & ab alio ſuo latere firmat in palude verſus canale Orphanum: & dixerunt quod dicta margarita regit & poſſidet ipſum locum: Die quarto intrante ſupraſcripti menſis marcii &c. Bonencambio & Chriſtuphorus lberio piſcatores ambo de confinio Sancti Hieremiæ teſtes jurati, dixerunt quod D. Abbas & conventus Monaſterii Sancti Georgii Majoris & ipſum Monaſterium tenuit & poſſedit & tenet & poſſidet totam paludem & inſulam dicti Sancti Georgii, quæ firmat unum ſuum caput in comenzaria uſque ad canalem orphanum, & vadit per dictum canale orphanum uſque ad puntam de Bagnera, & a dicta Bagnera venit uſque ad dictum Monaſterium Sancti Georgii quam inſulam eorum partes tenuerunt ab ipſo Monaſterio & hodie ipſi teſtes tenent ipſam ſupra quam inſulam eſt dictus locus Sanctæ Mariæ Novæ. Quibus oſtenſis & perlectis idem advocatus propoſuit ſic dicens, quod Domini judices bene viderant ſupraſcriptam procurationis cartam, & ipſa legi audiverant, que quantum ad hanc queſtionem ſatis erat ad plenum viderant per ſupraſcriptam ſententiæ cartam, & per ſupraſcriptas teſtificationes quomodo D. Abbas & conventus monaſterii Sancti Georgii Majoris, & ipſum monaſterium tenuit & poſſedit ſupraſcriptas aquas & paludes confinantes, ut in ipſis ſentencia & teſtifica-

ca-

(1) Hoc nomine *Sanctæ Mariæ Novæ* appellatæ fuerunt tres in Urbe Veneta Eccleſiæ, nempe, prima Eccleſia S. Mariæ de Virginibus modo nuncupata, de qua diximus Operis hujus Tom. IV. altera Eccleſia Parœcialis, de qua egimus Tom. II. tertia denique quæ titulo S. Mariæ Gratiarum vocatur, de qua modo eſt ſermo.

catione continetur & legitur. Et quod ſuper dictam inſulam eſt monaſterium & locus Sanctæ Mariæ Novæ, ſive de cavana, edificatum. Viderant etiam per ſupraſcriptas teſtificationes alias quomodo ſupraſcripta Margarita ſtabat & habitabat & regebat dictum Monaſterium & locum Sanctæ Mariæ confiniatum, ut in ipſis teſtificationibus continetur & legitur; Unde dicebat ſi ſupraſcripta Margarita eſſet in curia vel aliquis alius pro ea qui vellet ſibi diceıe, quare ſtabat, tenebat, & regebat dictum monaſterium & locum Sanctæ Mariæ paratus eſſet ipſum audire & eidem reſpondere, quid ſibi videretur. Alioquin ab ipſis Dominis Judicibus cum inſtancia poſtulabat, quod ſibi per legem & judicium dicere deberent, quod dicta Margarita exire debeat foras de dicto loco, & ejus proprietate, & de ejus tenuta ſeu poſſeſſione, & quod ſupraſcriptus procurator, nomine quo ſupra, debeat in tenutam intrare & habere ejus tenutam & poſſeſſionem propter ſupraſcriptas cartas & rationes ſecundum formam ſtatutorum. Ex adverſo ſupraſcriptus advocatus dictæ Margaritæ reſpondebat & dicebat multa verba; & demum ipſa Margarita exiſtens preſens in curia reſpondebat, & dicebat, qund ipſum locum ſeu proprietatem tenebat & habitabat pro commiſſaria Fratris Benedicti, quia reſponſione facta ſupraſcriptus advocatus dicti procuratorio nomine quo ſupra allegando dicebat, quod poſtquam Domini judices audiverant reſponſionem ipſius Margarite, quomodo ipſa habitabat & tenebat dictum locum ſive proprietatem pro commiſſaria ſupraſcripti Fratris Benedicti ab eiſdem Dominis Judicibus cum inſtancia poſtulabat, quod ipſi per legem & judicium dicere deberent, quod dicta Margarita exire debeat foras de ſupraſcripto loco ſeu proprietate, quantum per ſe & in ſe eſt, ſecundum formam ſtatutorum propter cartas & rationes prædictas. Hoc igitur audientes & intelligentes noſtri prædicti judices, videlicet D. Alexander Maurocenus, & Pangratius Georgio, ac Natalis Venerio judex omnium Curiarum inſtitutus loco Nobilis Viri D. Marci Juſtiniani Judicis curiæ, qui non poterat hujuſmodi queſtioni intereſſe. Super hoc habito conſilio diligenti per legem & judicium dixerunt, quod ſupraſcripta Margarita habitatrix in loco Sanctæ Mariæ de la cavana, quæ reſpondit & dixit ſe ſtare in ſupraſcripta proprietate pro commiſſaria Fratris Benedicti exire debeat foras de tota dicta proprietate, & de ejus tenuta & poſſeſſione, quantum pro ſe & in ſe eſt ſecundum formam ſtatutorum propter cartas & rationes predictas, & hoc per teſtimonium dicimus.

Signum ſupraſcriptorum Presb. Andreæ & Leonardi Beaqua præconis, qui hoc rogavit.

✠ . . . .
✠ **Ego Alexander Maurocenus Judex m. m. ſs.**
✠ **Ego Pangratius Georgio Judex m. m. ſs.**

Ego Anthonius Presb. S. Bartholomei & Notat. complevi & roboravi.

Ju-

Judices publicorum adjudicant juribus Monaſterii S. Georgii Majoris Inſulam S. Mariæ de Cavana; quam retinebat Margarita Vidua, & Commiſſaria Fr. Benedicti Ferrarienſis, qui ipſam Inſulam elevaverat, & habitaverat.

1328. 23. Martii.

Ex Autographo in Archivo S. Georgii Majoris.

IN Dei Eterni Amen. Anno ab Incarnatione Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimo trecenteſimo vigeſimo octavo menſis Marcii die vigeſimo tercio intrante Indicione undecima rivoalto. Teſtificamur nos Marinus Griti de confinio Sancti Hermachoræ, & Zaninus Marinus de confinio Sancti Jacobi de Luprio, quod eodem die eramus in Curia coram noſtrorum judicum præſentia, qui de mandato Domini noſtri Joannis Superantio Incliti Venetiarum Ducis. Quando Nicolaus Grimani advocatus nobilis Viri Marci Juſtiniani de confinio S. Moyſi procuratoris Domini Abbatis Conventus & Monaſterii Sancti Georgii Majoris, placitabant ibidem cum Laurentio Malipetro advocato per omnes curias per conſilium conſtituto advocato Malgaritæ commiſſariæ Benedicti Sanctæ Mariæ de la cavana dicens, quod præceptum extiterat ex parte Domini Ducis per curiæ miniſterium Malgaritæ commiſſariæ Benedicti Sanctæ Mariæ de la cavana, ut hodie eſſet ad curiam reſponſura Nobili Viro Marco Juſtiniano de confinio Sancti Moyſi procuratori D. Abbatis Conventus & Monaſterii Sancti Georgii Majoris de tenuta poſſeſſionis, & de quod ſibi dicere vellet. Et ſic ſupraſcriptus advocatus dicti procuratoris ſupraſcriptorum Domini Abbatis Conventus & Monaſterii Sancti Georgii nomine quo ſupra, oſtendit ibidem fecitque legi duas cartas completas & roboratas Una quarum eſt bib. leg. ſecunda carta facta Anno ab Incarnatione Domini Noſtri Jeſu Chriſti Milleſimo trecenteſimo vigeſimo octavo menſis Marcii die quinto intrante Indicione undecima Rivoalto, qua teſtificantur ipſi Præsbyter Andreas Sancti Salvatoris de Muriano, & Leonardus Beaqua preco, quod die eodem eramus in Curia coram noſtrorum Judicum præſentia, qui de mandato Domini Noſtri Johannis Superantio Incliti Venetiarum Ducis ibidem ante ad placitum ſedebant, de qua fecit legi unam ſentencie cartam manu Judicum communitatis ſcripta manu Petri de Molliandis ſacri palatii publici, & dictorum nobilium virorum judicum & officialium lata rivoalto in camera eorum officii Anno a Nativitate Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo nono Indicione ſecunda die veneris octavo exeunte Septembris qua cum ipſi Marinus Belligno, & Marcus Venerio de mandato Illuſtriſſimi Domini noſtri Domini Joannis Dandulo &c. ut ſupra relatum eſt in antecedenti documento. Hæc igitur audientes & intelligentes noſtri prædicti judices Videlicet Domini Alexander Maurocenus, & Pangratius Georgio ac Nicolaus Venerio Judex omnium Curiarum inſtitutus loco nobilis viri D. Marci Juſtiniani Judicis Curiæ qui non poterat hujusmodi queſtioni intereſſe. Super hoc habito conſilio diligenti per legem & judicium dixerunt quod ſupraſcripta malgarita habitatrix in loco Sanctæ Mariæ de la cavana quæ reſpondit & dixit ſe ſtare in ſupraſcripta proprietate pro commiſſaria Fratris Benedicti exire debeat foras de tota dicta proprietate, & de ejus tenuta & poſſeſſione quantum per ſe & in ſe eſt. Secundum formam ſtatutorum & cetera ut in ea legitur.

Alia

Alia eſt procuræ carta ſcripta manu Oderici Bruti de Venetiis imperiali auctoritate Notarii publici. Anno Nativitatis Domini milleſimo trecenteſimo vigeſimo ſexto Indictione nona menſis Septembris die nono. Convocato & congregato Capitulo & Conventu Monaſterii Sancti Georgii Majoris de Venetiis Caſtellanæ Dioceſis ad Romanam Eccleſiam nullo modo pertinentis per Ven. Patrem Dominum D. Morandum Abbatem ejusdem Monaſterii &c. ut in præcedenti inſtrumento. Quæ procurationis carta & alia ſententiæ carta ut ſupraſcripta brevi carta legitur inſerta ex parte Domini Ducis extiterunt comprobatæ tanquam manu bonorum & legalium notariorum factæ. Quibus oſtenſis & perlectis idem advocatus propoſuit dicens quod Domini Judices bene viderant per ſupraſcriptam ſententiæ cartam & per dictas teſtificationes quomodo D. Abbas & Conventus Monaſterium Sancti Georgii Majoris tenuit & poſſedit ſupraſcriptam aquam & paludem confiniatam ut in ipſis ſententia & teſtificationibus continetur & quod ſuper dictam paludem vel Inſulam eſt Monaſterium & locus Sanctæ Mariæ Novæ ædificatum: Viderant per ſupraſcritas alias teſtificationes quomodo ſupraſcripta Malgarita ſtabat & habitabat, & regebat dictum Monaſterium confiniatum ut ſupra legitur. Præterea viderant per legem & judicium extiterat judicatum quod ſupraſcripta Malgarita, quæ confeſſa fuerat ſe ſtare in ſupraſcripto loco ſeu proprietate pro commiſſaria Fratris Benedicti, eſset in Curia vel aliquis pro ea qui vellet ſibi dicere, quare tenebat ſtabat & regebat exire deberet foras de ipſa proprietate & de ejus territorio & poſſeſſione quantum in ſe & pro ſe eſt. Viderat etiam ſupraſcriptam procurationis cartam & ipſam legi audiverant quæ quantum ad hanc queſtionem ſatis erat ad plenum. Unde dicebat ſi ſupraſcripta Malgarita commiſſaria dicti Fratris Benedicti eſset in Curia vel aliquis pro ea qui vellet ſibi dicere quare tenebat regebat dictum Monaſterium locum ſuum proprietatem Sanctæ Mariæ paratus erat ipſam audire, & eidem reſpondere quid ſibi videretur. Alioquin noſtris Judicibus poſtulabat cum inſtantia. Quatenus ipſi per legem & judicium dicere deberent, quod ſupraſcripta Margarita commiſſaria dicti fratris benedicti exire debeat foras de dicto loco ſeu proprietate, & de ejus tenuta & poſſeſſione, & quod ſupraſcriptus procuratorio nomine quos debeat in tenutam intrare & habere ejus tenutam & poſſeſſionem ſecundum formam ſtatutorum, propter cartas & rationes prædictas. Ex adverſo ſupraſcriptus advocatus ſupraſcriptæ Malgaritæ commiſſariæ dicti fratris Benedicti oſtendit fecitque legi duas cartas completas & roboratas. Una quarum eſt Teſtamenti carta facta anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo trecenteſimo vigeſimo ſeptimo menſis Auguſti die quinto intrante indicione decima Rivoalto, quod fecit fieri Benedictus quondam de Ferraria, & nunc habitator Venetiis ſuper territorio quod vocatur Sancta Maria de Cavana Caſtellanæ Dioceſis, in quo ſuæ fidei commiſſaria conſtituit eſſe Margaritam dilectam uxorem ſuam Beltramum filium ſuum dilectum, & Bartholamæum de Benedicto ſpecialem compatrem ſuum, ut ſecundum quod hic ordinavit darique juſſit, ſic ipſi poſt ſuum complerent obitum & infra preterea pleniſſimam virtutem & poteſtatem dedit, & tribuit ſupraſcriptis commiſſariis ſuis poſt mortem ſuam ejus commiſſariis intrandi, finiendi, & complendi, inquirendi, interpellandi, advocatos, interdicta, & præcepta tollendi, legem petendi, ſententias audiendi, & proſequendi &c. ut in ea legitur. Altera eſt ſecuritatis & refutationis carta facta anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo trecenteſimo vigeſimo ſeptimo menſis Decembris die nono intrante Indicione undecima Rivoalto, qua plenam & inrevocabilem ſecuritatis cartam facit ipſe Bartholomæus de Benedicto Sancti Bartholomæi nominatus commiſſarius Fratris Bene-

dicti de la Cavana cum ſuis ſucceſſoribus & hæredibus ipſis omnibus & ſingulis commiſſariis dicti fratris Benedicti & ſuis ſucceſſoribus de tota illa commiſſaria per quam dictus Frater Benedictus defunctus & eis commiſſarius ipſum una ſecum fuit ſuæ fidei commiſſarium inſtituit. Nunc autem quia dictam commiſſariam refutavit & ipſam in ſua poteſtate relinquit &c. ut in ea legitur. Quibus perlectis idem advocatus proponebat, dicens, quod Domini Judices bene viderant ſupraſcriptam teſtamenti cartam dicti Fratris Benedicti, in quo conſtituerat ſuos fidei commiſſarios & ipſa teſtamenti carta nominat dans eiſdem commiſſariis ſuis illam plenam virtutem, & poteſtatem, quæ in ipſa teſtamenti carta continetur, & legitur. Viderant quomodo ſupraſcriptus Bartholomæus refutaverat dictam commiſſariam conſtabat etiam ipſis Dominis Judicibus, quod dictus Beltramus non habebat ætatem unde dicebat, quod dicta Malgarita commiſſaria non debebat expelli de dicto loco, quia licet dictus Frater Benedictus non habuiſſet dictum locum a Domino Abbate cum ordinibus, verumtamen expendiderat de ſuis bonis multum pro elevando dictum locum, & multa alia verba dicebat, quæ Domini Judices pro nihilo habuerunt. Hoc igitur audientes & intelligentes prædicti Domini Judices, videlicet Domini Alexander Maurocenus & Pangratius Georgio & Dominus Nicolaus Venerio Judex omnium Curiarum ſubſtitutus loco Nobilis Viri Domini Marci Juſtiniano Judicis Curiæ qui non poterat hujusmodi quæſtioni intereſſe tunc abſentis per legem & judicium dixerunt, quod ſupraſcripta Malgarita ſola commiſſaria dicti Benedicti quondam de Ferraria poſtea habitatoris ſuper territorio, quod vocatur Sancta Maria de Cavana exire debeat foras de tota dicta proprietate ſeu territorio, & de ejus tenuta & poſſeſſione, & quod ſupraſcriptus Nobilis Vir D. Marcus Juſtiniano nomine Monaſterii S. Georgii Majoris virtute procuræ prædictæ debeat in tenutam intrare & habere ejus tenutam & poſſeſſionem ſecundum formam ſtatutorum propter cartas & rationes prædictas. Et hoc per teſtimonium dicimus. Signum ſupraſcriptorum Marini Griti, Zanini Marinus qui hoc rogaverunt fieri.

✠ Ego Alexander Maurocenus mm. ſſ. Judex.
✠ Ego Pangratius Georgio Judex mm. ſſ.

Ego Anthonius Presb. S. Bartholomæi & Notarius complevi & roboravi.

Marcus Juſtinianus Procurator Monaſterii Sancti Georgii Majoris inducitur in poſſeſſionem Inſulæ Sanctæ Mariæ de la Cavana per ſententiam Judicum Curiæ Palatii.

1328. 13. Aprilis.

Ex Archivo Monaſterii S. Georgii Majoris.

IN nomine Dei Æterni Amen. Anno ab Incarnatione Domini Noſtri Jeſu Chriſti Milleſimo trecenteſimo vigeſimo octavo menſis Aprilis die terciodecimo intrante indictione undecima Rivoalto. Teſtificor Ego Adam Gaſtaldio Incliti Domini Ducis miniſterialis Curiæ Palatii, quod die vigeſimo ſexto intrante menſis Marcii ſupraſcriptæ indicionis propter præceptum Domini noſtri Joannis Superantio Incliti Venetiarum Ducis, poſui in tenutam

tam & corporalem poſſeſſionem Nobilem Virum Dominum Marcum Juſtinianum de confinio Sancti Moyſi procuratorem Monaſterii Sancti Georgii Majoris virtute & nomine dicti Monaſterii & pro ipſo Monaſterio de tota proprietate ſeu territorio, quod vocatur Sancta Maria de Cavana, ſecundum quod ipſa proprietas ſive territorium ab uno ſuo capite in comenzaria, & ab alio ſuo capite firmat in palude verſus Sanctum Servolum, & Sanctum Nicolaum, ab uno ſuo latere firmat in palude verſus Sanctum Georgium Majorem, & ab alio ſuo latere firmat in palude verſus canale Orphanum propter unam br. leg. cartam manu noſtrorum judicum communitam completam & roboratam factam manu Anthonii Presb. S. Bartholomæi & Notarii Amen. Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo trecenteſimo vigeſimo octavo Menſis Marcii die vigeſimotercio intrante Indicione undecima Rivoalto: Qua teſtificantur, ipſi Marinus Gritti de confinio Sancti Hermacoræ, & Zaninus Marinus de confinio Sancti Jacobi de Luprio, quod die eodem erant in Curia coram noſtrorum Judicum præſentia, qui de mandato Domini noſtri ſupraſcripti Joannis Superantio incliti Venetiarum Ducis ibidem ante ſe ad placita tenenda ſedebant, quando, ut infra. Hæc igitur audientes & intelligentes prædicti Domini Judices videlicet Dominus Alexander Maurocenus & Pancratius Georgio, Domino Nicolao Venerio Judice omnium curiarum ſubſtituto loco Nobilis Viri Domini Marci Juſtiniano Judicis Curiæ, qui non poterat hujusmodi quæſtioni intereſſe tunc abſente, per legem & judicium dixerunt, quod Margarita ſola commiſſaria dicti Benedicti quondam de Ferraria poſtea habitatoris ſuper territorio, quod vocatur Sancta Maria de Cavana exire debeat foras de tota dicta proprietate ſeu territorio & de ejus tenuta & poſſeſſione, & quod ſupraſcriptus Nobilis Vir Dom. Marcus Juſtiniano nomine Monaſterii Sancti Georgii Majoris, virtute procuræ prædictæ deberet intus intrare & habere ejus tenutam & poſſeſſionem ſecundum formam ſtatutorum, & hæc per verum dico teſtimonium. Signum ſupraſcripti Adæ Gaſtaldionis, & Miniſterialis Curiæ Palatii, qui hæc rogavit fieri.

✠ Ego Presb. Petrus Fuſculus Eccleſiæ Sancti Martini teſtis ſs.
✠ Ego Albanus Presb. Sancti Felicis teſtis ſs.

Ego Nicolaus Presb. Plebanus Eccleſiæ Sancti Canciani Notarius & Aulæ Incliti Ducis Veneciarum Cancellarius complevi & roboravi.

Divus Laurentius Juſtinianus Epiſcopus Caſtellanus exequitur litteras Eugenii Papæ IV. quibus permittitur Priori, & Monaſterio Sancti Georgii Majoris, ut inſulam Sanctæ Mariæ Gratiarum concedant, & tradant Eremitis inſtitutis a Carolo de Monte Granello.

D 1439. 17. Octobris.

Ex Archivo Monaſterii S. Georgii Majoris.

IN Chriſti nomine Amen. Noverint univerſi & ſinguli præſentes litteras inſpecturi, Quod Nos Laurentius Juſtinianus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Caſtellanus executor ac commiſſarius delegatus unicus ad infraſcripta a Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatus, Litteras Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini D. Eugenii divina providentia Papa IIII. ſanas, integras, & illæſas, non cancellatas, non abraſas, non maculatas, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio & ſuſpitione carentes, vera ipſius Domini noſtri bulla plumbea ad cordulam canapis more Romanæ curiæ impendenti munitas, præſentatas nobis per venerabilem Dominum Paulum Priorem Monaſterii & Conventus Sancti Georgii Majoris noſtræ Caſtellanæ Dioceſis, omni qua decuit reverentia, recepimus; offerentes nos ad earum executionem diſpoſiti, & parati die XVII. menſis Octobr. MCCCCXXXIX. quarum tenor ſequitur, & eſt talis. Eugenius Epiſcopus Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri Epiſcopo Caſtellano Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Piis fidelium votis illis præſertim per quæ perſonarum in humilitatis ſpiritu Altiſſimo famulantium commoditati conſulitur, libenter annuimus, eaque favoribus proſequimur opportunis. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte fidelium dilectorum filiorum Prioris & conventus Monaſterii S. Georgii Majoris de Venetiis Caſtellanæ Dioceſis Ordinis Sancti Benedicti petitio continebat, quod cum Monaſterium ipſum habeat prope per medium milliare eccleſiam Beatæ Mariæ de cavana, da le Gratie communiter nuncupatam, ab ipſo Monaſterio dependentem, quæ nullius annui valoris exiſtit, & in qua pauperes heremitæ habitare conſueverunt, ac cupiant, quod nonnulli heremitæ ſocii quondam Karoli de Montegranelli in Monte Feſulano commorantes, propter eorum bonam famam in præfata Eccleſia heremiticam vitam ducant; ipſique heremitæ prædictam Eccleſiam recipere non audeant abſque ſedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali, pro parte Prioris, & Conventus prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eis dictam Eccleſiam concedere dignaremur de benignitate Apoſtolica. Nos igitur, qui hujuſmodi perſonarum commoditatibus libenter intendimus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus de omnibus & ſingulis præmiſſis te diligenter informes, & ſi per informationem hujuſmodi ita eſſe repereris, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, præfatam Eccleſiam, quæ ut ipſi Prior & Conventus aſſerunt nullius annui valoris exiſtit, heremitis præfactis eam recipiendi, & apud eam commorandi, inibique omnibus & ſingulis privilegiis, exemptionibus, gratiis, & indulgentiis ab Apoſtolica Sede conceſſis utendi, & gaudendi auctoritate noſtra largiaris. Non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, & ſtatutis, & conſuetudinibus Monaſterii Ordinis prædictorum, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datæ Florentiæ

tiæ Annò Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimo nono, quarto nonas Septembris Pontificatus noſtri anno nono. Poſt quarum quidem litterarum Apoſtolicarum præſentationem, & receptionem per præfatum Dominum Priorem S. Georgii & Heremitas prædictos fuimus debita cum inſtantia requiſiti, ut ad executionem earumdem procedere dignaremur. Nos quidem conſiderantes petitionem hujusmodi juſtam fore, & quia juſta petentibus non eſt denegandus aſſenſus; Volentesque pro viribus mandatis Apoſtolicis, ut tenemur, debite obedire, & temporum ſpacia reſecare. Viſa primum commiſſione nobis facta per Sanctiſſimum Dominum noſtrum Papam, & auditis tam ipſo Priore S. Georgii, quam ipſis heremitis coram nobis & eorum omnium intentione conſiderata, præſertim nonnullis pactis & conventionibus, de quibus inter ſe partes ipſæ convenerunt, & maxime habita fide & certitudine fidedignarum perſonarum teſtimonio, quod Fr. Guillielmus heremita, ille, cujus opera dicta Eccleſia da le Gratie refecta cum ſuis habitaculis devenit in titulum, amodo ſenio & infirmitate confectus ibidem manens in dicta ſocietate hujusmodi pactis plene conſentit, & etiam contentatur. Habitaque certa informatione, quod Eccleſia ſæpedicta nullius annui valoris exiſtit auctoritate Apoſtolica, qua fungimur in hac parte, ſupradictis Fratri Corado c. . . . & d. . . . præſentibus heremitis, ut dicitur, de ſocietate Karoli prædicti in Monte Fexulano commorantibus pro ſe & ſuis ſucceſſoribus recipiendi dictam Eccleſiam & locum, & ad ipſum commorandi, inibique omnibus & ſingulis privilegiis exemptionibus, gratiis, & indulgentiis ab Apoſtolica Sede conceſſis, utendi, & gaudendi cum infraſcriptis pactis perpetuo licentiam elargimur, quorum quidem pactorum tenor ſequitur, & eſt talis: Primo quod dicti Prior & Conventus S. Georgii incenſi libram annuatim recipiant. Item in caſu, quo dicta ſocietas ſive dicti Heremitæ voluntarie & legitimo impedimento ceſſante dimitterent locum præfatum ſive Eccleſiam, & ſtaret per annum continuum derelictus ipſe locus ſive Eccleſia, tunc deveniat ad Monaſterium libere cum omnibus edificiis, & bonis immobilibus, juribus, & pertinentiis. De bonis autem mobilibus teneantur ſolum dimittere loco calicem unum argenteum, miſſale unum, paramentum unum fulcitum cum tobaliis pro altari, ſi eccleſia illa habere monſtrabitur. Liceatque præfato conventui reformare dictum locum, prout eis videbitur, nec poſſint idem heremitæ aliquid repetere occaſione ædificiorum ſive prædictorum bonorum mobilium & immobilium acquiſitorum, vel alios alterius religionis ſive ordinis introducere, ſed tantum ad Monaſterium S. Georgii, a quo proceſſit, libere devenire debeat. Item quod eo caſu, quo dicti heremitæ loci ſive Eccleſiæ Sanctæ Mariæ prædictorum non viverent ſecundum Deum, & obſervantiam & memoriale eorum, ymo, quod Deus avertat, vota caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ violarent, in tantum quod ſecularibus & proximis ſcandalum oriretur. Tunc & eo caſu liceat Priori Conventus Monaſterii S. Georgii cum rectoribus Monaſterii de la Caritate, & rectoribus S. Georgii in Alega, qui pro tempore fuerint, viſitare ipſum locum; & ſi facta noticia majoribus ſuis de prædictis ſcandalis, & requiſiti, quod reforment dictum locum, infra tres menſes non reformaverint, dictam Eccleſiam ſive locum de heremitis Deum timentibus & regulariter juxta eorum memoriale viventibus, qui ſint de dicta ſocietate, tunc debeant præfacti Prior & Rectores dictos licentiare absque eo quod ipſi, ſeu majores eorum poſſint a Monaſterio Sancti Georgii, aliquid repetere prætextu ædificiorum ſive aliorum bonorum mobilium & immobilium, ut ſupra, acquiſitorum. Sed reforment eum præfati Prior & conventus S. Georgii, de aliis Eccleſiaſticis ſive religioſis perſonis, ſecundum quod eis videbitur &c.

Abbas

Abbas & Conventus S. Georgii Majoris concedunt inſulam S. Mariæ de la Cavana Fr. Conrado, ejusque Sociis Eremitis Congregationis Sancti Hieronymi inſtitutæ a Carolo de Monte Granello.

1439. 15. Decembris.

Ex Archivo Monaſterii S. Georgii Majoris.

IN Chriſti Nomine Amen. Anno a Nativitate ejusdem milleſimo quadringenteſimo trigeſimo nono Indicione ſecunda die quintodecimo menſis Decembris in Monaſterio Sancti Georgii Majoris Caſtellanæ Diœceſis, præſentibus infraſcriptis teſtibus, congregato capitulo ac Conventu dicti Monaſterii de mandato Venerabilis Viri D. Pauli prioris dicti Monaſterii, & Conventus ad ſonum campanellæ, ut moris eſt, pro infraſcripto actu ſolemniter celebrando, in quo capitulo interfuerunt; primo ipſe D. Paulus Prior dicti Monaſterii, D. Blaſius, D. Fortunatus, D. Benedictus, D. Egidius, D. Joannes, D. Leonardus, D. Pius, D. Paulus, D. Britius, D. Auguſtinus, D. Boniſacius, D. Petrus, D. Franciſcus, D. Jacobus, D. Bernardus, D. Lucas, D. Nicolaus, D. Prodocimus, qui omnes Monachi profeſſi dicti Monaſterii, ut dixerunt, ſunt major & ſanior pars & ultra quam duæ partes dicti Monaſterii ſive Conventus. Ne eccleſia ſive locus S. Mariæ de le Gratie de la cavana Caſtellanæ Diœceſis vulgariter nuncupata, cujus inſtitutio & deſtitutio ad præfatum Monaſterium & Conventum S. Georgii tam de jure quam de antiqua & diu obſervata & approbata conſuetudine ſpectare & pertinere dignoſcitur, tanquam a dicto Monaſterio derivata remaneant deſtituta. Cum Frater Guillelmus Heremita, qui de conſenſu & voluntate dictorum Monaſterii & Conventus in dicta Eccleſia habitavit ſenio & infirmitate confectus in extremis laboret, & cupiant præfati Prior & Conventus, quod nonnulli Heremitæ ſocii quondam Karoli de Monte Graneli in Monte Fexulano commorantes propter eorum bonam famam in præfata Eccleſia Heremiticam vitam ducant; Præfati Prior & Conventus S. Georgii in capitulo congregati lectis, auditis, & examinatis cunctis capitulis, pactis, & conventionibus initis & factis cum venerabili fratre Corado Armani Heremita S. Hyeronimi de Societate prædicta Karoli de Monte Granello agente pro ſe & vice & nomine ſocietatis dictorum Heremitarum, prout de hoc dixit ſe habere ſufficiens procurationis & ſindicatus publicum inſtrumentum. Prædictum Fratrem Coradum Heremitam pro ſe & vice & nomine dictæ Societatis dictorum Heremitarum præſentem & recipientem fecerunt & inſtituerunt rectorem & gubernatorem dictæ Eccleſiæ, ſive loci S. Mariæ, & eidem dictis nominibus de dicta Eccleſia, & loco, juribus & jurisdictionibus ſuis ſpiritualibus & temporalibus univerſis unanimiter & concorditer providerunt: Ipſumque Fratrem Coradum dicto nomine præfatus D. Prior de conſenſu licentia & voluntate prædictorum Monachorum per anuli traditionem de dicta Eccleſia & loco actualiter inveſtivit. Et ut dicta inveſticio locum habere poſſit præfati D. Prior Monachi & Conventus commiſerunt Ven. D. Auguſtino Cellario, & D. Jacobino Monachis dicti Monaſterii, quatenus irent & præfatum Fratrem Coradum dicto nomine ponerent, & inducerent in corporalem poſſeſſionem & tenutam dictæ Eccleſiæ & loci ac jurium ipſorum quamquam dixe-

xerunt, nullius ſit annui valoris. Et de prædictis mandaverunr partes prædictæ mihi Notario infraſcripto, ut publicum conficerem inſtrumentum.

Actum in Capitulo Monaſterii Sancti Georgii Majoris de Venetiis Caſtellanæ Diœceſis præſentibus Magiſtro Gregorio Marangono de confinio S. Vitalis, Martino Murario de Venetiis contratæ S. Crucis filio quondam Petri teſtibus habitis, vocatis ſpecialiter, & rogatis.

Poſt hæc inmediate præfati domnus Auguſtinus, & domnus Jacobinus Monachi prædicti una cum dicto Fratre Corado & teſtibus ſupraſcriptis acceſſerunt ad locum prædictum S. Mariæ de le gratie, & de commiſſione prædictorum D. Prioris, & Monachorum poſuerunt & induxerunt dictum Fratrem Coradum dicto nomine in corporalem poſſeſſionem dicti loci & Eccleſiæ S. Mariæ cum omnibus ſuis juribus, & juriſdictionibus & pertinentiis per pannum Altaris, & alios actus ſolitos in hujuſmodi præſentibus teſtibus ſupraſcriptis vocatis & rogatis.

Ego Anthonius Jacobi de Bagno Civis Venetiarum publicus imperiali auctoritate Notarius ac Epiſcopalis Curiæ Caſtellanus Scriba & Cancellarius de mandato Reverendiſſimi patris D. Laurentii Juſtiniano Epiſcopi Caſtellani ſupraſcriptum proceſſum ſcripſi, & ſupraſcriptis collationi loci & Eccleſiæ factis per ſupraſcriptos Dominos Priorem & Monachos, ac commiſſarios de ponendo in poſſeſſionem dictum Fratrem Coradum, ac poſtea ſtatum traditioni poſſeſſionis dicti loci præſens fui, rogatus ſcripſi, & ſignum meum conſuetum appoſui.

DE

D E

HOSPITALI DOMUS DEI.

CUM Conſtantinus Imperator ſuſcepta Chriſti religione pacem Eccleſiæ reddidiſſet, Chriſtifideles per vaſtas Imperii Romani regiones diffuſi Templa ad Dei honorem, & pietatis ædes tum ad inopes infirmosque alendos, tum ad peregrinos hoſpitio excipiendos ubique erexerunt, quod patet ex lege *Sancimus ſi quis* in Cod. Juſtinianeo relata *de Epiſcopis*, & *Clericis*, & Juſtino Imperatore promulgata. Iis ſæculis, quæ medii & infimi ævi nuncupantur, Catholicæ urbes in excitandis hujusmodi miſericordiæ hoſpitiis altera alterius pietatem æmulabantur, nec urbes ſolum, ſed & oppida, & pagi advenis colligendis loca aptare opportuna ſatagebant, vixque ullum in Chriſtiano orbe reperiebatur Monaſterium, cui non ejusmodi domus pietatis adhæreret, quo in ſtudio Sanctimoniales laudabili contentione cum Monachis decertabant. Fuſe de hac re egit, ea, qua præſtabat, eruditione Clariſs. Vir Ludovicus Muratorius, tum in ſuo *de Charitate Chriſtiana* opere, tum in *Diſſertatione* XXXVII. in antiquit. medii ævi.

Plurima ex iis piis locis ſub cura, & adminiſtratione erant alicujus boni Monachi, vel alterius religioſi viri, qui cum Sacer-

cerdotali dignitate inſignitus eſſet Abbatis etiam titulo nunquam appellabatur, alia vero per laicos viros etiam matrimonio junctos regebantur, qui etſi in ſæculari ſtatu degerent, ratione tamen officii Fratres, & Rectores, ſeu Priores vocabantur. Quanta autem aliqui in eo munere Chriſto deſervientes ſanctitate floruerint Acta ſanctorum teſtantur, quæ tum Antuerpienſes Biographi ex quocunque ſtatu, tum Mabillonius ex Benedictino inſtituto protulerunt. Quamvis autem in quacunque Orbis Chriſtiani regione ſæculis XII. & XIII. hujusmodi opera miſericordiæ florerent, præcipue tamen apud Venetos & numero, & diſciplina florebant, cum enim peregrinis Terræ Sanctæ loca inviſere optantibus opportunior illis eſſet Venetias acceſſus, ut iis hoſpitia aptarentur priſca Venetorum, pietas plurimum laboravit. Nec peregrinis tantummodo ad Paleſtinæ ſacraria properantibus hoſpitia, ſed & iis, qui in ea pereginatione Elephantiæ morbum contraxiſſent, Noſocomia parata erant, quæ varia pietatis opera fluxu temporis in unum congregata locum in cauſa fuerunt, ut locus ipſe unico *Hoſpitalis* nomine appellaretur. Porro cum laudabilia hæc exercitia, quibus nihil eſt Deo gratius, Divino afflatu exercerentur, ædes illæ cœperunt vocari etiam Domus Dei, quæ loci nomenclatura apud Gallos ad hæc usque tempora perſeverat, qui Noſocomia, Xenodochia, Orphanotrophia, aliaque id generis pia hoſpitia *Hotel-Dieu* patria voce appellare ſolent. Quod autem titulo Domus Dei etiam remotiori ævo Hoſpitalia connotarentur patet ex documentis, quæ refert eruditiſſimus Ducangius in Gloſſario Littera D ubi fragmentum poſuit Litteræ Caroli IV. Galliæ Regis anno 1385. *adverſus Cardinales* ſcripta, *qui fere omnia regni obtinebat beneficia:* " Volumus . . . quod ſtatim atque aliquem Epiſcopum regni noſtri vel Abbatem ſeu Priorem, aut Orphanotrophum, ſeu Domus Dei vel hoſpitalis adminiſtratorem... ab hac luce migrare continget, dictus Præpoſitus Pariſienſis aut Seneſcallus, vel Ballivus ſeu ejus Locumtenens, in cujus Præpoſitura, Seneſcallia, aut Baillivia bona ex deceſſu talis decedentis relicta reperta fuerint, illa realiter & de facto ad manum noſtram apponat ſi per Executores aut hæredes ipſius Epiſcopi mortui, aut per Religioſos Conventuum, Monaſteriorum, aut Fratres hoſpitalium vel Domo-

„ rum Dei, requiſitus fuerit, aut ſi &c. Si hoſpitale ſive Do-
„ mus Dei. “ Deinde cartæ affert fragmentum, quam Joannes Dominus de Doyco dedit pro Monialibus infirmariis B. M. de Fontanis anno 1249. “ Juxta nemus Domus Dei
„ de Rameja, quod olim bonæ memoriæ Dominus Mathæus
„ de Doyaco Miles avunculus meus religioſis Monialibus In-
„ firmariis Eccleſiæ B. M. de Fontanis . . . in puram dedit
„ eleemoſinam.

Unam Venetam ex his Hoſpitalibus ædibus *Domum Deì* nuncupatam, (cujus modo nec ſitus innoteſcit, nec monumenta ſuperſunt) regebat quidam Frater Laurentius, cui *Rectori, Ductori ſeu adminiſtratori Hoſpitalis Domus Dei ejusdem nomine & vice hoſpitalis prædicti*, conceſſit Marcus Bollani Abbas Sancti Georgii Majoris anno 1264. (ut ad Sanctum Georgium diximus) paludem quamdam de ſui Monaſterii jure, ut in ea recipiendis cymbis aptum conſtitueret locum ad tranſeuntium utilitatem. Nullas tamen in eo ſitu conſtitutas tunc fuiſſe a Laurentio hoſpitales ædes certum eſt, fortaſſe quia paulo poſt ad aliam ejusdem inſtituti fundandam majori cum facilitate domum ex religioſa Maii Triviſani conceſſione, evocatus fuit. Vir hic pius, qui in confinio Sancti Martini de Geminis pellionis artem exercebat, Fratri Laurentio Rectori Hoſpitalis Domus Dei proprietatem terræ & domorum in confinio S. Martini poſitarum obtulit, facultatem ei præbens Eccleſiam & Hoſpitale ſub Domus Dei titulo ibidem ædificandi. Præterea majorem domum quam ad inhabitandum ſibi quoad in vivis degeret, reſervaverat, ad jura ipſius Hoſpitalis poſt ſuum obitum acceſſuram promiſit. Solemne donationis inſtrumentum, prout in Cataſtico extat Hoſpitalis Domus Dei, exhibemus.

In Dei æterni &c. 1272. *die ultima Auguſti &c.*

„ Manifeſtum facio ego Majus Triviſanus (1) de confinio
„ S. Martini de Geminis &c. Quia in Dei, & Chriſti nomi-
„ ne

(1) Pius loci donator Majus Triviſanus vocatur in hoc inſtrumento, at in Majoris Conſilii decreto vocatur Majus Pelliparius, etenim ex Familia Triviſana ortus Pellionis artem exercebat. Ejusmodi artis viri, qui veſtes

„ ne do, offero, atque tranſacto Deo, & tibi Fratri Laurencio Rectori Hoſpitalis Domus Dei, nomine ipſius Hoſpitalis, (2) & tuis ſucceſſoribus in perpetuum poſſidendam cunctam videlicet, e ſuper totam unam meam proprietatem terræ, & caſarum &c. in confinio S. Martini poſitam, ſecundum quam firmat unum ſuum caput in via Communi &c. aliud ſuum caput firmat in proprietate, de Ca Sirano &c. ut amodo pleniſſimam virtutem, & poteſtatem habeas ipſam proprietatem intromittendi, & fabricandi, atque ædificandi in ea Eccleſiam, & Hoſpitale, & vocari debeat Domus Dei, quæ Eccleſia, & omnia ædificia ad ipſum Hoſpitale convenientia, utilia, vel neceſſaria, ſicut tibi, & ſuis ſucceſſoribus videbitur faciendi, & conſtruendi &c. ſciendum tamen eſt, quod totam Domum majorem poſitam in ſolario, in qua modo habito cum ſua curia, & caſſelis poſitis circum ipſam curiam ſicuti ipſa domus majo (3) comprehendit, & cum toto horto hujus dicte proprietatis reſervavi mihi, & in mea retinui poteſtate quouſque vixero &c. Salvo quod in horto tam in parte, quam in toto poſſis, & debeas modo, & quandocumque volueris, ſicut tibi bonum videbitur ædificia convenientia utilia, vel neceſſaria dictæ Eccleſiæ, vel Hoſpitali facere, & habere, & quantum de ipſo horto cum Laborerio (4) duxeris occupandum tantam ipſi Eccleſiæ, & Hoſpitali Domus Dei jure proprii ex nunc cedat perpetuo poſſidendum abſque mea, & omnium hominum contradictione. Reliquo ipſius horti, ſi quod remanſerit, & tota prædicta Domo Majori cum laborerio, & cum ſua Curia (5), & caſſelis (6) quoad vi-

Ss 2 „ xero

veſtes pelliceas & alia ex pellibus opera faciebant, vocabantur eo temporis apud Venetos Latino ſermone *Pelliparius*, *Peliparius*, & *Pelliperius*, ut patet ex Codice Publicorum aliisque documentis.

(2) Ex his verbis manifeſte patet ante fundationem ejus, quæ hodie viſitur, Domus Dei, aliam ejuſdem tituli extitiſſe Hoſpitalem ædem, cujus nomine Frater Laurentius oblatas a Majo Triviſano domus accepit.

(3) Domus *Majo* vocatur ex Domini ipſius nomine qui Majus nuncupatus.

(4) Laborerium, ideſt ædificia laboranda.

(5) *Curia* Atrium ſeu Area ante domum, Venetis *Corte*. Vide Ducang. lit. C.

(6) Caſſela idem ac parva caſa. De hac voce Hagiographi Antuerpienſes Tom. III. Maii pag. 11. in Actis SS. Nerei &c. & Cangius in vocibus Caſſela & Caſella.

„ xero in mea remanentibus poteſtate. Poſt mortem vero meam
„ tota prædicta Domus Major in Solario, & curia, & caſſe-
„ læ, ac hortus, ſive omnia, quæ mihi reſervavi, & in mea
„ retinui poteſtate, remaneat, & perveniat in prædicta Dei Ec-
„ cleſia, & Hoſpitali Domus Dei &c. Huic etiam dationi,
„ oblacioni, & translacioni per me factæ Illuſtris Dominus
„ Laurentius Theopulo Dei Gratia Venetiarum (7) Dux cum
„ ſuo Majori Conſilio ſuum præſtitit benignum aſſenſum,
„ eamque ſua auctoritate confirmavit, ut ſit firma, & perpe-
„ tuo valitura &c. & quod ſupraſcripta proprietas debeat
„ eſſe Hoſpitalis, e debeat vocari Domus Dei, & quod ſi
„ aliquo tempore aliquid pro facto Arſenatus velet fieri de
„ poſſeſſione in aliqua parte Communi neceſſaria, quod Com-
„ mune poſſit habere, dando ſatisfactionem de eo quod ac-
„ ceptum fuerit in pecunia, vel alio modo, quod ſit conve-
„ niens &c.

1272. *Indictione* xv. *die tertio exeunte Auguſto*.

„ Pars capta fuit quod Datio, ſive offertio quam fecit Do-
„ mo Dei, & Fratri Laurentio Vir providus Majus Pellipa-
„ rius de Domibus, e proprietatibus ſuis poſitis in contrata
„ S. Martini, debeat eſſe firma ſine aliqua contradictione,
„ non obſtante aliquo conſilio, vel ordinamento ſuper hæc
„ facto, quæ domus debeat eſſe Hoſpitale, & debeant vocari
„ Domus Dei, ita quod ſi aliquo tempore aliquid pro facto
„ Arſenatus valet de poſſeſſione in aliqua parte communi ne-
„ ceſſarium fuit, quod Commune poſſit habere dando ſatis-
„ factionem de eo quod acceptum fuerit in pecunia, vel in
„ alio, ita quod ſit conveniens.

Poſt Laurentium quem loci Fundatorem a Majo Donatore inſtitutum novimus, alia ex cataſtico Domus innoteſcunt Rectorum nomina quibus titulum Fratris præponitur. Ea autem ſunt:

1285

(7) Lege Majoris Conſilii decretum fuit anno 1272. die 29. Auguſti, ut Oblatio facta Domui Dei (iterum his verbis confirmatur Hoſpitalem Domum Dei, eo temporis jam erectam extitiſſe) firma eſſe deberet, ipſaque Domus ad Hoſpitalis uſum ſub titulo Domus Dei erigeretur.

1285 Frater Aurelius.

1287 Frater Joannes Bello.

1292 Frater Bertolinus. Eo domum regente Lunardus Dottus anno 1302. Vineas in Littore poſitas huic Hoſpitali ex teſtamento dimiſit.

1305 Frater Martinus.

1314 Frater Fantinus de quo in Archivo Tarviſino hæc invenimus: " Nos Petrus de Verme Poteſtas Terviſii univer-
„ ſis, & ſingulis preſentes litteras inſpecturis facimus fore no-
„ tum quod Rev. Viro D. Fr. Fantino Priori Domus Dei de
„ Venetiis plenariam ducimus licentiam concedendam, ut li-
„ bere, & impune valeat conducere & conduci facere tria
„ modia farinæ, & quatuor ſtaria leguminum de Villa Caſa-
„ lis, Zeri, & de Marcono ad Granziam in Dexion &c.

Poſt Fantinum vero nullum ex Prioribus titulo Fratris connotatum vidimus.

1340 Luterius de Luteriis.

1348 Dardus a Fornace (dalla Fornace) eodem anno Dominicus Riccius Vineam ſui juris alteri Hoſpitalis vineæ, (de qua ſupra) cohærentem, Domui Dei legavit.

1351 Petrus Teoldi.

1358 Jacobus a Stupa (dalla Stopa).

1360 Jacobus de Albertinis. Circa hunc annum 1360. a regimine hujuſce hoſpitalis Domus Dei expulſos fuiſſe Fratres, qui curam infirmorum ibidem degentium exercebant, teſtatus eſt Nicolaus de Nicolais Prior hujus loci in ſcriptura, quam circà annum 1470. obtulit Judicibus Curiæ Proprii pro tuendis juribus ſui Hoſpitalis adverſus Monachos S. Nicolai de Littore, a quibus uſurpatàm fuiſſe contendebat partem vineæ olim ipſi Hoſpitali a Leonardo Doto legatam.

Per le Magnificenze Voſtre Signori del Proprio ne ſò comandado, che daſſamo in la corte voſtra i noſtri iſtrumenti, e ſcritture pertinenti alla differencia, che io Nicolò de Nicolò come Prior della Ca di Dio agito con i Frati, over Mo-

A vobis Magnificis Dominis in Magiſtratu de Proprio conſtitutis, juſſum fuit, ut exhiberemus Curiæ veſtræ noſtra Autographa, & MSS. ſpectantia ad litem, quæ vertit inter me Nicolaum de Nicolais, ut Priorem Domus Dei, &

Moneſtier de San Nicolò del Lio per una pezza de terra poſta ſora el ditto Lido contigua alla Caſa, e poſſeſſion del ditto Oſpedal.

Al qual per obbedir come è debito noſtro io produgo le infraſcritte raſon, e prima un iſtrumento publico publicado per man &c. per el qual iſtrumento ſe dichiara i confini delle terre, che a quel tempo era poſſeſſe per la Ca de Dio verſo S. Nicolò &c. Item un' altro Teſtamento del qu. Domenico Rizzo detto Tellaruol, per el qual alla ſua morte del 1348. laſsò al ditto Hoſpedal una ſua poſſeſſion, over vigna poſta ſuſo el Lido, contigua a una vigna del ditto Hoſpedal, come dichiara el ſopraditto iſtrumento d'affittaſon.

Item produgo queſta raſon, che io come Actor me offro de provar per homeni degni de fede, che queſto pezzo di terra ſempre de ſo memoria, & etiam per udito de morti fu poſſeſſo per la Ca de Dio, & oltre queſto me offro de provar, e moſtrar per effetto, che ſopra parte de queſte Terre antiquitus ſoleva eſſer el Cemiterio, nel qual erano ſepolti i corpi, che morivano nel ditto Hoſpedal, & acciocche le Voſtre Magnificencie

& Fratres ſive Monaſterium Sancti Nicolai de Littore circa aream terræ, in prædicto Littore poſitam prope domum & prædium dicti Hoſpitalis.

Quibus ut obtemperem prout par eſt produco infraſcripta argumenta, & in primis publium inſtrumentum rogatum manu &c. in quo declarantur limites camporum, qui tunc poſſidebantur a Domo Dei prope Sanctum Nicolaum. Item aliud Teſtamentum qu. Dominici Rizzo cognomento Telaroli, in quo cum obiit Ann. MCCCXLVIII. legavit eidem Hoſpitali prædium ſive vineam in Littore conterminam alteri vineæ Hoſpitalis ejusdem, ut annunciat idem inſtrumentum locationis.

Item novum profero argumentum. Scilicet ut Actor me exhibeo ad teſtandum per Viros fide dignos hanc terræ aream ſemper ab eorum memoria, immo ex auditu defunctorum fuiſſe de jure Domus Dei. Præterea paratus ſum oſtendere, & evincere antiquitus ſuper partem terræ controverſæ Cœmeterium, in quo ſepeliebantur Corpora eorum, qui in dicto Hoſpitali e vità migraſſent. Et ut Magnificæ Dominationes veſtræ cauſam

cie intendano la caſon, perche il ditto fò in quel logo, e dapoi abbandonato farò queſta digreſſion. El ditto Hoſpedal fu anticamente de Frati (1) li quali havevano Moneſtier & Hoſpedal (2), e quello governavano, nel qual Hoſpedal ſe accettavano tutti i infermi d'ogni condicione, che a quello capitavano per ſoſtentamento del qual i Frati andavano cercando elémoſina per la terra, & cum la entrada & elemoſina (3) ſoſtentavano quelli erano continuamente gran numero, é molti ne morivano, onde habbiando ogn'anno gran numero de morti, ne habbiando Cemeterio nell' Oſpedal, ne etiamdio el Cemeterio della Parochia zoè de San Martin era capace per quelli perciò fecero el ſuo Cemeterio ſuſo

ſam habeant, cur Cœmeterium ibi fuerit, & cur poſtea derelictum, aliquantum digrediar. Dictum Hoſpitale ab antiquis temporibus ſub Fratrum cura fuit, qui Monaſterium ſimul habebant, & Hoſpitale ſub ſuo regimine. In hoc adnitebantur ægroti omnes quicunque acceſſiſſent, & ad eorum alimoniam Fratres oſtiatim ſtipem quæritabant; propterea redditibus, & eleemoſinis hanc ægrotantium ingentem ſemper copiam ſuſtentabant. Multi e vita migrabant, cumque eorum quotannis ingens eſſet numerus, & Cœmeterio Hoſpitale careret, nec Parœciæ S. Martini Cœmeterium ſe ſolo in rem ſufficeret propterea proprium Hoſpitalis Cœmeterium conſtituerunt in prædicta terræ area, cui Crucem erectam impoſuerunt.

(1) Fratrum titulo (ut diximus) nuncupati fuerunt primi Rectores; num Religioſo alicui inſtituto aggregati fuerint, incompertum.

(2) Monaſterii nomine vocabantur etiam Hoſpitalia, cujus rei exempla habemus in Hoſpitali S. Lazari, quod modo Monaſterium, modo vero Hoſpitale nuncupatur, ſed & viri eidem Hoſpitali deſervientes, atque ipſi aliquando infirmi Fratres vocabantur, eo quod in una Domo Fratrum more in unum habitabant.

(3) Inter eas vineas quas ſuperius memoravimus huic Hoſpitali legatas, hæc etiam erat, de qua controverſia agebatur, quamque *in contrata* Flomocharello nuncupata poſitam fuiſſe, ex mox afferendo Sixti IV. diplomate addiſcimus. Alia Hoſpitalis bona in agro Tarviſino ſita ex allato Tarviſini Decreti fragmento connotantur, cum vero hæc ad pauperum alimoniam non ſufficerent, ex publicæ pietatis munere permiſſum eſt, ut a Chriſtifidelibus res infirmis alendis neceſſariæ emendicarentur.

ſuſo queſto pezzo de Terra con una Croce ſuſo. Intravene del 1360. in circa, che in queſto Oſpedal ſe introduſſe pluxur Frati Zenoeſi (4), i quali ſe havevano preparado de arder l'Arſenal noſtro, i quali ſono accuſati comò i meritò diſperſi per lo Illuſtr. Conſ. de X. confiſcando il liogo, e proviſto con licentia della Santità del Papa, che de cetero queſto Oſpedal foſſe dato in governo ad un Prior ſecolar voſtro cittadino Originario (5), & in quello poſto povere num. 25. (*6*) comò fin al preſente ſono, e che il Jus Pa-

runt. Accidit circa annum MCCCLX. ut in hoc Hoſpitale ſe ſe intromitterent plures Fratres Januenſes, qui conſilium inierant comburendi Armentarium noſtrum, quos accuſatos Illuſtriſſimum Decemvirum Conſilium diſperſit, locumque Fiſco vindicavit, viſumque eſt illi cum debita Rom. Pontificis facultate, ut de cætero hujus Hoſpitali cura demandaretur Priori ſæculari veſtro Originario Civi ibique alerentur mulieres pauperes vigintiquinque, quem numerum etiam nunc explent, & Juspatronatus in perpetuum per

(4) Fratrum titulo connotatos eſſe ſæculares viros, qui Domui Dei deſerviebant ex deteſtando, quod parabant, facinore, ſatis probatum eſt, ſiquidem quis ſibi perſuadere audeat, viros religioſos nefarii hujuſce ſceleris perpetrandi conſilium iniiſſe? Cœterum ſatis compertum exploratumque, quantum Venetorum gloriæ, & opibus eo tempore Januenſes inviderent.

(5) Suprema Majoris Conſilii lege decretum fuit anno *1367*. *Ut Prior Domus Dei eſſet Venetus Civis*. De hoc in promiſſione Ducis Venetiarum pag. 57. ita legitur: " Item non conſentiemus aliquo modo, quod
" aliquis ſit prior Hoſpitalis Domus Dei, cujus nos ſumus Patroni,
" niſi fuerit Civis originarius Venetus, & cum nos eligemus aliquem
" Priorem dicti Hoſpitalis non ſit firmus, niſi fuerit confirmatus ad
" Buſſulos, & Ballotas inter Conſiliarios, & Capita de Quadraginta
" per quinque ballotas ad minus, & ballotetur ſecrete. Inſuper eſt
" ordinatum, & ſic ſervabimus, quod ipſe Prior teneatur ſingulis Annis duobus, nobis & Conſiliariis Noſtris monſtrare rationem, &
" computum ordinatum de introitibus, & exitibus dicti Hoſpitalis,
" expenſarum, & totius ad miniſtrationis; aut illis, quibus ordinabitur
" per Nos, & Noſtros Conſiliarios, vel majorem partem, pro bono
" dicti Hoſpitalis, & pauperum ſub pœna privationis Prioratus, &
" non poſſit removeri a Prioratu, niſi per legitimam cauſam, & per
" numerum ad minus quinque ballotarum ex Conſiliariis, & Capitibus.

(*6*) Ipſarum deinde numerus (ut mox dicemus) auctus fuit.

Patronatus fuſſe perpetuamente della noſtra illuſtriſſima Signoria, come ſempre è ſtado, & e hodierna die, ſiche Signori magnifici benche i Frati moſtrano del 1246. el so Monaſtier haver alienado, e livelado molti pezzi de terra contigue l'un all'altro, fra i quali ſegondo loro intrano tutte le poſſeſſion, e Vigne del ditto Hoſpedal poſte ſuſo queſto lido &c. ma in veritade ſegondo el giudicio mio i hanno uſurpado la mazor parte, ma che ſia la veritade, che i ditti Frati poſſedono indebitamente parte di quelle terre, che i poſſede verſo S. Nicolò. Nota le Voſtre Magnificencie. Lunardo Dotto morite del 1302 e laſsò per el sò teſtamento la ſua poſſeſſion over terra poſta ſuſo el Lido a queſto modo la mità al Monaſtier de S. Nicolò, zoè quella parte ch' era verſo S. Nicolò, e l'altra metade, ch' era verſo la Ca de Dio legò all'oſpedal della Ca de Dio, como moſtrarò alle Magnificentie Voſtre, e ditti Frati poſſedono tutto &c. Ma piacendo a Dio ſi ha ſpazzado da queſto pezzo le Magnificencie VV. me farà etiam raſon, e Giuſtitia de quello, & el teſtamento del qu. Lunardo Dotto non l'ho poſto, ne cuſido inſieme con queſte car-

pertineret, ad Illuſtriſſimum Principem, ut poſtea fuit, & in præſenti quoque eſt. Itaque Magnifici Domini, quamvis Fratres oſtendant Anno MCCXLVI. Monaſterium ſuum alienaſſe, & livellaſſe multos terræ campos ſucceſſive contiguos, inter quos, ut ipſi affirmant, recenſeri debent omnia prædia, & vineæ dicti Hoſpitalis, quæ jacent in hoc littore &c. revera tamen, ut arbitror pleraque hæc uſurparunt, ſed ut apertum fuit, dictos Fratres indebite poſſidere partem earum terrarum prope S. Nicolaum, animadvertant Magnificentiæ Veſtræ ea, quæ addo: Lunardus Doctus obiit An. MCCCII. & ex teſtamento reliquit prædium ſuum, ſive terram poſitam in littore, hoc pacto diſtributam, nimirum partem Monaſterio S. Nicolai dimidiam, & aliam verſus Domum Dei, Hoſpitali ejuſdem, ut oſtendam Magnificentiis Veſtris. Interea dicti Fratres omnia poſſident. Sed, ſi Deo placet, cauſa cognita, pro hoc dimidio Magnificentiæ Veſtræ mihi eam adjudicabunt. Teſtamentum qu. Lunardi Docti non attuli, nec hiſce chartis conſuere potui, quia illud in noſtro Archivo, adeo flaccidum, ob loci humiditatem, in quo eſt, inveni, ut vix liceat il-

carte, perche io l'ho trovado nella noſtra Procuratia tanto debole per la humiditade dove l'è ſtà, che appena el ſe pol toccar (7) ne in veritade per haverlo portado in manega l'è ſi mal condicionato, che a fadiga el ſe leze quella parte, che ſono neceſſaria a queſta Caſon. (8)

illud contrectare. Nec tamen idcirco, quia illud ſemel in manicam aſſumpſi, eo usque deterius evaſit, ut per ſummum laborem legatur pars ea, quæ neceſſaria eſt ad cauſſæ defenſionem.

1386 Franciſcus de Federico.
1405 Nicolaus Urſattus.
1434 Joannes Ziliolus.
1453 Joannes de Lienda.
1458 Petrus Parentinus.
1460 Bartholomæus Alberga.
1467 Nicolaus Zio.
1469 Marcus de Nigris.
1470 Stephanus de Azzalibus.
1470 Nicolaus de Nicolao, de quo ſuperius.
1486 Petrus Pax.
1502 Philippus Mocenico.
1523 Aloyſius Gritti Andreæ Ducis Spurius Filius.
1527 Laurentius Gritti.
1536 Andreas Gritti. Eo Priore lata eſt in Majori Conſilio

(7) Fortaſſe ex pari infortunio cætera loci documenta perierunt.

(8) Abbas & Conventus S. Nicolai de Littore ſe ex hac Jacobi aliorumque virorum petitione injuſte lædi aſſerentes, controverſiam ad Sedis Apoſtolicæ, cui tunc præerat Sixtus Papa IV, detulerunt, litterasque ab eodem Pontifice impetrarunt, queis ſuper hoc Placidus Epiſcopus Torcellanus, & Bartholomæus Abbas D. Gregorii Venetiarum Judices delegati enuntiabantur. Cum vero Bartholomæus Abbas petiam terræ, & alia bona, de quibus quæſtio erat, Rectoribus Hoſpitalis Domus Dei adjudicaſſet, id iniquius ferentes Monachi ad Apoſtolicam Sedem provocarunt, cujus authoritate anno MCCCCLXXI. die XXIII. Januarii univerſum appellationis negotium Epiſcopis Civitatis Novæ, & Coronenſi demandatum fuit, ut ſententiam Abbatis, prout de jure cognoverint, confirmarent, vel infirmarent. (A) Quale deinde fuerit virorum judicium, & ipſius controverſiæ exitus, pariter ignoramus.

ſto lex die VII. Junii anno MDLVI., ut cum hoſpitalis reddi-tus ampliati eſſent, mulierum quoque in eo degentium numerus augeretur, atque Prioribus, de cætero arbitrio Ducum eligendis, Domus ad incolatum, atque annui argentei CCC. aſſignarentur, reliquum vero proventuum in alimoniam pauperum fœminarum, & loci ampliationem proveniret. Lex hæc in Promiſſione Ducali affertur pag. 59.

1570 Petrus Balbi.
1576 Aloyſius Balbi.
1596 Antonius Balbi.
1600. Joannes Antonius Saler.
1614 Jo. Baptiſta de Gratarolis. Majoris Conſilii Decreto ſtatutum eſt anno MDCXXIII. die XIX. Auguſti, ut Mulieres in loco excipiendæ, vel ex Patritio genere, vel ex Civium ordine eſſent, honeſtæ vitæ, & a viri lege ſolutæ, quæ per ſe cubicula ſibi aſſignata habitare teneantur. Ita in Ducali Promiſs. pag. 188.
1629 Stephanus de Benedictis.
1650 Jacobus de Lazaris.
1655 Paulus Pizzoni.
1660 Aloyſius Marcheſini.
1684 Auguſtinus de Blanchis.
1711 Claudius de Garzonibus Paulinis.
1713 Marcus de Garzonibus Paulinis.

Plurima inſequentibus annis 1722. 1732. & 1734. ſuprema Majoris Conſilii authoritate ad utilius loci regimen ſtatuta fuerunt, quæ in Promiſs. Ducal. late recenſentur pag. 260. 264. 271.

Sixtus IV. Delegatis Apoſtolis committit, ut cognoſcant & judicent in cauſa appellationis Monaſterii S. Nicolai de Littore contra Rectorem Hoſpitalis Domus Dei.

A 1471. 23. Januarii.

Ex Autographo in Monaſterio S. Nicolai de Littore.

SIxtus Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabilibus Fratribus Franciſco Civitatis nove (1) & Johanni Coronenſi (2) Epiſcopis in Civitate Venetiarum reſidentibus Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Sua nobis dilecti filii Abbas & Conventus Monaſterii Sancti Nicolai di Littore Venetiarum Ordinis Sancti Benedicti congregationis Sancte Juſtine petitione monſtrarunt quod cum olim Rectores Adminiſtratores nuncupati Hoſpitalis Domus Dei, & quidam alii clerici & laici Civitatis & Dioceſis Venetiarum ſuper quibusdam petiis terre in contrata ſlomocharello nuncupata & aliis immobilibus bonis in Civitate & Dioceſi predictis conſiſtentibus mobilibusque bonis pecuniarum ſummis & rebus aliis ad dictum Monaſterium legitime ſpectantibus injuriarentur eisdem; Abbas & conventus predicti apoſtolicas ſuper hoc ad Vener. Fratrem noſtrum Placidum Epiſcopum Turcellanum tunc in civitate predicta reſidentem, & Abbatem Monaſterii Sancti Gregorii Venetiarum ejus proprio nomine non expreſſo, cum clauſula quod ſi non ambo hiis exequendis intereſſe poſſent, alter eorum illa nichilominus exequerentur in forma communi litteras impetrarunt, dictosque Rectores qui tempore impetrationis litterarum earumdem, & etiam tunc quandam petiam terre & alia immobilia bona ad prefatum Monaſterium S. Nicolai, ut prefertur, ſpectantia detinebant indebite occupata, ſuper hoc petendo petiam terre & alia bona hujusmodi ſibi adjudicari ſeque in illorum poſſeſſionem induci ac Rectoribus prefatis ſuper illis perpetuum ſilentium imponi coram Bartholomeo Abbate dicti Monaſterii S. Gregorii prefato Epiſcopo cognitioni dicte cauſe intereſſe nequeunte ſeque ſuper hoc legitime excuſante litterarum earumdem vigore fecerunt ad judicium evocari, qui quidem Bartholomeus Abbas in eadem cauſa perperam procedens diffinitivam predictis Rectoribus, & contra Abbatem & Conventum prefatos ſententiam promulgavit iniquam, a qua pro parte dictorum Abbatis & Conventus fuit ad Sedem Apoſtolicam appellatum; ſed ipſi legitimo, ut aſſerunt, impedimento detenti appellationem hujusmodi non fuerunt infra tempus debitum proſecuti. Quare pro parte ipſorum Abbatis & Conventus nobis fuit humiliter ſupplicatum ut lapſu dicti temporis non obſtante eis ſuper hoc opportune providere paterna diligentia curaremus. Quocirca Fraternitati veſtre per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi quod de impedimento hujusmodi proponitur veritate fulcitur lapſu dicti temporis non obſtante in cauſa appellationis hujusmodi procedentes legitime ſententiam ipſam confirmare vel infirmare appellatione remota curetis prout de jure fuerit faciendum. Quod ſi non ambo his exequendis potueritis intereſſe alter veſtrum ea nihilominus exequatur. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominice milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo primo. Decimo Kalendas Februarii Pontificatus noſtri anno Primo.

DE

(1) Franciſcus Contarenus Epiſcopus Civitatis novæ, ſeu Æmonienſis in Iſtria. Ital. Sacr. Tom. V. col. 249

(2) Joannes Epiſcopus Coronenſis in Peloponneſo Archiepiſcopi Patracenſis ſuffraganeus.

DE
MONASTERIO
SANCTÆ LUCIÆ
VIRGINIS & MARTYRIS.

NUllius plane nominis diu multumque fuit Parochialis Eccleſia S. Luciæ, donec publico decreto Divæ Titularis corpus ad eandem translatum fuit anno MCCLXXX. Jam inde ab anno MCCIII. Veneto more computato, æræ nempe vulgaris MCCIV. hoc ſacrum pignus Conſtantinopoli Venetias advenerat, quo tempore Gallorum Venetorumque fœderatæ copiæ imperialem illam urbem ſubegerunt. Cum enim ſpolia dividerent, obtigit Venetis, a quibus in patriam tranſmiſſum, in Templo Sancti Georgii Majoris Benedictinorum locatum fuit. Quum igitur ibi quieſceret, incredibilis populi multitudo ad cultum ſacri hujus theſauri confluebat, & tunc vel maxime, cum annua Divæ ipſius ſolemnitas recurrebat. Sed quoniam feſta dies hyeme jam ſæviente celebratur, cum Cœli inclementia frequen-

quen-

quentiores, noxioresque procellas movet, ſæpenumero contigit, ut in trajectu lacunæ, quæ inſulam S. Georgii a foro publico, ipſaque urbe ſejungit, multi levibus navigiis transfretantes ingruente repentina procella aquis mergerentur. Hoc inſortunium multo quam unquam antea luctuoſius fuit anno MCCLXXIX., ob improviſum, & vorticoſum aeris turbinem, cui luſus fuit rates omnes, quibus incubuit, confeſtim invertere, & quotquot iis vehebantur, non mediocrem ſcilicet trajicientium copiam, procelloſis fluctibus obrutam ſuffocare. Huic igitur inſortunio, ut in poſterum occurreret publica pietas, prudenter ſanxit ad populi devotionem, omni ſublato periculo, augendam, ſacrum glorioſiſſimæ Martyris corpus, a templo S. Georgii, ubi quieverat annos continenter LXXVI., transferre ad parvam Parochialem Eccleſiam, quæ jam pridem erecta fuerat ſub ejusdem Divæ titulo, & cujus tum fundatorem, tum fundationis certum tempus ex monumentorum defectu omnino ignoramus, quamvis ex Apoſtolicis Sixti IV. epiſtolis mox inter documenta afferendis arguatur poſt annum Chriſti M. ædificatam fuiſſe, ſiquidem in iis epiſtolis anno 1478. datis aſſeritur *Eccleſiam ipſam jam quadringentis & ultra annis in honorem præfatæ Virginis* (S. Luciæ) *dedicatam* fuiſſe.

Anno igitur Dominicæ Nativitatis MCCLXXX. die XVIII. Januarii, quæ celebris erat propter primam ab Urbe Conſtantinopoli Venetias translationem, deductum fuit corpus S. Luciæ Virginis Siracuſanæ & Martyris, a Templo S. Georgii ad Parochialem Eccleſiam S. Luciæ, cui tunc temporis Plebanus præerat Presbyter quidam, cui Nicolai nomen, eumque primum ex Eccleſiæ hujus Plebanis novimus nominatim. Solemnem hanc translationem Deus voluit illuſtrare prodigiis, ſiquidem, ut alibi diximus, Diva hæc Virgo unum ex brachiis inter manus Abbatis S. Georgii reliquit, dum hic jacturam tanti theſauri amare deflebat. Præterea patritius quidam adoleſcens, qui lucem oculi ſiniſtri plane amiſerat, nec multum aberat, ut dextri etiam lumine deſtitueretur, implorato Sanctæ Martyris patrocinio, non ſolum periclitantem oculum ſervavit incolumem, ſed læſi prius uſum miraculoſe recepit.

Cum autem & populorum devotio, & Divæ Virginis cultus in dies augerentur, quidam pii viri devotionis intuitu anno

no MCCLVXXIV. ſe quotannis natalitiam Martyris diem ſolemni pompa celebraturos obſtrinxerunt. Fuerunt hi primum octo numero, quorum conſortio cum ſeſe alii adjungere optaſſent, anno MCCCXIII. die XIII. Octobris ſub titulo, & invocatione S. Luciæ erectum eſt pium virorum Sodalitium, aſſenſum ad hoc præſtantibus Jacobo Dedo Plebano, aliiſque Presbyteris quorum cura eo temporis adminiſtrabatur Eccleſia. Ex hoc *Presbyterorum* aſſenſu in Codice, ſeu Matricula ejusdem Sodalitii enuntiato, non obſcure infertur, eo tempore Eccleſiam D. Luciæ non Parœcialem tantummodo, ſed & Collegiatam fuiſſe, quod etiam ex alio pari Presbyterorum aſſenſu validius confirmatur; cum enim prælaudatum Sodalitium, ad Virginis Titularis decus augendum, quasdam anno MCCCXXIV. conſtitutiones ſibi obſervandas ſanxiſſet, eas prædictus Plebanus non ſolum, ſed etiam Presbyteri & Clerici ejusdem Eccleſiæ, qui nominatim recenſentur, unanimi voto confirmarunt. Ex ipſius rogitis conſtat, ad annum 1324. prædictum Jacobum Dedo Notariatus officio functum Aulæ Incliti Ducis Venetiarum, Cancellarium fuiſſe. Plebanatui renuntiaſſe, ex rogitis Marini Plebani S. Gervaſii colligimus, qui ipſum anno 1335. viventem enuntiat. Jacobum Dedo, olim Plebanum S. Luciæ. Obiit deinde anno 1348. Jacobo Dedo, alter poſt alterum ſucceſſerunt Plebani.

Rubertus de Ranucciis memoratur in Archivo Monaſterii ad an. 1335.

Marcus de quo ad annum 1344. in teſtamento Nicolai de Meſtre, cujus teſtes Robertus Clericus S. Luciæ, & Marcus famulus Plebani S. Luciæ. Reperitur etiam Marcus Plebanus S. Luciæ anno 1349. teſtis in inſtrumento rogato per Franciſcum de Recovratis Capellanum S. Marci. Circa hujus Plebani tempora conſecratam fuiſſe Eccleſiam docet antiqua Epigraphe, in qua hæc leguntur: “ Anno Domini 1343. Menſe Augusti die tertio intrante Ind. XII. fuit conſecrata iſta Eccleſia S. Luciæ Virginis per tres Epiſcopos.

Nicolaus Marcello in rogitis Franciſci de Ricovratis prædicti notatur Plebanus S. Luciæ anno 1352. Eidem Beriola Vidua Ordelaphi Phaledro de confinio S. Thomæ, legatum dimiſit ex teſtamento, in quo ipſum vocat Nepotem ſuum. Anno 1370. die 7. Martii ipſe & Capitulum hujus Eccleſiæ

con-

congregati in Sacriſtia Procuratorem elegerunt, ut ex inſtrumento patet, quod eadem die in actorum codicem redegit Nicolaus de Decanis Plebanus S. Blaſii. In eo hæc habetur. *Nos Nicolaus Marcello Plebanus Eccleſiæ S. Luciæ, Presbyter Franciſcus, & Jo: qu. Danielis, atque Nicolettus Diaconus omnes Eccleſiæ S. Luciæ convocati, & congregati in Sacriſtia ipſius Eccleſiæ more ſolito ad Capitulum conſtituunt Procuratorem &c.* Et hunc Plebanatui renuntiaſſe, certum eſt; in documentis enim anni 1370. de eo legitur: *Nicolaus Marcello, olim Plebanus S. Luciæ*. Ipſius infirmi teſtamentum rogavit Joannes de Tonedico Notarius anno 1371. die XI. Martii. Anno 1370. die .... Victor Paninſacco Diaconus S. Luciæ interfuiſſe legitur electioni Thomaſinæ Mauroceno Prioriſſæ in Monaſterio S. Andreæ, ut expoſitum eſt Operis hujus Tom. I. ad ipſum Monaſterium.

Joannes de Sanctis *Plebanus Eccleſiæ S. Luciæ* anno 1373. *nomine ſuo, ſive Eccleſiæ, & Capituli prædictæ Eccleſiæ S. Luciæ*, interfuit inſtrumento rogato per Joannem Rizzo Plebanum S. Euſtachii, & Notarium. De eo uſque ad annum 1377.

Georgius Triviſano legitur anno 1379. teſtis in teſtamento Catharinæ, olim uxoris Nob. Viri Andreæ Dedo de confinio S. Luciæ, quod complevit Franciſchinus a Fructibus Plebanus S. Agathæ, & Notarius.

Paſchalis ſeu Paſqualinus ad annum 1383. Ita in Codice Rogitorum Petri Nigro Notarii.

Franciſcus 1384. 15. Septembris. Teſtamentum conſcripſit die 21. Julii anno 1386. Ex Schedis Cl. Viri Apoſtoli Zeno.

Donatus Caroſſo anno 1386. 25. Octobr. Teſtamentum ejus complevit Antonius Boldo Notarius anno 1391. die 18. Decembris.

Franciſcus de Argenta anno 1396. & anno 1399. in rogitis Petri de Corrozatis Notarii. Inter ſchedas ſupralaudati Apoſtoli Zeni notatur anno 1407. 12. Novembris Presb. Franciſcum de Maſſa Lombardorum Plebanum Eccleſiæ S. Luciæ, ſuum condidiſſe Teſtamentum. An ſit idem cum ſupradicto Franciſco de Argenta, mihi incompertum.

Nicolaus Plebanus S. Luciæ anno 1418. Ita in Schedis ſæpelaudati Apoſtoli Zeno.

Joan-

Joannes de Forolivio anno 1420. Ex Teſtamento Bartholomæi a Viriſellis.

Joannes de Conſtabilis de Ferraria, quo Parœciam adminiſtrante, Eccleſia S. Luciæ, concedente Eugenio IV, in Sanctimonialium Corporis Domini jura devenit. Hujuſce conceſſionis ſeriem jam dedimus Operis hujus Tom. I. pag. 122. ut vero res ordinate progrediatur, libet eandem in compendium redactam hic iterare.

Proximum huic Eccleſiæ, ſæculo XIV. ad finem vergente, erectum fuerat Monaſterium Corporis Domini, cui ut Parœcialis hæc S. Luciæ Eccleſia uniretur, Thomas Thomaſinus Epiſcopus Feltrenſis apud Eugenium IV, cui ob egregiam virtutem, doctrinamque in primis acceptus erat, ſummo ſtudio adlaboravit, urgente id etiam Joanne Plebano, qui ætate gravis, & corporis languore feſſus Sanctimonialibus, quas præcipua veneratione proſequebatur, Eccleſiam ſuam aſſignari libentiſſime aſſenſerat. Apoſtolico itaque Eugenii diplomate unionis hujuſce negotium Hermolao Barbaro Tarviſino Epiſcopo delegatum fuit, qui omnibus rite perſpectis. *Eccleſiam Parochialem S. Luciæ cum ſuis juribus, & redditibus*, ita Monaſterio Corporis Domini univit, & adnexuit, ut *cedente vel decedente Rectore, ſeu alias illam quomodolibet dimittente liceret Prioriſſæ pro tempore exiſtenti illius Monaſterii, corporalem poſſeſſionem Eccleſiæ, juriumque, & pertinentiarum prædictarum, authoritate propria, libere apprehendere, & perpetuo retinere, ejusque oblationes hujusmodi* (quæ copioſæ ad honorem Virginis Titularis adveniebant) *in ſuos, ac Monaſterii, & illius pro tempore Sororum, nec non Eccleſiæ præfatarum uſum & utilitatem convertere, & diſponere, Diœceſani loci*, & cujuscunque *alterius licentia minime requiſita*. Pontificias Eugenii Epiſtolas ex integro attulit in Bullar. Ord. Præd. Clar. V. Bremondius Tom. III. pag. 144.

Joanne igitur viam univerſæ carnis ingreſſo Sanctimoniales Eccleſiæ ſibi conceſſæ poſſeſſionem inierunt, die xxv. Julii anno MCCCCXLIV. vices ipſarum agente Nicolao de Priolis Monaſterii Procuratore, in Apoſtolico etenim Eugenii diplomate conceſſum fuerat, ut *cedente vel decedente* Rectore loci poſſeſſionem *per ſe, vel alium, ſeu alios* apprehendere valerent.

Nec tamen, licet Parœcialis Eccleſia in Sanctimonialium jura deveniſſet, Plebanis caruit, ſiquidem poſt ſuperius laudatum Joannem de Conſtabilis, tres alios invenimus hujus Parœciæ Plebanos, & hi ſunt:

Michael Polo ad annum 1467. enuntiatus Plebanus Sanctæ Luciæ, in rogitis Andreæ de Ingeneriis Plebani S. Thomæ, & Notarii.

Ludovicus Nove ſeu Nave. Ex Schedis Joannis Baptiſtæ Leonarducii Veneti Sacerdotis, qui in colligendis Plebanorum memoriis plurimum laboravit, uti diximus in præfatione Tom. I. cui concordat Clar. V. Apoſtolus Zenus, qui ipſum Ludovicum recenſet Plebanum anno 1474.

Joannes de Galletis, qui ad annum 1480. in rogitis Bernardi de Ranemis Notarii ſic enuntiatur: Joannes quondam Jacobi de Galletis Plebanus Eccleſiæ S. Luciæ, ad annum vero 1482. invenitur, Presbyter Titulatus S. Agathæ, & Plebanus S. Luciæ. Teſtamentum condidit anno 1491. die 5. Julii, in quo hæc habentur: *Io Pre Zuanne* (Giovanni) *de Galleti Piovan de S. Lucia de Venezia, ho ſcritto de mia mano queſto mio teſtamento*; & paulo inferius: *Sia ſepelido el mio corpo in la mia ſepoltura davanti l' Altar Grande di S. Lucia.*

Poſt Joannem de Galletis nullum ulterius invenimus Sanctæ Luciæ Plebanum.

Interea religioſæ quædam mulieres, quæ (ut ex Monaſterii Scripturis colligitur) ſub Divi Auguſtini regula habitum Tertii Ordinis Sanctæ Mariæ Servorum aſſumpſerant, non longe a Divæ Luciæ Eccleſia Collegium in ſibi conducta domo ſtatuerunt, in quo ad Monaſterii formam degentes, laudatiſſimæ vitæ exemplis, & morum ſanctimonia univerſæ urbis oculos, & amorem in ſe converterunt. Earum numero in dies excreſcente, cum anguſtæ nimium iis excipiendis ædes eſſent, aliquæ ex ipſis Patavium ſe contulerunt, ea ſpe adductæ, ſibi in ea urbe novi Monaſterii fundandi opportunam fore occaſionem. Harum conſilium reliquæ (fuerunt hæ octo numero) improbantes non modo ex loco diſcedere, ſed potius in eo perpetuam ſibi ſedem figere, decreverunt. Domum itaque ipſam, in qua morabantur, & quaſdam ei adhærentes domunculas ſtatuto pretio compararunt, in quibus anno MCCCCLIX. ſe ſe occluderunt, eo conſilio, ut ibi Deo protegente Monaſte-

ſterium ſub Virginis ab Angelo Annuntiatæ titulo, & patrocinio ædificarent. Ne igitur poſt voluntarium, quod perfecerant, libertatis ſacrificium, amplius per Urbis Eccleſias vagari cogerentur, aſſentiente publica authoritate, atque facultatem elargiente Andrea Bondumerio piiſſimo Venetiarum Patriarcha, anguſtum Sacellum, (quod codices Monaſterii Corporis Domini Divo Archangelo Michaeli ſacrum, ſed ſcripturæ Monialium S. Luciæ aſſerunt, & hoc probabilius Divæ Mariæ Annuntiatæ fuiſſe dicatum) intra ipſarum ædium ambitum erexerunt, in quo Divina Myſteria, & audire poſſent, & percipere, cumque ad ea usque tempora communi tantum officio, ac pietate pro ſui arbitrio vixiſſent, placuit omnibus, unam ex ipſarum numero morum probitate, ac prudentia ſpectatam in Præfectam ſibi deligere, cujus nutu cæteræ regerentur. Fuit hæc Jacoba Veronenſis, quæ id muneris biennio adminiſtravit, anno enim MCCCCLXI. die XIX. Aprilis ſupralaudatus Andreas Patriarcha, pro inſita animi religione, locum in Monaſterii formam redigere vehementius exoptans, Urſiam de Andrea, Philippam Coppo, & Gratiam Celſi ex Monaſterio S. Danielis, quod eo tempore magna cum diſciplinæ laude florebat, eduxit, easque ad Monaſterium Virginis Annunciatæ (ipſis *loci Religioſis* expetentibus) miſit, ut Urſiæ, quam in primam Aſceterii Abbatiſſam inſtituerat, exemplis, & hortationibus voluntates earum dirigerentur, atque in Divino cultu, & regulæ obſervantia inſtruerentur. (A).

Urſia itaque, quæ cum ingenti omnium conſenſu, & lætitia, *ut decet Matrem*, recepta fuerat, Sororum profeſſiones in ſuis manibus factas excepit, mox, ut ſummo quoque Monaſterii decori conſuleret, Eccleſiam uſibus Sanctimonialium decentiorem pariter, & opportuniorem ædificare diſpoſuit. Dum vero ad hæc conſilia exequenda, Apoſtolicæ Sedis authoritatem ſibi imploraſſet, acriter ex adverſo Sanctimoniales Corporis Domini reclamarunt, ex tam propinqua Monaſterii erectione jura, & privilegia Ordini Prædicatorum indulta magnopere lædi criminantes.

Cauſæ cognitionem (uti diximus Operis hujus Tom. I. pag. 123.) Pius II. Pontifex, qui ſupplicationes, & querelas utriusque Monaſterii exceperat, Maphæo Contareno Venetia-

rum Patriarchæ mandavit, ut *ipſam juſtitia mediante* decideret, cum vero prudenter deinde animadvertiſſet, quod in civitate, propter *frequentiam populi, & ſoli anguſtias*, Monaſteria modico ſpatio diſtantia conſiſtere, neceſſe eſſet, idcirco oppoſita privilegia eidem Patriarchæ, pro animi ſui arbitrio interpretanda reliquit, ut *diſcuſſis Civitatis, ac loci qualitatibus* ſuper iis privilegiis, quod ſibi agendum putaret, plena & libera facultate decerneret. Apoſtolicas Pii litteras Tibure datas die xxviii. Julii anno Mcccclxi. opere complevit eo ipſo anno die xvi. Septembris (B) Andreas Patriarcha, lata ſententia definiens dictum Ordinis Dominicani privilegium, in quo continebatur, *quod nullum Monaſterium Ordinis Mendicantium poſſit conſtrui, niſi diſtet a Monaſteriis Ordinis Prædicatorum per cannas trecentas*, nullatenus obſtare, quo minus Monaſterium S. Mariæ Annuntiatæ eo in loco, in quo fundatum fuerat, abſoluto opere perficeretur. Patriarchale judicium amaro animo exceperunt Sanctimoniales Corporis Domini, cumque ad ſua aſſerta jura promovenda acrius apud Pontificem inſiſtere perſeverarent, Senatus Venetus, cui nimius hic fervor diſplicuerat, Nicolao Secundino ipſius Senatus a ſecretis, tunc temporis apud Apoſtolicam Sedem res Venetorum agenti, datis die xxv. Junii anno Mcccclxii. publicis litteris, commiſit, ut Pontificem ad æquam Patriarchæ ſententiam confirmandam adduceret (C). Num Patriarchale judicium Pius dato diplomate approbaverit, incompertum eſt, hoc unum pro certo conſtat cœpta Monaſterii ædificia optime proceſſiſſe, ad quorum perfectionem promovendam eccleſiaſtica Indulgentiarum munera ipſe Pius Pontifex elargitus eſt die v. Julii anno Mcccclxiii. (D). Eccleſia tamen Annuntiatæ Virginis, pro cujus erectione apud Pontificem fervide egerant Sanctimoniales, non adeo felici opere procedebat, ad ipſius enim ſumptus erogatæ piorum eleemoſinæ minores eſſe noſcebantur, quapropter Maphæus Gerardo supralaudati Andreæ in Veneto Patriarchatu ſucceſſor *Prædicatores omnium Ordinum*, data eis die xvi. Febr. anno Mcccclxxii. epiſtola oravit, ut *Eccleſiam loci Annuntiatæ* nondum elevatam populo commendarent, ipſe enim *omnibus prædictæ fabricæ manus adjutrices porrigentibus* xl. Indulgentiarum dies, miſericorditer in Domino relaxabat (E). Nec tamen quamvis

vis tot Eccleſiaſticæ liberalitatis muneribus excitárentur Chriſtifideles, ad excitandam Eccleſiam, neceſſarias, Deo ſic diſponente, eleemoſinas unquam erogarunt, quarum defectum diverſo, & quidem meliori modo Moniales ſupplere cogitarunt. Opportunam itaque temporis occaſionem nactæ, quod ſanctimoniæ, & virtutum meritis plurimum tum apud Pontificem, tum apud Senatum gratia valerent, Sixto V. Summo Pontifici datis ſupplicibus libellis ex fide retulerunt, ſe jam ab annis XIV. in quibusdam proprio ære coemptis domibus, *cum maxima incommoditate pro anguſtia loci* commorari, nec Eccleſiam ſibi unquam *non ſuppeditantibus eleemoſinis* erigere potuiſſe; Monaſterio autem ædificato adjacere Eccleſiam S. Luciæ, quam Eugenius Papa IV. Cœnobio Corporis Domini licet *magno ſpatio* diſtanti, olim uniri decreverat; & contiguam pariter eſſe Parœcialem Domum, de qua ſupra clauſtrum dicti Monaſterii S. Mariæ reſpiciebatur, *ita ut Moniales ipſæ non poſſint ire per loca domus ſuæ, quin videantur per habitatores in domo prædicta, & ſæpe audiant verba inhoneſtiſſima per Laicos venientes ad ipſam domum prolata*. Quapropter Pontificiam clementiam enixe precabantur, ut ſoluto antiquæ unionis vinculo, Eccleſiam ipſam S. Luciæ, ſibi utpote propinquitate loci magis opportunam concedere, & adnectere dignaretur, ex quo & majora Divinus Cultus incrementa perciperet, & religioſæ ipſarum honeſtati conſuleretur. Vota libens excepit Pontifex datisque die XIV. Auguſti anno MCCCCLXXII. Abbati S. Georgii, & Priori S. Salvatoris Apoſtolicis litteris eis mandavit, ut præhabita rerum accurata notitia, ſi ea, quæ expoſita fuerant, veritati congruere reperiſſent, domum prædictam cum horto, & pertinentiis ſuis, æquis appoſitis conditionibus, in jura Monaſterii S. Mariæ Annuntiatæ deducerent, Eccleſiam vero S. Luciæ *accedente conſenſu Monialium Monaſterii Corporis Chriſti*, præfatis S. Mariæ Monialibus aſſignarent. (F)

Lento adeo gradu in accepti mandati exequutione Delegati proceſſerunt, ut ex nimia judicii dilatione contrarius Pontificiæ voluntati exinde ſequutus fuerit effectus, utraque enim pars diſpendiis fatigabatur, & *multis civibus alteri partium ſtudentibus contentionis* materia in dies augebatur. Hujusmodi itaque ſcandalis, & diſpendiis ut obviaret Sixtus Pontifex

tifex facultatem judicii viris adimere cenſuit die IV. Februarii anno MCCCCLXXIV, eamque Paulo de Ruſconibus Canonico Cervienſi Venetiis commoranti tradere, ut prædictam domum cum illius horto juxta continentiam priorum litterarum Monaſterio Virginis Annuntiatæ adnecteret, *data tamen dicto Monaſterio Corporis Chriſti debita recompenſa* (G). Quid autem in cauſa fuerit, cur Apoſtolica mandata ſuo tunc fraudarentur effectu, incompertum eſt, veriſimiliter tamen argui poteſt, obiectas a Monialibus Corporis Domini difficultates rem aliquandiu retardaſſe. Iis igitur vexatæ anguſtiis religioſæ mulieres, cum ſibi publicæ protectionis ſubſidium auxiliari cognoſcerent, ſupplices Sixto Pontifici libellos obtulerunt, queis cum, & imminentia ſibi pericula, & alienam pervicaciam fuſe aperuiſſent, Apoſtolicam clementiam obteſtatæ ſunt, ut ſi de conſenſu Monaſterii Corporis Domini obtinendo ſpes omnis adempta eſſet, Pontificia authoritate decerneretur, ne ulteriora paterentur incommoda, atque Eccleſia S. Luciæ cum ſuis juribus, & pertinentiis recens extructo Virginis Annuntiatæ Monaſterio uniretur, qua ex unione, & diligentior ipſius Eccleſiæ cura evaderet, & honeſta Virginum converſatio a ſæculi ſcandalis ſervaretur immunis. Preces facilis excepit Pontifex, datisque Marco Cathanio Epiſcopo Dirrachienſi, & ſuperius laudato Paulo de Ruſconibus Apoſtolicis litteris die XXX. Martii anno MCCCCLXXXVI. eis injunxit, ut ſi de precum veritate eis conſtiterit, antiquam ab Eugenio prædeceſſore ſtatutam unionem diſſolverent, atque æqua aſſignata compenſatione Parœcialem S. Luciæ Eccleſiam proximo Sanctæ Mariæ Annuntiatæ Monaſterio adnecterent, & unirent. Hæc omnia Paulus Delegatus, nomine etiam Archiepiſcopi ſui in hac re Collegæ, die XV. Maii ejuſdem anni rite perfecit, latamque ſolemni modo ſententiam in actorum codicem per Notarii manus redigi juſſit. (H)

Licet autem Moniales Apoſtolici Delegati ſententia fultæ jus ſuum ad Eccleſiam S. Luciæ, atque ad omnes ejus pertinentias, quas inter ipſius Divæ venerabile corpus erat, extenderent, attamen ne diutius inter duo ſpectatæ religionis Monaſteria protraherentur diſſidia, mutuo conſenſu ad hæc pacta devenerunt, nempe ut Moniales Corporis Domini, Eccleſiam S. Luciæ, cum adjacente ei Parœciali domo Sanctimonialibus

An-

Annunciatæ *dimitterent*, *&* *relaxarent*, at contra corpus Divæ Virginis Titularis ad Eccleſiam Corporis Domini deduceretur, in qua Moniales S. Mariæ Annuntiatæ elegans Sacellum propriis ſumptibus erigere tenerentur; firmatæ fuerunt cum utriusque cœtus aſſenſu initæ conventiones die XXVIII. Maii ſuperius enuntiati anni MCCCCLXXVI. (I). Interea dum utriusque Monaſterii Procuratores de conciliandis rebus inter ſe agunt, Sanctimoniales Corporis Domini de retinendo Divæ Luciæ corpore plus æquo cupidæ immiſſis obſcura nocte ſororibus ex iis, quæ Converſæ appellantur, ſacrum corpus e loculo, in quo quieſcebat, clam abſtrahi juſſerunt, inque latenti Monaſterii loco, donec propitium ſibi eluceſceret tempus imprudenti conſilio abſconderunt. Ut autem, ſubſcriptis cum utriusque partis aſſenſu conditionibus, furtiva Reliquiarum ereptio ex occultis tenebris in lucem prodiit, acri excandeſcentes ira Parochiani Decemviralis Conſilii authoritatem obteſtati ſunt, ut, perpetratum furti ſcelus inultum eſſe, non pateretur, corpus enim Divæ Martyris ad ſuam Parœcialem Eccleſiam non privatis pactionibus, nec alicujus munere, ſed publicæ authoritatis decreto deductum fuerat, quid ſi nec utriusque Monaſterii accedente conſenſu, multo minus ex furto per injuriam, & dolum ſacrum corpus e loco dimoveri, & quod peſſimum videbatur, indecenti loco abſcondi, irreligioſe licebat. Juſtas hominum querelas excipiens Decemvirale Conſilium plurimis mandatis *nomine Dominii*, *&* *Capitum Conſilii* X. factis edixit, ut ſacræ exuviæ furto ſublatæ reſtituerentur, at cum juſſis morem gerere detrectaſſent Sanctimoniales, miſſi fuerunt ex Conſiliariorum cœtu viri clariſſimi, qui obfirmatam ipſarum mentem ad præceptorum obedientiam deflecterent. Cum vero monita pariter, & mandata negligerentur, ut contumaces animi ad obſequium redigerentur, lege lata in Decemvirali Conſilio die VIII. Junii (K). ſtatutum fuit, ut januæ Monaſterii Corporis Domini, *excepta porta Eccleſiæ*, *muro*, *&* *calce* clauderentur, clauſæque permanerent, donec *corpus Sanctæ Luciæ in Eccleſia Sanctæ Luciæ* reduceretur. Hæc autem cum Sanctimonialibus innotuiſſent, jamque miniſtros ad exequenda juſſa paratos proſpicerent, haud ultra morari imperium voluerunt, ſacrumque Virginis corpus e latebris eductum mœſtæ, & lugentes ad propria

pria remiſerunt; quibus actis, Advocatores Communis Procuratoribus utriusque Monaſterii inhibuerunt, ne aliquid in Eccleſia S. Luciæ innovarent, donec cognitum de jure fuerit, cui ſpectaret poſſeſſio ipſius loci.

„ Per ſpectabiles Dominos V. Jacobum Georgio, Antonium „ de Priolis, & Andream Diedo omnes tres Advocatores Com- „ munis editum, & mandatum fuit Spectab. Dominis Conta- „ rino Steno milite, ac Ambroſio Contareno, & Vicinguer- „ ra, ac Franciſco Dandulo Procuratoribus Ven. Monialium „ Monaſterii Corporis Chriſti ex una, ac uno nobili ſ. Mi- „ chaeli Foſcari, & egregio Viro ſ. Marco Frigerio Procura- „ toribus Monaſterii Monialium S. Mariæ de la Nunciata „ parte ex altera, quatenus neutra partium debeat, nec poſ- „ ſit innovare, nec fabricare ſuper, & in poſſeſſione Eccle- „ ſiæ Sanctæ Luciæ, de qua vertitur controverſia, quo ad uſ- „ que cognitum de jure fuerit, cui ſpectet de jure poſſeſſio „ ipſius loci.

Poſt hæc ad ſtatutas conventiones cum acceſſiſſet eodem anno die xvii. Julii Apoſtolica Sixti IV. approbatio (confirmata enim fuerunt pacta poſt reſtitutum Divæ Luciæ corpus, non antea ut ex Monumentorum defectu diximus Tom. I. pag. 124.) Marcus Marino Plebanus S. Fantini, qui ab eodem Pontifice conſtitutus fuerat Commiſſarius, & Executor, firmatas ab utroque Monaſterio pactiones Apoſtolicæ confirmationis munimine roboravit, die xx. Septembris ejusdem ſæpedicti anni MccccLxxvi (L). Ex Plebani Delegati ſententia ad Romanam Sedem provocarunt Sanctimoniales Corporis Chriſti, atque exinde Apoſtolicas ad Ludovicum Abbatem S. Georgii Majoris Venetiarum epiſtolas die 1. Octobris datas impetrarunt, quarum prætextu, cum Abbas Delegatus Monialibus Annuntiatæ mandaſſet, ne lite pendente ulterius in ædificiis erigendis progrederentur, ipſæ Virginis Annuntiatæ Moniales ex tali inhibitione ſe injuſte gravari dolentes, ad Pontificem appellarunt.

Appellatione hujusmodi pendente Ludovicus Abbas *quamplurimis Ordinis, ac religionis ſuæ præpeditus* (ut ipſe aſſerebat) *negotiis* cauſam ſibi demandatam, Franciſco de Machaſoleis Sanctæ Mariæ de Barbana Abbati die xxi. Novembris ſubdelegavit, qui die inſequenti Sanctimonialibus S. Mariæ Annun-

Annuntiatæ tridui ſpatium aſſignavit, ut coram ſe pro tribunali ſedente, ſua, ſi quæ haberent, jura producerent. Cum vero Sanctimoniales, quarum controverſia ad Apoſtolicum judicium delata fuerat, Subdelegati juſſis obtemperare neglexiſſent, is pronunciare auſus eſt, ſententiam a Marco Plebano S. Fantini latam, *fuiſſe, & eſſe nullam, nulliusque roboris, vel momenti*, atque Moniales Corporis Chriſti *in ſtatum priſtinum ad Eccleſiam S. Luciæ cum ipſius domibus, & juribus* reduxit. De iis omnibus vice, & nomine Monaſterii ad Apoſtolicam Sedem certis ex rationibus provocavit die XVII. Decembris Balthaſſar Diedo ipſius Monaſterii Procurator, cujus appellationi ſe deferre faſſus eſt Abbas Subdelegatus die XX. ejusdem menſis; aſſignato tamen termino unius menſis ad cauſæ proſecutionem. Dum hæc Venetiis aguntur, Sixtus IV. primam Sanctimonialium Annuntiatæ appellationem ſuſcipiens ſupradicto Ludovico Abbati S. Georgii, & Laurentio a Turri Eccleſiæ S. Lucæ Venetiarum Plebano controverſias rite cognoſcendas, & juſto fine decidendas demandaverat die XVIII. Novembris, in quibus tamen, an ſententiam Delegati tulerint, ignoramus (M). Veriſimile tamen eſt, nihil eos egiſſe; ſiquidem ipſe Sixtus Pontifex, qui die VI. Febr. anno MCCCCLXXVII. *Eccleſiam Monaſterii Monialium Annuntiatæ* tacito Divæ Luciæ nomine indulgentiis exornarat (N), die deinde I. Octobris ejusdem anni Maphæo Girardo Patriarchæ Venetiarum mandavit, *ut omnes & ſingulos*, quorum intererat, *ad obſervationem concordiæ* & contentorum in inſtrumento, per cenſuras Eccleſiaſticas Apoſtolica authoritate compelleret. Munere ſuo functus Patriarcha Commiſſarius, Apoſtolica Sixti Papæ mandata, quæ ſibi pro parte, & ad inſtantiam Monialium Corporis Chriſti oblata fuerant, Prioriſſæ, & Monialibus S. Mariæ Annuntiatæ rite denuntiavit, ſtatutoque ſex dierum ſpatio præcepit, ut *realiter, cum effectu concordiam illam obſervare deberent, ad quam poſt tot lites & diſcordias devenutum* fuerat, *ut ex ipſa concordia ſperatus pacis* ſubſequeretur effectus (O). *Moniales Annuntiatæ prædictas, quantum in eis eſſet*, ad concordiam *prædictam adimplendam diſpoſitas inveniſſe* teſtatus eſt Maphæus Patriarcha in epiſtolis, quas ad Sixtum IV. reſcripſit, at cum corpus S. Virginis ab eo Templo, cujus Diva titularis erat, non absque *magno ſcandalo*

totius *civitatis* auferri poſſe cognoſceret, propterea ulterius in re progredi, inconſulto Pontifice, renuens, Apoſtolicum ſuper hæc conſuluit Oraculum. Cupiens igitur Pontifex *ſcandalis obviare*, novi Diplomatis tenore anno MCCCCLXXVIII. die XX. Januarii Patriarchæ mandavit, ut *aliquem alium modum concordiæ, & quietis invenire* satageret, *per quem ſublatis controverſiis, & litigiis paci uniuscujusque* partis ipſarum Monialium conſuleretur. *Licet hæc mandata Apoſtolica ſibi non parvi oneris futura* eſſe timeret Patriarcha, attamen Dei honorem, Apoſtolici culminis reverentiam, atque animarum quietem, ſuis ante ferens laboribus, *maximam* ſibi demandatam *provinciam* ſubire non recuſavit, ideoque die VI. Februarii ſupradicti anni *ambas partes* admonuit, ut die ejusdem menſis XII. coram ſe *vadimonium* obirent, ut *modum aliquem concordiæ & quietis ſine ſtrepitu, & figura judicii* invenire valerent, per quem controverſiæ *funditus* tollerentur (P). Auditis deinde omnibus, quæ *ambæ partes, ſive earum procuratores hinc inde dicere*, & allegare voluerunt, Chriſti, & Deiparæ patrocinio implorato decrevit, & pronuntiavit, ut Divæ Luciæ tum Eccleſiam, tum Venerabile corpus ipſiusque Eccleſiæ Parœcialem domum, & bona tam Venetiis, quam alibi exiſtentia Sanctimoniales Annuntiatæ Virginis tenerent, & poſſiderent, *pro recompenſatione* autem *prædictorum bonorum* ſolvere quotannis tenerentur Monaſterio Corporis Domini *Ducatos* L. *auri Venetos* ſive *de propriis pecuniis*, ſive *de aliis bonis, & introitibus* ad dictum Annuntiatæ Cœnobium ſpectantibus (Q). Ita diuturnæ controverſiæ finis factus eſt, ſacrumque Divæ Luciæ corpus, de quo duo hæc celeberrima Urbis Monaſteria acriter diſceptarant, in antiqua Eccleſia permanſit, a quo deinceps tempore Monaſterium etiam, quod Annuntiatæ appellabatur, D. Luciæ nomenclaturam accepit.

Trigeſimo deinde regiminis ſui anno ad finem vergente Urſia piiſſima Abbatiſſa cum pro ſtatuendo, augendoque Monaſterii ſui ſtatu plurimos exantlaſſet labores, ad præmia meritorum evolavit anno MXD. menſe Novembri, cui in onere ſuffecta fuit die XXIII. ejusdem Menſis Angelica Zantanni. Ea Monaſterium adminiſtrante Bartholomæus de Andrea Plebanus Sancti Martialis ſupralaudatæ Urſiæ Abbatiſſæ Frater, cum vivens Sororem ſuam, ac deinde Sanctimoniales eximiis juvaſſet ſubſidiis,

ſidiis, atque in Eccleſia Sacellum, ſibique humando ſepulcrum ſtatui mandaſſet, morti proximus, condito teſtamento, annuis redditibus Monaſterium auxit die x. Sept. anno Md.

Per LX. & ultra annos Monaſterio laudatiſſime præfuit Maria Angelica, qua viam univerſæ carnis tandem ingreſſa, ex Sanctimonialium ſuffragiis electa fuit Maria Pacifica Talaſco, cui deinde ſucceſſit anno 1565. Maria Chriſtina Ziliola noviſſima ex Prioriſſis perpetuis, ſiquidem Gregorius XIII. dato die 1. Januarii anno 1583. Apoſtolico Diplomate Abbatiſſas, cæteraſque Monaſteriorum præfectas in poſterum triennales fore decrevit.

Circa hæc tempora Bernardus Mocenico Eques Sacellum Princeps propriis ſumptibus erigendum mandavit, quod tamen morte præventus, abſolutum videre nequivit. Marmoreum Fundatoris ſimulacrum manu Alexandri Victoriæ exſculptum ibidem viſitur.

Prioriſſæ anno Mdxc. defunctæ Petronillam a Lignamine Patavinam Moniales ſuffecerunt, cujus tamen muneris durationem ex Pontificio Decreto ad triennium contraxerunt, quo itidem anno Donatus Ballionius vir Nobilis Florentiæ natus, cujus Soror, & Filia Religioni in hoc Monaſterio nomen dederant, cum de antiquo Divæ Luciæ Sacello ornatius erigendo pie cogitaſſet, facultatem a Senatu obtinuit, ut Sacellum ipſum certo ſtatuto termino in via publica extenderetur. Anno itaque Mdxci. initium Sacelli factum fuit, quod anno inſequenti elegantiſſimum prodiit, marmoreo Monumento ad aram pariter marmoream inſtructum, in quo recurrente feſtiva Corporis Domini feſtivitate Laurentius Priolus Patriarcha Venetiarum propriis manibus Virginea lipſana collocavit. Aræ & parietum tabulas Luciam Virginem ejuſque prodigia referentes Jacobus Palma depixit. Pii viri benefacta memorat lapidea epigraphe Sacelli ipſius parieti affixa:

„ Donatus Ballionius Nobilis Florentinus Sacellum hoc D.
„ O. M. Beatæque Luciæ Virgini, ac Martyri a fundamentis
„ reſtituendum curavit, atque inibi Michaeli Angelo Patri,
„ Camillo Fratri, ejuſque uxori Catherinæ Guicciardinæ ſibi,
„ & Conſtantiæ Cocchiæ Matri Superſtiti monumentum, quod
„ Poſteros ſequatur P. Anno M.D.XCII.

Cum autem nuper erectis Sacellis vetuſtum Eccleſiæ ædi-

ficium minus congruere videretur, conſultum eſt veteri diruto, novum Templum ad Andreæ Palladii Archetypum excitare, quod tanta celeritate proceſſit, ut vix expleto biennio abſolutum opus prodierit, quod deinde anno MDCXVII, die XXI. Novembris Virgini in Templo præſentatæ ſacra, Franciſcus Cardinalis Vendramenus Venetiarum Patriarcha ritu ſolemni dedicavit. Reædificationis, & conſecrationis memoriam lapideæ tabulæ incidendam curavit Georgius Polacco beneficus ipſius Monaſterii confeſſarius, qui & aliam pariter marmoream epigraphen exſculpi juſſit tranſlationum Divæ Titularis, & Pontificiæ conceſſionis perenne documentum.

„ Ædes haſce D. Annuntiatæ Mariæ ac B. Luciæ V. &
„ M. ſacras, vetuſtate ruinam undique minantes a fundamen-
„ tis in ſplendidiorem hanc formam ex Palladii Archetypo
„ Eugenia Dieda Præfecta, & Moniales Joan. Bembi D. Mar-
„ ci Proc. Ludovici Barbadici, Philippi Bembi, Donati Bal-
„ lionii, Auguſtini a Ponte reſtituendas ope, & opera C.
„ MDCXI. Franciſcus Cardinalis Vendramenus Urbis Patriar-
„ cha. Eod. Joan. Bembo nunc Duce, Chriſtina Ziliola Præ-
„ fecta dicavit. MDCXVII. Ipſis Feriis Templo Dicatæ Dei-
„ paræ.

„ Corpus B. Luciæ V. & M. Magni illius Henrici Dan-
„ duli Principis ſtudio Byzantio Venetias advectum in Divi
„ Georgii Majoris Phano MCCIII. repoſitum. Huc poſtea
„ S. C. MCCXXC. Januarii XIIX. luce tranſlatum una cum Pa-
„ rochialibus juribus huic Virg. Annuntiatæ Cœnobio Six-
„ tus IV. Pont. Max. Duce Patribusque univerſis hujuſce Vir-
„ ginum Collegii Sanctitati addictiſſimis flagitantibus MCDXXIIC.
„ die IV. Maii D. Monicæ dicato Apoſtolica benignitate con-
„ ceſſit. Georgius Polaccus immortalitati monumentum hoc
„ conſecrandum C. MDCXVII.

Clariſſimi hujus Sacerdotis, qui Sanctimonialium per XXXVI. annos ſacras confeſſiones excepit, juſſu, & ære erectum fuit Sacrario adhærens Sacellum plurimis ſacrorum Reliquiis refertum, quod Antro Bethlemitico & inquilino ejus Divo Hieronymo dicavit anno MDCXXIX. die XXIV. Novembris Joannes Theupulus Patriarcha, ut teſtatur epigraphe ibidem appoſita.

„ Sacellum hoc Antro Bethlemitico & inquilino ejus Hie-
„ rony-

„ ronymo Joan. Theupulus Urbis Patriarcha Sacris Lipſanis
„ ditatum dicavit MDCXXIX. IIX. Id. Decemb. Georgius Po-
„ laccus extruxit, & ſacra ſupellectile donavit Anno ſui Mi-
„ niſterii XXI. Ære proprio piis laboribus Parto.

Quanta autem Eccleſiam hanc religione proſequutus fuerit piiſſimus hic Præſul, ex eo ſatis arguitur, quod Deiparæ Virgini marmoream aram magnificentiſſime extrui propriis juſſerit impenſis, in cujus tabula Divam ipſam cœleſti fœtu gravem expreſſit Jacobus Palma. Laudatiſſimus hic Pictor Virginem ab Angelo Annuntiatam, Divoſque Auguſtinum, & Luciam in organi pneumatici valvis, & Sanctos Almæ Virginis Parentes, ad alterius Sacelli aram repræſentavit, quod quidem Sacellum a dextris aræ majoris erexit Nicolaus Peeters Nobilis Antuerpienſis, cujus ad Sacelli latus affixum eſt emortuale elogium.

„ Nicolao Peeters, alias Perez, Nobili Antuerpienſi Ni-
„ colai Equitis Hieroſolymitani F. qui rara prudentia clarus
„ Venetæ Politico Phœnici intime carus Comitatis, & libe-
„ ralitatis Aureis Nexibus cunctorum animos ſibi devinxerat
„ Pietatis, ac Religionis a prima ætate cultor eximius Sa-
„ cellum hoc erexerat; Noviſſimorumque memor Urnam
„ ſuo, ſuorumque cineri paraverat Anno ſalutis MDCXXII.
„ Vitam demum quinquaginta ſex Annis Præclare functo Pau-
„ peres, & optimi quique pias lacrymas obtulerunt, cui uxor
„ Sybilla Sororeſque Iſabella, & Agnes Meritiſs. cum lacry-
„ mis Elogium poſuerunt. Anno Domini M.DC.XXVIII.

Andreas

Andreas Bondumerius Patriarcha Venetiarum conſtituit Urſiam Monialem S. Danielis (1) *in primam Abbatiſſam S. Mariæ Annuntiatæ.*

A 1461. 19. Aprilis.

Ex Autographo in Monaſterio S. Luciæ.

ANdreas Bondimerius Miſeratione divina Patriarcha Venetiarum Dilectis nobis in Chriſto Religioſis Monaſterii ſive loci dela nunciata Venetiarum Salutem in domino ſempiternam. Vigore auctoritatis & voluntatis veſtre in nos translate mittimus ad caritates veſtras Sororem Urſiam . . . . que habeat optimas voluntates veſtras dirigere, ac cultum divinum ordinare, & vos inſtruere, ut decet Matrem erga filias; Quam velitis, & ita vobis iniungimus pro ſancta obedientia benigne recipere nomine noſtro, & in ejus manibus devote profeſſionem facere, eiusque monita diligenter audire, & parere in omnibus, prout proprie perſone noſtre. In fidem mandamus preſens bulletinum noſtri ſecreti ſigilli impreſſione munitum. Ex Patriarchatu Venetiarum die 19. Aprilis 1461.

Iacobus Notarius ſs.

Andreas Bondumerius Patriarcha Venetiarum Delegatus Apoſtolicus Pii II. decernit, non obſtantibus privilegiis Ord. Prædicatorum, Monaſterium S. Mariæ Annuntiatæ poſſe conſtrui non longe a Monaſterio Corporis Domini.

B 1461. 16. Septembris.

Ex Archivo Monaſterii S. Luciæ.

VEnerabilis Frater Pius II. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Commiſſimus tue fraternitati per aliud breve, ut innovata quacunque lite pendente parte vel alios in cauſa, que vertebatur inter Monaſterium Corporis Chriſti, & S. Marie Nunciate revocares, & in priſtinum ſtatum reduceres, & cauſam ipſam juſticia mediante decideres & terminares, noſtris brevibus in contrarium editis rejectis. Verum quia a nonnullis privilegium quoddam adducitur, in quo contineri aſſeritur, quod nullum Monaſterium mendicantium conſtrui poſſit, niſi diſtet ab illis ordinis predicatorum per cannas trecentas. Nos conſiderantes in Civitate Venetiarum circa hec animadverſionem haberi oportere, ubi Monaſteria & domos propter frequentiam populi & habitantium & anguſtiam ſoli conſtipata ad Monaſterium & modico ſpatio diſtantia conſiſtere neceſſe eſt; Idcirco prefatum privilegium, cujus teno-

(1) Urſia ſeu Urſa Monialis in Monaſterio S. Danielis Fratrem habuit Bartholomæum de Andrea Plebanum S. Martialis, de quo Operis hujus Tom. II. pag. 158.

norem preſentibus haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, tuo arbitrio interpretandum relinquimus, ut omnibus qualitatibus ejusdem Civitatis ac loci penſatis & diſcuſſis ſuper eo declarare poſſis ac debeas, prout tibi videbitur faciendum, ſuper premiſſis plenam & liberam eidem tue fraternitati harum ſerie concedentes facultatem, in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque. Datum Tiburre ſub anulo Piſcatoris die XXVIII. Julii 1461. Pontificatus noſtri anno tertio. A tergo: Ven. Fratri Patriarche Venetiarum.

Supraſcriptus Reverendiſſimus Dominus Patriarcha Venetiarum & delegatus predictam cauſam ſubdelegatam alias Rev. Patri Dom. N. Epiſcopo Clugienſi (1) ac Domino Simoni ejusdem Vicariis ad ſe advocavit & monuit partes per preſentes ad infraſcripta.

Et ſubſequenter prefatus Reverendiſs. D. Patriarcha & delegatus pronuntiavit auditis partibus per prefatum Monaſterium Corporis Chiſti nichil fuiſſe probatum, fore attemtatum in ejus preiudicium, quamvis hoc allegatum fuerit pro parte dicti Monaſterii Corporis Chriſti, & quia etiam committitur per breve Reverendiſs. dominationi ſue directum, quod ipſe poſſit arbitrari circa contenta in privilegio Monaſterii Corporis Chriſti, idcirco prefatus Reverendiſs. D. Patriarcha declarat & determinat, & per hanc ſuam ſententiam diffinit & arbitratur, dictum privilegium prefati Monaſterii Corporis Chriſti, in quo continetur, quod nullum Monaſterium ordinis mendicantium poſſit conſtrui, niſi diſtet a prefato Monaſterio Corporis Chriſti per cannas trecentas, ne habere obſtare, quominus dictum Monaſterium S. Marie de la nuntiata conſtrui, edificari, ac ſubſequenter finiri & ampliari debeat, & ita fieri mandat in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, rejectis omnibus contrariis ſecundum breve eidem directum. Et hoc dixit & pronunciavit omni meliori modo via jure & forma, quibus magis & melius de jure potuit & debuit. &c.

Reſervato ſibi jure taxandi expenſas cauſe, prout & in quantum ſibi videbitur &c.

Lata data & pronuntiata fuit ſupraſcripta ſententia per dictum D. Patriarcham in camera prefati Reverendiſs. Domini delegati &c. preſentibus Presb. Natale Presb. titul. in Eccleſia S. Trinitatis, & Presb. Georgio SS. Apoſtolorum teſtibus vocatis, & rogatis die XVI. Menſis Septembris 1461.

Preſentibus ſupraſcriptis Dominis Procuratoribus de la nuntiata, & ſupraſcriptam pronuntiam tanquam bonam juſtam & equam approbantibus & emologantibus &c.

Preſentibus prefato D. Marino procuratore, ut ſupra, & dicente dictam ſententiam nullam eſſe, in quantum eſſet valida ab ea appellante ad Sanctam Sedem Apoſtolicam, & Apoſtolos petentem ſemel, bis & ter, ac ſepe, ſepius, ſepiſſime, & proteſtantes, quod hac appellatione pendente nihil innovari poſſit &c.

C

1462. 25. Zugnio in Pregadi.

E Manifeſta la lunga fatiga, che ha dado & ogni zorno dà le Donne del Corpo di Criſto, alle Donne del Moniſterio della Nontiada, cercando per ogni via poſſibile ch'el ſia ruinado per vigor di certo privilegio antigo dei Ordini de' Mendicanti che per non voler che appreſſo algun sò Moneſtier ſe poſſi coſtruir algun'altro ve. ſin a cane 300. de braza tre la cana; e con-

(1) Nicolaus de Crucibus olim Eccleſiæ S. Juliani Plebanus, poſtea Epiſcopus Clugienſis de quo Tom. I I. hujus Operis ad Eccleſiam S. Juliani.

e conciofiacoſa che al Papa commetteſſe à Rev. Padre Miſ. el Patriarcha di Venezia, che non obſtante tal privilegio conſiderada la condizion della terra noſtra e la frequentia de moneſtieri, e l'anguſtia del terren el podeſſe deliberar, e deliberaſſe quanto le pareſſe meggio per onor de Dio e della noſtra Città, e che lo deto Miſ. lo Patriarcha ſententiaſſe in favor delle dicte Donne della Nontiada, e conciofia che le dicte Donne del Corpo di Chriſto non ſiando contente più che mai ſtenta per litte e per iudicii le dicte donne della Nuntiada come quelle, che mal poſſono ſtar al paragon delle ſpeze e favori de corte.

L' anderà Parte, che per l'onor de Dio, libertà, onore, commodità della terra noſtra el ſia ſcrito a Nicolò Secondino ſecretario Noſtro il Sommo Pontifice in quella più efficace forma, che al Collegio parerà, che el debbia eſſer con Santità di Noſtro Signore à ſupplicar per parte della Noſtra Signoria, che el ſia contento de ſtar nella ſoa ſanta e bona volontà ſecondo el Brieve de ſora allegado, & a provar la ſentenza del noſtro Patriarcha fondada ſul tenor del deto Brieve, ſiche le dite Donne non ſia coſtrette andar raminghe, e quel Moneſtier non ſia rovinado, in vergogna de Dio e de queſta noſtra Città, mà poſſano viver nel ſervizio di Dio quiete pacificamente. E che el ſia dicto al Rev. Veſcovo de Treviſo, (1) avanti del qual v'exiſte al preſente nova litte, che nui el preghemo, el ſovraſeda, e non faza algun'altra novità ſin'à tanto, che la noſtra Signoria non averà riſpoſta dalla Santità di Noſtro Signore.

Pius II. concedit Indulgentias viſitantibus in Feſtivitate Annuntiationis Eccleſiam Monaſterii Monialium B. Mariæ Annuntiatæ, eique ſubſidia ferentibus.

D 1463. 5. Julii.

Ex Autographo apud Moniales S. Luciæ.

Pius Epiſcopus Servus Servorum Dei Univerſis Chriſtifidelibus preſentes litteras inſpecturis Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Dum præcelſa meritorum inſignia, quibus Regina celorum Virgo Dei Genitrix glorioſa ſedibus prelata ſidereis, quaſi ſtella matutina, prerutilat, devote conſiderationis indagine perſcrutamur, dumque intra noſtri pectoris archana revolvimus, quod ipſa, ut pote Mater gratie, Mater miſericordie, & pietatis amica, humani generis conſolatrix, pro ſalute fidelium, qui delictorum onere pergravantur, ſedula exoratrix ad Regem, quem genuit, intercedit, dignum quin potius debitum reputamus, ut Eccleſie & alia pià loca ad laudem ſui nominis dedicata gratioſis remiſſionum proſequamur impendiis, & indulgentiarum muneribus decoremus. Cupientes igitur, ut Eccleſia Monaſterii beate Marie Annuntiate Venetiarum congruis honoribus frequentetur, ac tam illam, quam Monaſterium ordinis S. Auguſtini predicta, que, ut accepimus, de novo fundata ſeu erecta fuerunt, in ſuis ſtructuris & edificiis debite perficiantur manuteneantur & conſerventur ac Chriſtifideles eo libentius

(1) Theodorus de Lellis ſive Lellius Epiſcopus Tarviſinus.

tius devotionis cauſa ad Eccleſiam predictam confluant, & ad hujuſmodi perfectionem manutentionem & conſervationem manus promptius porrigant adjutrices, quo ex hoc ibidem dono celeſtis gratie uberius conſpexerint ſe refectos, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi omnibus vere penitentibus & confeſſis, qui Eccleſiam ipſam in feſto Annuntiationis ejusdem Beate Marie devote viſitaverint annuatim, & ad hujusmodi perfectionem manutentionem, & conſervationem manus porrexerint adjutrices. Septem annos & totidem quadragenas de injunctis eis penitentiis miſericorditer relaxamus. Volumus autem quod ſi alias viſitantibus eccleſiam ipſam vel ad ſtructuram & edificiorum illius perfectionem manutentionem, & conſervationem aut ipſorum Eccleſie, & Monaſterii fabricam manus adjutrices porrigentibus, vel alias inibi pias elemoſinas erogantibus, aut alias aliqua alia indulgentia in Perpetuum vel ad certum tempus nondum elapſum duratura per nos conceſſa fuerit, preſentes littere nullius exiſtant roboris vel momenti. Preſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis.

Datum Tibure Anno Incarnationis Dominice milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo tertio. Tertio Nonas Julii Pontificatus noſtri Anno Quinto.

Jo. de Veneriis.

Maphæus Girardo Patriarcha Venetiarum concedit Indulgentiam erogantibus eleemoſinas ad complementum Eccleſiæ loci Annuntiatæ.

E 1472 16. Februarii.

Ex Autographo in Archivo S. Luciæ.

MApheus Girardo miſeratione divina Patriarcha Venetiarum Dalmatieque Primas. Tenore preſentium oramus vos omnes predicatores omnium ordinum, ut velitis commendare populo Eccleſiam loci Annunciate, cum quedam bone perſone intendant elevare dictam Eccleſiam, & non ſint ſufficientes ad complementum, quare placeat hanc rem populo commendare. Datum in noſtro Patriarchali Palatio die 16. Februarii 1472.

Dicendo quod omnibus predicte fabrice manus adjutrices porrigentibus vere penitentibus, & confeſſis de injunctis ſibi penitentiis 40. dies in Domino miſericorditer relaxamus.

Sixtus IV. committit Abbati S. Georgii, & Priori S. Salvatoris, ut Monaſterio S. Mariæ Annuntiatæ uniant Domum Parœcialem S. Luciæ, ac etiam, ſi ad hoc accedat conſenſus Monialium Corporis Domini, uniant ipſam Eccleſiam S. Luciæ.

F

1472 14. Auguſti.

Ex Archivo Monaſterii S. Luciæ.

SIxtus Epiſcopus Servus Servorum Dei Dilectis Filiis Abbati S. Georgii Majoris & Priori S. Salvatoris Venetiarum, per Priores ſoliti gubernari, Monaſteriorum Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Sacre Religionis, ſub qua dilecte in Chriſto filie Prioriſſa & Moniales S. Marie de Nuntiata nuncupati Venetiarum Ordinis S. Auguſtini ſub obſervantia viventes devotum & ſedulum exhibent Altiſſimo famulatum, promeretur honeſtas, ut votis earum, illis preſertim per que ipſarum, & dicti Monaſterii commoditatibus conſulatur, quantum cum Deo poſſumus favorabiliter annuamus. Exhibita ſiquidem nobis pro parte earumdem Prioriſſe & Monialium petitio continebat, Quod ſunt anni circa quatuordecim, quod quedam devotiſſima Monialis dicti ordinis reduxit ſe cum quibusdam aliis devotis mulieribus in quamdam domum in loco ubi nunc eſt dictum Monaſterium & emptis per eas de elemoſinis Chriſtifidelium quibusdam aliis domibus propinquis inibi canonice fundari & fabricari facere inceperunt Monaſterium predictum quod adhuc nondum perfectum exiſtit, & caret eccleſia non ſuppeditantibus elemoſinis in preſentiarum, & habent ſolummodo quandam parvam Capellam, in qua dicunt horis debitis offitium ſuum, & faciunt miſſas celebrari per unum proprium Capellanum, quodque ipſe, que ſunt viginti quinque cum maxima incommoditate pro anguſtia loci in dicto Monaſterio degunt, & quod huic Monaſterio eſt propinqua infra ſpatium ſex pedum vel circa (quodam Cale mediante) parochialis Eccleſia Sancte Lucie, in qua jacet & tenetur cum veneratione maxima corpus ejusdem S. Lucie, quam Eccleſiam Moniales Monaſterii Corporis Chriſti Ordinis fratrum Predicatorum, quod diſtat ab ipſa Eccleſia magno ſpatio, & pluribus laicorum domibus intermediis, tenent, & gubernant, & faciunt in dicta Eccleſia in divinis deſerviri, ac curam animarum exerceri per unum proprium Capellanum, pro cujus habitatione eſt deputata quedam domus ad ipſam Eccleſiam ſpectans contigua parti muri ac orto dicti Monaſterii Sancte Marie, & de qua domo reſpicitur ſupra clauſtrum, & dormitorium dicti Monaſterii Sancte Marie, ita ut Moniales ipſe non poſſint ire per loca domus ſue hujusmodi, quin videantur per habitatores & commorantes in domo predicta, & ſepe audiant verba inhoneſtiſſima per laicos venientes ad ipſam domum prolata, quod eſt abominabile, nec eſt poſſibile, quod hujusmodi inconvenientiis remedium adhibeatur, niſi dicta domus cum orto & pertinentiis ſuis applicentur dicto Monaſterio Beate Marie, ex quo eccleſia predicta Sancte Lucie non eſt modo aliquo neceſſaria ipſis Monialibus Monaſterii Corporis Chriſti, quia non percipiunt ex dicta Eccleſia utilitatem, niſi ex oblationibus, que fiunt in ipſa Eccleſia ad archam, in qua eſt corpus Sancte Lucie predictum, que utilitas ſi compenſetur cum mercede annua, quam dicte moniales Corporis Chriſti dant Capellano in dicta Eccleſia deſervienti, aut nulla eſt, aut minima, computatis aliis expenſis occurrentibus in dicta eccleſia; & quod nichilominus ipſe Moniales Monaſterii Sancte Marie volunt eſſe obligate, ſi

dicta

dicta eccleſia eis concedatur, dare integraliter omnes oblationes, & quicquid introitus habet, aut habere poteſt ipſa Eccleſia dictis Monialibus Corporis Chriſti, quouſque per Sedem Apoſtolicam provideatur eiſdem de equivalenti utilitate, ac ſuſtinere omnia convenientia eccleſie predicte, ita ut in ea augeatur divinus cultus & cura animarum diligentius exerceatur, & hoc modo eſſet optime proviſum in premiſſis ipſis Monialibus Monaſterii Sancte Marie, abſque damno & incommodo dictarum monialium Monaſterii Corporis Chriſti. Quare pro parte Prioriſſe, & Monialium Monaſterii S. Marie prefatarum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſuper hiis oportune providere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui de premiſſis certam notitiam non habemus, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos vel alter veſtrum vocatis monialibus Monaſterii Corporis Chriſti, & aliis qui fuerint evocandi, ſuper premiſſis omnibus & ſingulis eorumque circumſtantiis univerſis auctoritate noſtra vos diligenter informetis, & ſi per informationem hujuſmodi vobis de premiſſis legitime conſtiterit, domum predictam cum orto ac omnibus juribus & pertinentiis ſupradictis, Monialibus Monaſterii S. Marie predictis pro earum uſu commodo & utilitate cum hoc tamen quod ipſe Moniales Monaſterii Sancte Marie provideant cum effectu, quod dicte Moniales Monaſterii Corporis Chriſti, habeant aliam domum pro habitatione dicti Capellani arbitrio veſtro equivalentem, & propinquam dicte Eccleſie, & interim antequam de dicta alia domo provideant, ſolvant penſionem annuam pro habitatione convenienti dicti Capellani, eccleſiam vero predictam accedente conſenſu Monialium Monaſterii Corporis Chriſti, cum omnibus juribus & pertinentiis domibus edificiis, fabricis, ac ſtructuris ſuis quibuſcunque ipſis Monialibus Monaſterii S. Marie etiam ſimiliter pro uſu commodo & utilitate earum, reſervatis tamen interim omnibus fructibus reditibus & proventibus ſuis dicto Monaſterio Corporis Chriſti, quouſque provideatur ei de equivalente utilitate, dicta auctoritate concedatis applicetis & aſſignetis, ita quod ex tunc liceat prefatis Monialibus Monaſterii S. Marie per ſe vel alium, ſeu alios corporalem poſſeſſionem domus & eccleſie juriumque & pertinentiarum predictorum auctoritate propria apprehendere libere, ac eorum fructus redditus & proventus juxta modum predictum in uſus & utilitatem Monialium & Monaſterii B. Marie hujuſmodi convertere, & perpetuo retinere dioceſani loci, & cujuſlibet alterius licentia ſuper hoc minime requiſita. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, ac Monaſterii Corporis Chriſti, & ordinis predictorum juramento confirmatione apoſtolica vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus, ac quibuſvis privilegiis, indultis & litteris apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus contrariis quorumcunque tenorum exiſtant, per que preſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differi, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis, proviſo quod dicta Eccleſia debitis propterea non fraudetur obſequiis, & animarum cura in ea nullatenus negligatur. Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane, ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Datum Tibure Anno Incarnationis Dominice milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo tertio. Decimonono Kalendas Septembris Pontificatus noſtri Anno Secundo.

Sixtus IV. adimit Abbati S. Georgii, & Priori S. Salvatoris facultatem judicandi in cauſa vertente inter Monaſteria Corporis Domini, & S. Mariæ Annuntiatæ.

G 1574. 4. Februarii.

Ex Autographo in Archivo S. Luciæ.

SIXTUS IIII.

Dilecti filiis Abbati S. Georgii Majoris, & Priori S. Salvatoris Venetiarum.

Dilecti filii ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ex commiſſione dudum per nos vobis facta ſuper domo quadam dilecte in Chriſto filie Abbatiſſe & Conventus S. Marie Annunciate de Veneriis pro ampliando Monaſterio ſibi Abbatiſſa & Conventu Monaſterii Corporis Chriſti concupivit concedi, contrarius noſtre voluntati, ut accepimus, eſt ſecutus effectus, non modo paci ac commodo ejuſdem Abbatiſse, & Conventus conſultum non eſt, ſed & utraque pars diſpendiis fatigatur, & multis civibus alteri partium ſtudentibus, contentionis materia datur. Utile igitur ac pium eſse exiſtimamus hujuſmodi ſcandalis & diſpendiis obviare, vobis tenore preſentium committimus ac mandamus, quatenus ab hujuſmodi cauſa deinceps penitus deſiſtere, & in ea nihil agere debeatis, ac ſi nulla per noſtras litteras vobis deſuper commiſſio data eſset, contrariis non obſtantibus quibuscunque.

Datum Rome apud S. Petrum ſub anulo Piſcatoris die IIII. Februarii MCCCCLXXIIII. Pontificatus noſtri Anno Tertio.

Sixtus IV. mandat Paulo de Ruſconibus Canonico Cervienſi, ut domum Parœcialem S. Luciæ uniat Monaſterio S. Mariæ Annuntiatæ.

1474.

Ex Apographo in Archivo S. Luciæ.

SIXTUS IIII.

Dilecto filio Paulo de Ruſconibus Canonico Cervienſi Venetiis commoranti Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

Dilecte fili Salutem &c. Commiſimus dudum per quaſdam noſtras litteras dilectis filiis Abbati S. Georgii Majoris, & Priori S. Salvatoris Venetiarum, ut ex certis honeſtis cauſis tunc expreſſis domum Presbyteralem (1) Eccleſie S. Lucie etiam Venetiarum unite Monaſterio Monialium Corporis Chriſti applicarent Monaſterio etiam Monialium Annuntiate ſimiliter Venetiarum, cui adeo conſignare, ut ipſius Monaſterii Annunciate Moniales ex eadem domo in Monaſterio prefato exiſtentes videri poſſint, data tamen dicto Monaſterio Corporis Chriſti propterea debita recompenſa; & deinde per nos accepto, quod ex commiſſione predicta utrumque Monaſterium diſpendiis fatigabatur, mandavimus per alias noſtras in forma Brevis Abbati & Priori

(1) Domum Presbyteralem, ideſt domum, in qua habitare conſueverant Plebani.

ri preſatis ne ulterius procederent in premiſſis. Nuper vero intelligentes, quod niſi domus ipſa cum ejus orto dicto Monaſterio Annunciate concedatur ipſius Monaſterii moniales num. xxv. vel circa Altiſſimo famulantes & ſub regulari obſervantia laudabiliter degentes, inibi commode vivere & abſque magnis moleſtiis pro anguſtia loci in ſancto propoſito perſeverare nequeunt, ex eo maxime quod aliquando per loca ipſius Monaſterii deambulantes verba inhoneſta per laycos venientes ad ipſam domum prolata audiunt, quod abominabile exiſtit, quodque exinde dicto Monaſterio Corporis Chriſti nullum penitus paratur prejudicium; & quod Abbas & Prior prefati annuales tantum exiſtunt: Idcirco volumus, & tibi tenore preſentium committimus & mandamus, quatenus domum ipſam cum illius orto dicto Monaſterio Annunciate applices, litteras noſtras primas prefatas in omnibus exequendo juxta illarum continentiam, formam, & tenorem perinde ac ſi tibi directe fuiſſent, ſuper quibus omnibus tuam conſcientiam oneramus, contradictione qualibet earumdem Monialium Monaſterii Corporis Chriſti, que poſt ordinatam recompenſam predictam forte fieret, nec non premiſſis ceteriſque in contrarium facientibus non obſtantibus quibuscumque, faciens, quod ordinaveris, per cenſuram Eccleſiaſticam & alia juris remedia firmiter obſervari. Datum &c.

Supplices Libelli Sixto IV. porrecti a Monialibus S. Mariæ Annuntiatæ, ut eis concedatur Eccleſia S. Luciæ, jam unita Monaſterio Corporis Domini, quibus annuit Pontifex.

H 1476. 30. Martii.

Ex Archivo S. Luciæ Venetiarum.

PArochialis Eccleſia Venetiarum, cujus fructus nulli ſunt certi & que modicam curam habet, fuit olim unita Monaſterio Monialium Corporis Chriſti Ordinis S. Auguſtini, offerentium facere inibi diligentius ſolito deſerviri, & juxta ipſam eccleſiam via mediante per ſex pedes fuit erectum aliud Monaſterium Monialium dicti ordinis regularis obſervantie, in quo ſunt xxv. moniales, que ire non poſſunt per domum, quin videantur, & audiantur ab exiſtentibus in domo Presbyterali dicte eccleſie, & orto, ad quarum ſupplicationem S. V. mandavit alias Eccleſiam uniri earum Monaſterio de conſenſu: Petitur modo quod unio fiat ſine recompenſa, etiam abſque conſenſu; m[illegible] Pater: Dudum fel. rec. Eugenio Pape IIII. predeceſſori veſtro pro parte Prioriſſe, & Sororum Monaſterii Corporis Chriſti Venetiarum Ordinis S. Auguſtini expoſito. Quod ſi parochialis Eccleſia, Plebs nuncupata, S. Lucie Venetiarum dicto Monaſterio propinqua ſeu contigua, in qua corpus ejusdem Sancte honorifice conſervabatur, & que parvam parochianorum curam habebat, cuique nulli certi annui fructus aſſignati erant, ſed tantum fidelium oblationes, ex quibus unus Sacerdos ſe commode ſuſtentare, & alia pro tempore incumbentia onera ſupportare non poterat proveniebant, uniretur prefato Monaſterio eidem Eccleſie, in divinis laudabilius deſerviretur, & utilitas dicto Monaſterio proveniret, idem predeceſſor per quasdam ſuas litteras Eccleſiam predictam dicto Monaſterio perpetuo uniri mandavis, ac voluit, quod Prioriſſa & Conventus prefati per presbyterum, per eos eligendum dicte Eccleſie curam exerceri, & illi in divinis deſerviri faceret. Et poſtquam ad illarum executionem proceſſum fuerat, dictique Prio-

Prioriſſa & Conventus eccleſiam predictam illarum vigore aliquandiu tenuerant, pro parte devotarum veſtrarumque oratricum Prioriſſe & Monialium Monaſterii Beate Marie de la Nunciata nuncupati Venetiarum dicti Ordinis S. Auguſtini ſub obſervantia viventes S. V. expoſito, quod elapſis tunc XIIII. annis vel circa quedam devotiſſima Monialis dicti ordinis reduxerat ſe cum quibuſdam aliis devotis mulieribus in quamdam domum in loco, ubi nunc eſt dictum Monaſterium, & quod emptis per eas de elemoſinis Chriſtifidelium quibuſdam aliis domibus propinquis inibi canonice fundari & fabricari facere Monaſterium predictum, quod adhuc perfectum non erat, carebatque eccleſia non ſuppeditantibus elemoſinis, & habebat ſolummodo quamdam parvam capellam, in qua horis debitis offitium ſuum dicebant, & faciebant celebrari per unum proprium capellanum. Quodque ipſe Prioriſſa & Moniales, que tunc erant XXV. cum maxima incommoditate pro anguſtia loci in dicto Monaſterio degebant, & quod dicta Eccleſia S. Lucie ipſi Monaſterio erat propinqua infra ſpatium ſex pedum vel circa, via ſeu cale mediante, a dicto Monaſterio corporis Chriſti magno ſpatio & pluribus laicorum domibus intermediis diſtabat, diſerviebaturque inibi per proprium Capellanum dicti Monaſterii Corporis Chriſti, pro cujus habitatione erat deputata quedam domus ad ipſam eccleſiam ſpectans, contigua parti muri ac orto dicti Monaſterii S. Marie, & de qua domo reſpiciebatur ſupra Clauſtrum & dormitorium dicti Monaſterii S. Marie, ita ut Moniales ejus non poſſent ire per loca dicti Monaſterii S. Marie hujuſmodi, quin viderentur per habitatores & commorantes in domo predicta, & ſepe audiebant verba inhoneſtiſſima per laicos venientes ad ipſam domum prolata, quod abominabile exiſtebat, nec poſſibile erat, quod hujuſmodi inconvenientiis remedium adhiberetur, niſi dicta domus cum orto, & pertinentiis ſuis dicto Monaſterio Beate Marie applicaretur, ex quo Eccleſia predicta non erat modo aliqua neceſſaria Monialibus ipſis Corporis Chriſti, quia non percipiebant ex dicta eccleſia utilitatem, niſi ex oblationibus, que fiebant in ipſa eccleſia ad archam, in qua erat corpus ejuſdem S. Lucie predictum, que utilitas, ſi compenſaretur cum mercede annua, quam dicte Moniales Corporis Chriſti dabant Capellano deſervienti in dicta eccleſia, aut nulla erat, aut minima, computatis aliis expenſis occurrentibus in dicta Eccleſia, & quod nihilominus Moniales S. Marie volebant eſſe obligate, ſi dicta Eccleſia eis concederetur dare integraliter omnes oblationes, & quidquid introitus habebat, & habere poterat ipſa eccleſia dictis Monialibus Corporis Chriſti, quouſque per Sedem apoſtolicam provideretur eiſdem de equivalenti utilitate, & ſuſtinere omnia convenientia eccleſie predicte, ita ut in ea augeretur divinus cultus, & cura animarum diligentius exerceretur, & hoc modo eſſet oportune proviſum in premiſſis ipſis Monialibus Monaſterii S. Marie, abſque dampno & incommodo dictarum Monialium Corporis Chriſti S. V. Abbati S. Georgii Majoris, & Priori S. Salvatoris Venetiarum, per Priorem ſoliti gubernari Monaſteriorum eorum propriis nominibus non expreſſis, ut ipſi aut alter eorum vocatis Monialibus Monaſterii Corporis Chriſti, vel aliis, qui forent evocandi, conſtito de premiſſis domum predictam cum orto & cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis Monialibus Monaſterii S. Marie predictis pro earum uſu commodo & utilitate, cum hoc tamen, quod ipſe Moniales Monaſterii S. Marie provide cum effectu, quod dicte Moniales Corporis Chriſti; haberent aliam domum pro habitatione dicti Capellani arbitrio eorumdem Abbatis & Prioris equivalentem, & propinquam dicte eccleſie, & interim antequam de dicta alia domo providiſſent, ſolventur penſionem annuam pro habitatione convenienti dicti Capellani, Eccleſiam

ſiam vero predictam, accedente conſenſu Monialium predictarum Monaſterii Corporis Chriſti, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis domibus, edificiis, ſabricis, ac ſtructuris ſuis quibuscumque ipſis Monialibus Monaſterii S. Marie, etiam ſimiliter pro uſu commodo & utilitate earum, reſervatis tamen interim omnibus fructibus, redditibus, & proventibus ſuis dicto Monaſterio Corporis Chriſti, quousque provideretur ei de equivalenti utilitate, concedi, applicari, & aſſignari per alias ſuas litteras mandavit, prout in ſingulis litteris predictis, quarum tenores &c. plenius continetur. Cum autem, Pater Sancte, oratrices prefate non confidant habere poſſe conſenſum dictarum Prioriſſe & Conventus Monaſterii Corporis Chriſti, & Prioriſſa & Conventus prefati Monaſterii Corporis Chriſti expoſuerunt prefato predeceſſori, quod dicta eccleſia erat eis propinqua ſeu contigua, cum ſolum contigua non extat, ſed nec etiam propinqua, niſi mediantibus pluribus intermediis domibus petierintque illam uniri, ut ex litteris predeceſſoris prefati deprehenditur principaliter pro ipſius eccleſie diligentiori cura & ſervitio, cujus onus aſſumunt, offerebant, & ſecundario pro earum utilitate, & ex illa modicam percipiant utilitatem, pro qua oratrices ſunt parate dare convenientem recompenſam, Oratrices autem ſub regulari obſervantia dicti ordinis viventes, domo & orto predictis indigeant, nec poſſint in dicto earum Monaſterio S. Marie, commode abſque domo & orto predictis in contemplationis ſuavitate eorum vota & integritatem reddere creatori. Supplicant S. V. oratrices prefate, quatenus eis ſuper hoc oportune conſulendum aliquibus probis viris in partibus illis, ut conſtito de premiſſis, & data per oratrices eidem Monaſterio recompenſa, de cujus proventu capellano, qui pro tempore erit dicti Monaſterii Corporis Chriſti proviſio conveniens, & ſalarium dari valeat, jam ſactam de dicta eccleſia dicto Monaſterio Corporis Chriſti unionem predictam diſſolvat, ipſamque eccleſiam cum juribus & proventibus ſuis a dicto Monaſterio Corporis Chriſti ſeparent, dividant, & diſmembrent, ac dicto Monaſterio S. Marie cum facultate deſerviendi ibidem per Capellanum ad nutum amovibilem perpetuo uniant, incorporent, & annectent, Earumdem Prioriſſe & Conventus Monaſterii Corporis Chriſti conſenſu non expectato. Litteraſque predictas S. V. valere decernant & exequantur alias juxta earum continentiam atque formam in omnibus & per omnia, perinde ac ſi ille eis directe, & per illas, ut diſmembrarent, & unirent, ut prefertur, abſque clauſula illa de conſenſu Prioriſſe, & Conventus Corporis Chriſti, mandatum extitiſſet. Non obſtantibus premiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus, nec non quodam brevi S. V. per quod poteſt modus S. V. ſuggeſto, quod ex litteris predictis non modo paci & quieti oratricum conſulebatur, ſed quod utraque pars diſpendiis fatigabatur, & multis civibus alteri partium favere ſtudentibus contentionis materia dabatur S. V. in executione hujusmodi ſuperſederi mandavit, nec non Monaſteriorum & ordinum predictorum juramento &c. & roboratis &c. ceteriſque contrariis quibuſcumque. Cum clauſulis oportunis & conſuetis. *Fiat ut petitur data idonea recompenſa. f.*

Et Monaſterii S. Marie ac Eccleſie, qui incerti ſunt, ut prefertur, Fructus &c. Habeantur pro expreſſis Et data recompenſa, ut prefertur, conſenſu aliter non expectato Et committatur aliis executionibus, qui perinde procedatur ad executionem &c. Et non obſtante Brevi predicto Et major expreſſo omni neceſſariorum circa premiſſa fieri poſſit.	*Fiat ut ſupra. f.*

Datum Rome apud S. Petrum Tertio Kal. Aprilis Anno Quinto.

Quia

Quia in litteris ſuper ſupplicatione, cujus copia preinſeritur, expedienter non fuit facta mentio de quibusdam frivolis, petitur, ne exinde executio retardaretur mandari executoribus, ut perinde exequantur ac ſi expreſſa fuiſſent. Attento quod oratrices ſunt parate debitam recompenſam.

Pater Sancte ab Eugenio predeceſſore ſuper unionem dicte Eccleſie Monaſterii Corporis Chriſti . . . . littere emanarunt, & in primis dicitur, quod dicte Eccleſie nulli eſſent certi redditus deputati, in poſterioribus vero, in quibus de prioribus nulla mentio fit, dicitur, quod illi certi pauci fructus ſive redditus annui ſunt deputati, non excedentes ſummam viginti ducatorum; oratrices vero de poſterioribus litteris noticiam aliter vero habentes, ac credentes, quod Monaſterium predictum Corporis Chriſti poſſideret Eccleſiam predictam vigore preſentium litterarum, retulerunt litteras illas priores, prout ſtabant, de poſterioribus nil dicentes, expoſuetuntque Abbatiſſam & Moniales dicti Monaſterii Corporis Chriſti dictam Eccleſiam aliquandiu poſſediſſe jam annis XVIII. vel circa, non curarunt aliter exprimere de controverſia & impedimentis illatis illis devotis mulieribus, que fundarunt Monaſterium ipſum, & de ſententia lata ſuper demolitione cepti operis, que pretenditur tranſiviſſe in re judicata, ac brevi Apoſtolico ſuper illius executione emanato, & qualiter illis non obſtantibus intra cannas & diſtantiam, que debet eſſe inter loca eccleſiaſtica edificaverant, nec aliter expreſſerunt, quod poſt unionem longe magis honorifice, quam prius corpus dicte ſancte tentum fuit & oſtenſum, unde aucta fuit devotio populi ad ſanctam ipſam, putantes ſatis eſſe exprimere, quod honorifice conſervabatur, ut expreſſerunt, & quia oblationes fidelium ſunt incerte, ignare ad quantam ſummam aſcenderent, expreſſerunt, quod deducta expenſa Capitulum Abbatiſſa, & Conventus Corporis Chriſti ex dicta Eccleſia modicam percipiunt utilitatem, cum ipſe aſſerant ex oblationibus hujusmodi ſumam CL. florenorum habere annuatim, quod non creditur verum eſſe. Ne igitur, Pater Sancte, pretextu cavillationum hujusmodi executio litterarum ſuper ſupplicatione, cujus copia . . . expeditarum, ad quarum executionem procedi ceptum eſt retardetur pretextu hujusmodi cavillationum, ſupplicant S. V. oratrices prefate quatenus eis ſubvenientes executoribus litterarum earumdem committere & mandare dignemini, ut illas valere decernant & exequantur alias juxta earum continentiam atque formam in omnibus & per omnia perinde, ac ſi in illis de premiſſis omnibus mentio facta fuiſſet. Non obſtantibus premiſſis ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuscumque cum clauſulis oportunis & conſuetis, Attento quod oratrices ſunt parate predicte oblationes quantecumque ſunt, & eſſe probabuntur dare debitam recompenſam.

Et ſuper quolibet ex premiſſis pretenſis defectibus
Et major ſpecificatio neceſſariorum circa premiſſa & preſertim
An judices datis litteris per litteras in forma brevi incitati ſint.

Pau-

Paulus Ruſconus Canonicus Cervienſis Delegatus Apoſtolicus in exequutionem litterarum Sixti Papæ IV. Parœciam S. Luciæ dividit a Monaſterio Corporis Domini, cui unita fuerat, & adnectit Monaſterio S. Mariæ Annuntiatæ.

1476. 15. Maii.

Ex Archivo Monaſterii S. Luciæ.

IN Chriſti nomine Amen. Nos Paulus Ruſchonus Canonicus Cervienſis Judex & Executor cauſe ac partibus infraſcriptis a Sede Apoſtolica ad infraſcripta ſpecialiter delegatus, & a noſtro collega ſubdelegatus. Vigore litterarum Apoſtolicarum Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Sixti divina providentia Pape IIII. non quidem abraſarum non vitiatarum non cancellatarum, nec in aliqua earum parte ſuſpectarum, ſed omni prorſus vitio & ſuſpitione carentium vera ipſius Domini noſtri bulla plumbea ad corduſam canapis more Romane Curie impendenti munitarum, nobisque in preſentia Notarii Publici, ac teſtium fidedignorum preſentatarum pro parte & ad inſtantiam Venerabilium Religioſarum Dominarum Prioriſſe & Conventus Monialium Monaſterii S. Marie Annuntiate Venetiarum Ordinis S. Auguſtini. Cupientes igitur dante Domino mandata Apoſtolica nobis in hac parte commiſſa reverenter exequi, ut tenemur viſis prius & ante omnia litteris Apoſtolicis antedictis quarum tenor de verbo ad verbum ſequitur & eſt talis.

Sixtus Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabili Marco Archiepiſcopo Durachienſi, & dilecto filio Paulo de Ruſchonibus Canonico Cervienſi in civitatem Venetiarum commorantibus ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Diſpoſitione Divina Gregi Dominico preſidentes ſicut perſonarum religioſarum preſertim feminei ſexus, que mundanis illecebris & mortalis viri thoro propulſis in illius, qui ſpetioſus eſt pre filiis hominum beneplacitis, ſub religionis habitu altiſſimo famulantur commodis & opportunitatibus, ut tenemur libenter conſulimus ſic ut ea que propterea a nobis provide emanarunt optatum ſortiantur effectum interponimus ſolicitudinis noſtre partes, & ad id opportuna Apoſtolice Sedis remedia adhibemus. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Prioriſſe, & Conventus Monaſterii Monialium S. Marie *dell' Annuntiata* Venetiarum, per Prioriſſam ſoliti gubernari Ordinis S. Auguſtini petitio continebat, quod dudum felicis recordationis Eugenio P.P. IV. Predeceſſori noſtro, pro parte tunc Prioriſſe, & dilectarum filiarum Conventus Monaſterii Corporis Chriſti etiam Venetiarum per Prioriſſam ſoliti gubernari dicti Ordinis, ſub cura, & ſecundum Inſtituta Ordinis F.F. Predicat. viventium, expoſito, quod ſi Parochialis Eccleſia, Plebs nuncupata, S. Lucie etiam Venetiarum, prefate Dioceſis eidem Monaſterio propinqua, ſeu contigua, in qua Corpus ejusdem Sancte honorifice obſervabatur, & que parvam Parochiam habebat, cujusque nulli certi annui fructus, ſive redditus, ſed tantum fidelium oblationes, ex quibus unus Sacerdos ſe commode ſuſtentare, & alia pro tempore incumbentia onera ſupportare non poterat, provenire noſcebantur, prefato Monaſterio Corporis Chriſti uniretur, annecteretur, & incorporaretur ex hoc dicte Eccleſie in divinis laudibus ſerviretur, & utilitas hujusmodi Monaſterio proveniret: idem Predeceſſor, ipſarum Prioriſſe, & Conventus Monaſterii Corporis Chriſti in ea parte ſupplicationibus inclinatus per quaſ-

quasdam ſuas litteras Eccleſiam predictam dicto Monaſterio Corporis Chriſti perpetuo uniri annecti, & incorporari mandavit, ita quod cedente, vel decedente tunc ipſius Eccleſie Rectore, ſeu alias Eccleſiam predictam quomodolibet dimittente, liceret Prioriſſe pro tempore exiſtenti dicti Monaſterii Corporis Chriſti per ſe vel alium ſeu alios, corporalem poſſeſſionem dicte Eccleſie, juriumque, & pertinentiarum ejusdem propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere, ac ejus oblationes, hujusmodi in ſuos, & dicti Monaſterii Corporis Chriſti uſus, & utilitatem convertere Dioceſani loci, & cujusvis alterius licentia ſuper hoc minime requiſita: ac voluit, quod Prioriſſa, & Sorores dicti Monaſterii Corporis Chriſti, per Presbyterum per eas eligendum, dicte Eccleſie curam exerceri, & illi in divinis deſervire facerent, & deinde poſtquam ad ipſarum litterarum executionem proceſſum fuerat ipſeque Prioriſſa, & Sorores Corporis Chriſti Eccleſiam ipſam illarum vigore aliquandiu tenuerant, nobis pro parte earumdem Prioriſſe, & Conventus Monaſterii S. Marie expoſito, quod elapſis tunc quatuordecim annis, vel circa quedam devotiſſima Monialis dicti Ordinis reduxerat ſe cum quibusdam aliis devotis Mulieribus in quandam domum, in loco ubi nunc eſt dictum Monaſterium S. Marie, & emptis per eas de eleemoſinis Chriſti fidelium quibusdam aliis domibus propinquis inibi canonice fundari, & fabricari facere inceperant Monaſterium predictum B. Marie, quod tunc perfectum non erat, & Eccleſia carebat, non ſuppeditantibus tunc eleemoſinis, & habebant ſolummodo quandam parvam Capellam, in qua dicebant horis debitis officium ſuum, & faciebant Miſſas celebrari per unum Presbyterum Capellanum, & quod ipſe, que erant viginti quinque cum maxima incommoditate pro anguſtia loci in dicto Monaſterio degebant, quodque eidem Monaſterio B. Marie erat propinqua infra ſpatium ſex pedum vel circa quodam Calle mediante dicta Parochialis Eccleſia Sancte Lucie, in qua jacebat & tenebatur cum veneratione maxima Corpus ejusdem S. Lucie, & quam Eccleſiam Moniales predicti Monaſterii Corporis Chriſti, quod diſtabat ab ipſa Eccleſia magno ſpatio, & pluribus laicorum domibus intermediis, tenebant, & gubernabant, facientes in ea divinis deſerviri, ac curam animarum Parochianorum ejus exerceri per unum proprium earum Capellanum, pro cujus Capellani habitatione erat deputata quedam domus ad ipſam Eccleſiam ſpectans, contigua pariti muri, & orti dicti Monaſterii S. Marie, de qua domo reſpondebant ſuper Clauſtrum & Dormitorium dicti Monaſterii S. Marie, ita ut Moniales ipſe Monaſterii S. Marie non poſſent ire per loca domus ſue hujusmodi, quin viderentur per habitatores, & commorantes in domo predicta, & ſepe audiebantur verba inhoneſtiſſima per laicos venientes ad ipſam domum prolata, quod abominabile erat, nec poſſibile erat, quod hujusmodi inconvenientiis remedium adhiberetur, niſi dicta domus cum horto, & pertinentiis ſuis applicaretur dicto Monaſterio S. Marie; ex quo Eccleſia predicta S. Lucie non erat modo aliquo neceſſaria ipſis Prioriſſe & Conventui Monaſterii Corporis Chriſti, quia non percipiebant ex dicta Eccleſia utilitatem, niſi ex oblationibus, que fiebant in ipſa Eccleſia ad Arcam, in qua erat Corpus ejusdem S. Lucie, que utilitas ſi compenſaretur cum mercede annua, quam dicte Prioriſſe & Conventus Monaſterii Corporis Chriſti, dabant Capellano in dicta Eccleſia deſervienti, aut nulla erat, aut minima computatis aliis expenſis occurrentibus in dicta Eccleſia, & quod nihilominus ipſe Prioriſſa, & Conventus Monaſterii S. Marie, ſi dicta Eccleſia eis concederetur, obligari volebant dare integraliter omnes oblationes, & quicquid introitus habebat, aut habere poterat ipſa Eccleſia dictis Prioriſſe, & Conventui Monaſterii Corporis Chriſti quousque per Sedem Apoſtolicam provide-

videretur eiſdem de equivalenti utilitate, ac ſuſtinere omnia onera Eccleſie predicte, ita ut in ea augeretur divinus cultus, & cura animarum diligentius exerceretur; & hoc modo eſſet opportune proviſum in premiſſis ipſis Prioriſſe & Monialibus Monaſterii S. Marie abſque damno, & incommodo dictarum Prioriſſe, & Conventus Monaſterii Corporis Chriſti; Nos tunc per alias noſtras litteras Abbati Sancti Georgii Majoris, & Priori per Priorem ſoliti gubernari S. Salvatoris Monaſteriorum Venetiarum, eorum propriis nominibus non expreſſis, dedimus in mandatis, ut ipſi, vel alter ipſorum, vocatis dictis Prioriſſa, & Conventu Monaſterii Corporis Chriſti, & aliis, qui eſſent evocandi, de premiſſis omnibus & ſingulis nobis expoſitis eorumque circumſtantiis univerſis auctoritate noſtra ſe diligenter informarent, & ſi per informationem hujuſmodi eis legitime conſtaret de eiſdem Nobis expoſitis, domum predictam cum horto, ac omnibus juribus, & pertinentiis ſupradictis Prioriſſe, & Conventui Monaſterii S. Marie predictis pro eorum uſu commodo, & utilitate, cum hoc tamen quod ipſe Prioriſſa, & Conventus Monaſterii S. Marie providerent cum effectu, quod dicte Prioriſſa, & Conventus Monaſterii Corporis Chriſti haberent aliam domum pro habitatione prefati Capellani arbitrio earumdem Abbatiſſe priori equivalentem, & propinquam dicte Eccleſie, & interim antequam de dicta domo providerent, ſolverent penſionem annuam pro habitatione convenienti dicti Capellani, Eccleſiam vero predictam accedente conſenſu Monialium Monaſterii Corporis Chriſti cum omnibus juribus pertinentiis ſuis, domibus, & edificiis, fabricis, & ſtructuris ſuis quibuſcumque, ipſis Prioriſſe, & Conventui Monaſterii S. Marie etiam ſimiliter pro uſu, commodo, & utilitate earum, reſervatis tamen interim omnibus fructibus, redditibus, & proventibus ſuis, dicto Monaſterio Corporis Chriſti, quouſque provideretur ei de equivalenti utilitate, concederent, applicarent, & aſſignarent, ita quod ex tunc liceret dictis Prioriſſe, & Conventui Monaſterii S. Marie per ſe, vel alium ſeu alios corporalem poſſeſſionem domus, & Eccleſie, juriumque, & pertinentiarum predictorum auctoritate propria apprehendere, ac eorum fructus, redditus, & proventus juxta modum predictum in uſus, & utilitatem Monialium, & Monaſterii B. Marie, hujuſmodi convertere, & perpetuo retinere, Dioceſani loci, & cujuſvis alterius licentia ſuper hoc minime requiſita. Poſtmodum vero per nos accepto, quod ex commiſſione predicta per Nos dictis Abbati, & Priori facta contrarius noſtre voluntati erat ſubſecutus effectus, & non modo paci, & commodo Prioriſſe & Conventus predictarum Monaſterii S. Marie conſultum non erat, ſed utraque pars fatigabatur, & multis Civibus Venetiarum alteri partium favere ſtudentibus, contentionis materia dabatur, Nos tunc utile & primo exiſtimantes hujuſmodi ſcandalis, & diſpendiis obviare, Abbati, & Priori prefatis per alias Noſtras litteras in forma Brevis mandavimus, ut in hujuſmodi cauſa nihil agere deberent, ac ſi nulla eis deſuper commiſſio facta eſſet. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubjungebat, ipſe Prioriſſa, & Conventus Monaſterii S. Marie non confidant habere poſſe conſenſum Prioriſſe & Conventus Monaſterii Corporis Chriſti predictorum, ipſeque Prioriſſa, & Conventus Corporis Chriſti expoſuerunt prefato Predeceſſori, quod dicta Eccleſia erat eis propinqua ſeu contigua, cum non ſolum dicto Monaſterio Corporis Chriſti contigua non exiſtat, ſed nec etiam propinqua, niſi mediantibus plurimis intermediis domibus, petierintque illam uniri, ut ex litteris prefati Predeceſſoris deprehenditur, principaliter pro ipſius Eccleſie diligentiori cura, & ſervitio, cujus onus aſſumere offerebant, etiam pro earum utilitate, & ex illa modicam percipiant utilitatem, pro qua ipſa Prioriſſa, & Conventus Monaſterii S. Marie, parate fuere

dare convenientem recompenſam; Prioriſsa vero, & Moniales Monaſterii S. Marie predicte ſub regulari obſervantia dicti Ordinis viventes, domo & horto predictis indigent, nec poſſint in dicto Monaſterio S. Marie commode abſque domo, & horto predictis in contemplationis ſuavitate earum vota, & integritate, reddere Creatori, pro parte earumdem Prioriſse & Conventus Monaſterii S. Marie Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut data per ipſas Prioriſsam, & Conventum S. Marie eiſdem Prioriſse & Conventui Monaſterii Corporis Chriſti recompenſa, de cujus proventibus Capellano, qui pro tempore erit dicti Monaſterii Corporis Chriſti proviſio conveniens, & ſalarium dari valeat, jam factam de dicta Eccleſia prefato Monaſterio Corporis Chriſti unionem predictam diſsolvit, dictamque Eccleſiam cum juribus & pertinentiis ſuis a predicto Monaſterio Corporis Chriſti ſepararari, dividi, & diſmembrari, ac illam dicto Monaſterio S. Marie cum facultate deſerviendi ibidem per Capellanum ad nutum amovibilem perpetuo uniri, incorporari, & annecti, litteraſque Noſtras predictas dictis Prioriſse & Conventui Monaſterii Sancte Marie conceſsas earumdem Prioriſſe & Monialium Monaſterii Corporis Chriſti non expectato conſenſu exequi mandare, ac eiſdem Prioriſse & Conventui Monaſterii S. Marie in premiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quod petentes beneficia Eccleſiaſtica aliis uniri, tenerentur exprimere verum valorem tam Beneficii uniendi, quam illius, cui unio fieri petitur, alioquin unio non valeret, quique perſonarum, que uni Sponſo Chriſto Jeſu voto celebri ſe deſponſant, vota ad exauditionis gratiam libenter admittimus, Monaſterii S. Marie, & Eccleſie predictorum fructus, redditus, & proventus preſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni veſtre per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel alter veſtrum, ſi & poſtquam vocatis Prioriſsa, & Conventu Monaſterii Corporis Chriſti predictis, & aliis, quorum intereſt, vobis de premiſſis Nobis expoſitis legitime conſtiterit, data per Prioriſsam, & Conventum Monaſterii S. Marie predictas dicto Monaſterio Corporis Chriſti idonea recompenſa, de cujus proventibus Capellano, qui pro tempore erit dicti Monaſterii Corporis Chriſti proviſio competens, & ſalarium dari valeat, jam factam de dicta Eccleſia dicto Monaſterio Corporis Chriſti unionem predictam auctoritate noſtra diſſolvatis, ipſamque Eccleſiam cum juribus, & pertinentiis ſuis a dicto Monaſterio Corporis Chriſti ſeparetis, dividatis & diſmembretis ac dicto Monaſterio S. Marie eadem auctoritate perpetuo uniatis, & incorporetis, ac annectatis, litteraſque Noſtras predictas eiſdem Prioriſse, & Conventui Monaſterii S. Marie conceſsas valere decernatis, & exequamini, alias juxta earum continentiam, atque formam, dictarum Prioriſſe & Conventus Monaſterii Corporis Chriſti aliter non expectato conſenſu, in executione hujuſmodi in omnibus & per omnia perinde, ac ſi littere predicte a principio vobis directe extitiſſent, & per illas non ut de conſenſu Prioriſse, & Conventus, ſeu Monialium Monaſterii Corporis Chriſti, ſed ſimpliciter, nulla de conſenſu exigendo hujuſmodi facta mentione inibi ad executionem contentorum procedentes per Nobis vobis mandatum extitiſset, non obſtantibus priori voluntate noſtra, & aliis premiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis &c. ac omnibus illis, & que in prefatis noſtris litteris voluimus non obſtare contrariis quibuſcumque, aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujuſmodi, vel aliis Beneficiis eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales, vel generales prefate Sedis, vel Legatorum ejus litteras impetrarunt, etiam ſi per eas ad inhibitionem, reſervationem & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſsum, quas quidem litteras, & proceſsus habitos per eaſdem, & inde ſe-

ſecuta quecumque ad prefatam Eccleſiam volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum prejudicium generari, & quibuslibet aliis privilegiis &c. de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Proviſo quod propter unionem, annexionem, & incorporationem noſtras hujusmodi dicta Eccleſia debitis non fraudetur obſequiis &c. Et inſuper ex nunc irritum decernimus & inane, &c. contigerit attentari. Datum Rome apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominice MCCCCLXXVI. Tertio Kalendas Aprilis Pontificatus noſtri Anno Quinto. Sinolfus.

Viſis deinde litteris citatoriis ad inſtantiam dictarum Prioriſſe & Conventus Monaſterii S. Marie Annunciate in ipſis litteris Apoſtolicis principaliter nominatarum per nos & collegam noſtrum decretarum contra & adverſus Venerabiles Dominas Prioriſſam & Conventum Monaſterii dictarum monialium Corporis Chriſti & Venetiarum ejusdem ordinis ad comparendum coram nobis saltem per earum ſindicos & procuratores, &c. prout in ipſis litteris citatoriis latius continetur. Viſis etiam aliis litteris citatoriis per nos decretis, & directivis omnibus aliis & ſingulis ſua intereſſe putantibus in hac cauſa &c. de quibus in proceſſu noſtro ſuperinde formato latius continetur. Viſa relatione preſentationis & etiam affectionis dictarum litterarum citatoriarum facta per nuntium hujus cauſe juratum. Viſa comparitione Spectabilium dominorum Hieronimi Baduario, & ejus collegarum ſyndicorum, & procuratorum dictarum D. Prioriſſe & Monialium Monaſterii Corporis Chriſti petentium in effectu dictas Dominas Prioriſſam & Moniales eorum principales citari debere ad opponendum tam contra perſonas noſtras, quam contra Reſcriptum ſive litteras Apoſtolicas commiſſionis nobis facte. Viſis reprehenſionibus ex adverſo factis per Spectabilem D. Michaelem Foſcari natum magnifici D. Philippi Procuratoris S. Marci, & ejus collegam D. Marcum Frigerio tanquam ſindicos & Procuratores dictarum Dominarum Prioriſſe, & Monialium Annuntiate dicentium talem citationem minime decerni debere, ex quo ſemel decrete fuerunt littere citatorie in forma debita, & juxta morem Romane curie prout latius in proceſſu noſtro continetur, & etiam diffuſius in voce allegatum fuit. Viſo termino per nos ex urbanitate noſtra aſſignato dictis Dominis Procuratoribus & Sindicis Monaſterii & Conventus Corporis Chriſti ad certam diem ad excipiendum & opponendum, ut ſupra poſtulatum fuerat. Viſis nonnullis exceptionibus & oppoſitionibus productis coram nobis pro parte dictorum Monaſterii & Conventus Corporis Chriſti tam contra perſonas noſtras, quam contra Reſcriptum Apoſtolicum antedictum, & intellectis ac bene conſideratis replicationibus & reſponſionibus tunc in voce & demum in ſcriptis ad illas factis pro parte dicti Monaſterii Annunciate & duplicationibus ex adverſo productis. Viſa demum ſubdelegatione per collegam in perſonam noſtram facta, cujus tenor talis eſt. In Chriſti nomine Amen. Anno nativitatis ejuſdem milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto Indictione nona Pontificatus vero Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini Noſtri D. Sixti divina providentia Pape Quarti Anno Quinto. Cunctis pateat evidenter preſens publicum inſtrumentum inſpecturis qualiter Reverendiſſimus in Chriſto pater & D. D. Marcus Cathanio Dei & Apoſtolice Sedis gratia Archiepiſcopus Durachienſis, tamquam delegatus Apoſtolicus in dicta cauſa conſiderans, ut dixit ſe fore in non bona convaleſcentia & egritudine oppreſſum adeo quod executioni & expeditioni mandatorum Apoſtolicorum ſibi & ejus college directorum ad inſtantiam dictarum Venerabilium Dominarum Prioriſſe & Monialium S. Marie Annuntiate vigore litterarum Apoſtolicarum per eas ut ſupra impetratarum contra Dominas Prioriſſam & Conventum Monaſterii Monialium Corporis Chriſti Vene-

ne-

netiarum omnibus melioribus modo via jure & forma quibus magis & melius fieri poteſt & valet de jure ſubdelegavit vices ſuas auctoritate Apoſtolica vigore dictarum litterarum apoſtolicarum ſibi directarum Ven. Viro D. Paulo de Ruſchonibus Canonico Cervienſi ejus in hac parte college, cui vices ſuas totaliter & plenarie commiſit. De quibus rogavit me Notarium cauſe, ut publicam notam facere deberem. Qui Dominus Paulus ibi preſens dictam ſubdelegationem ſibi ut ſupra factam benigne & reverenter acceptavit. Actum Venetiis in domo reſidentie prefati Domini Archiepiſcopi in ejus camera cubiculari preſentibus D. Presbytero Nicolao de bona pace titulato presbytero in dicta Eccleſia, & diſcreto viro ſ. Raynaldo militis familiari continuo Rev. Domini Magiſtri domus Reverendiſs. Dom. Cardinalis Michael teſtibus ad premiſſa vocatis & rogatis. Viſa ſubſequenter pronuntia noſtra interlocutoria qua pronuntiavimus nos judicem competentem in hac cauſa &c. prout latius in ipſa pronuntia noſtra continetur. Viſa appellatione pro parte dictarum Dominarum Prioriſſe & Conventus Monaſterii Corporis Chriſti in tali noſtra pronuntia interpoſita, cui appellationi non detulimus prout deferre de jure non debebamus. Viſa ſubſequenter petitione pro parte & ad inſtantiam dictarum Dominarum prioriſſe & Conventus S. Marie Annuntiate in ſcriptis facta coram nobis tanquam delegato & ſubdelegato &c. Conſtito etiam nobis de unione, annexione & incorporatione dicte Eccleſie S. Lucie eidem Monaſterio Corporis Chriſti per modum, ut in dictis litteris Apoſtolicis narratur, nec non etiam, quod quedam devotiſſima monialis dicti Ordinis S. Auguſtini, cum quibusdam aliis devotis mulieribus fundari & fabricari fecerat dictum Monaſterium Beate Marie, & quod cum maxima anguſtia loci in dicto Monaſterio Beate Marie Annunciate degunt. Quodque eidem Monaſterio Beate Marie eſt propinqua infra ſpatium ſex pedum vel circa quodam calle mediante dicta Parochialis Eccleſia S. Lucie, prout oculata fide vidimus. Et quod notorium eſt, quod dicta Parochialis Eccleſia S. Lucie, non eſt propinqua ſeu contigua dicto Monaſterio Corporis Chriſti, ut in litteris unionis predicte continetur, ymmo diſtat ab ipſo Monaſterio Corporis Chriſti magno ſpatio pluribus laycorum domibus intermediis exiſtentibus, prout ad oculum apparet, quod notorium eſt. Viſo etiam ad oculum, quod domus pro habitatione Capellani curam animarum Parochianorum dicte Parochie S. Lucie ſpectans ipſi eccleſie S. Lucie eſt contigua parieti muri & orto dicti Monaſterii S. Marie Annuntiate ex qua domo reſpici poteſt & reſpicitur ſupra clauſtrum & dormitorium dicti Monaſterii S. Marie, ita ut Moniales ipſe Monaſterii S. Marie ire non poſſint per loca domus ſue hujusmodi quin videri poſſint & videantur per habitatores & commorantes in domo predicta. Conſtito etiam nobis ex fidedigna plurimorum informatione, quod predicte Prioriſſa & Moniales Monaſterii Corporis Chriſti ex dicta Eccleſia S. Lucie nullam utilitatem percipiebant, & percipiunt niſi ex oblationibus, que fiebant & fiunt in ipſa eccleſia ad archam in qua eſt & veneratur honorifice corpus S. Lucie. Viſis etiam aliis litteris Apoſtolicis prefati Sanctiſs. Dom. noſtri Sixti ad Rev. P. Abbatem S. Georgii Majoris, & Priorem S. Salvatoris Monaſteriorum Venetiarum. Conſtito etiam nobis ex fidedigna informatione de veritate omnium & ſingulorum in ipſis litteris Apoſtolicis hujusmodi contentorum. Conſiderato inſuper, quod ipſe Prioriſſa & Conventus Monaſterii S. Marie non confidunt, ymmo nec habere poſſunt conſenſum Prioriſſe & Conventus Monaſterii Corporis Chriſti predictarum, de quo in dictis litteris Apoſtolicis fit mentio ſpecialis. Conſtito etiam nobis oculata fide, quod Prioriſſa & moniales Monaſterii S. Marie predicte ſub regulari obſervantia dictis ordinis viventes domo & orto predictis de quibus in litteris Apoſtolicis continetur indigeant,

nec

nec poſſunt in dicto Monaſterio S. Marie per anguſtiam loci comode abſque domo & orto predictis in contemplationis ſuavitate earum . . . & integritatem reddere creatori . Viſis igitur & diligenter attentis & conſideratis omnibus & ſingulis premiſſis & aliis, que in litteris tam nobis ambobus, quam prefatis Abbati & Priori directis continentur habitaque matura & diligenti deliberatione & informatione plurimorum fidedignorum. Cupientes mandata Apoſtolica nobis in hac parte injuncta reverenter exequi ut tenemur rejectis & poſtpoſitis omnibus & ſingulis exemptionibus & oppoſitionibus coram nobis factis & productis pro parte & ad inſtantiam dictarum Prioriſſe & Conventus Monaſterii Corporis Chriſti tanquam non obſtantibus quominus procedere deberemus ad executionem mandatorum prefati Sanctiſſimi Domini noſtri & viſa requiſitione coram nobis facta pro parte dicti Monaſterii Annunciate, ut mandata Apoſtolica antedicta exequi deberemus juxta tenorem predictarum litterarum ad nos directarum in contumaciam dictorum Dominorum ſyndicorum & procuratorum Monaſterii Corporis Chriſti, jam per appellationem a juditio noſtro recedentium quorum abſentia altiſſimi . . . . ſuppleatur . Chriſti & ejus matris nominibus pro ſuffragio humiliter imploratis ſedentes pro tribunali in capella S. Marie ſita in Eccleſia S. Hieremie loco ad hujuſmodi ſententiam noſtram diffinitivam proferendam per nos deputato & electo auctoritate Apoſtolica qua fungimur in hac parte dicimus pronunciamus & declaramus per Prioriſſam & Conventum Monaſterii Sancte Marie de la Nuntiata predictas dandam eſſe & dari debere realiter, & cum effectu dicto Monaſterio Corporis Chriſti Venetiarum predicto recompenſam ydoneam in & ſuper tot bonis ſtabilibus, quam ita taxamus & limitamus atque conſtituimus ex qua recompenſa ſingulo anno in perpetuum percipiantur ducati quadraginta auri Veneti pro ſalario, & competenti proviſione unius capellani, qui pro tempore erit dicti Monaſterii Corporis Chriſti, ſed antea teneantur & debeant prefate Prioriſſa & Conventus Monaſterii Annunciate dare & ſolvere eidem Monaſterio Corporis Chriſti dictos ducatos quadraginta manualiter ſingulo anno videlicet medietatem ad feſta Paſcalia Reſurrectionis D. N. J. C. & aliam medietatem ad feſta Nativitatis Domini noſtri immediate ſequentia pro recompenſa predicta donec & quouſque empta, & deputata fuerint tot bona ſtabilia vel tot impreſtita ad Cameram communis Venetiarum per dictas Prioriſſam & Moniales Annunciate ex quibus annuatim in perpetuum percipiantur dicti ducati quadraginta pro recompenſa predicta pro ſalario, & proviſione dicti Capellani aſſignandi. Quo facto ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc jam factam de dicta eccleſia S. Lucie eidem Monaſterio Corporis Chriſti unionem predictam vigore dictarum litterarum bone memorie D. Eugenii ipſi Monaſterio Corporis Chriſti indultarum eadem auctoritate Apoſtolica diſſolvimus ipſamque eccleſiam S. Lucie, cum domo & horto in dictis litteris Apoſtolicis nominatis ac fabricis omnibus aliis quibuſcumque, nec non cum omnibus juribus, rationibus & pertinentiis ſuis a dicto Monaſterio Corporis Chriſti ſeparamus, dividimus & dimembramus ac dicto Monaſterio S. Marie Annunciate auctoritate Apoſtolicà ſepedicta perpetuo unimus, incorporamus & annectimus litteraſque prefati Sanctiſſimi Domini noſtri Sixti eiſdem Prioriſſe & Conventui Monaſterii S. Marie conceſſas, de quibus in commiſſione nobis facta fit mentio ſpecialis valere decernimus juxta formam, continentiam & tenorem tam predictarum litterarum Priorum Apoſtolicarum, quam hujuſmodi commiſſionis Apoſtolice nobis in hac parte emanate. Et predicta omnia & ſingula dicimus, pronuntiamus & declaramus tam premiſſo, quam omni alio meliori modo via jure & forma quibus magis & melius fieri poteſt virtute

tute dictarum litterarum Apoſtolicarum. Non obſtantibus his omnibus, que prefatus Sanctiſſimus Dominus noſter in dictis ejus litteris Apoſtolicis voluit, & decrevit non obſtare. Condemnatione & taxatione expenſarum pro D. Advocato Notario, & Nuntio cauſe & aliis ſecutis in hujuſmodi cauſa nobis impoſterum reſervatis.

Lata data & pronuntiata fuit ſupraſcripta ſententia per dictum Dominum Delegatum & Subdelegatum Apoſtolicum, Preſentibus Ven. Viro D. Presbyt. Nicolao Riga Plebano dicte Eccleſie S. Hieremie, & Presb. Angelo q. Angeli de Ruſis de Trano offitiatore in dicta Eccleſia Magnificis Dominis Natale Venerio q. Dom. Bernardi, Domino Baldaſſare Diedo quondam Domini Franciſci, & Domino Franciſco Piſani Domini Martini teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis, & aliis die mercurii quintodecimo Maii Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto Indictione nona Pontificatus vero quo ſupra.

Preſentibus dictis Magnificis Dominis Procuratoribus & Sindicis dicti Monaſterii della Annunciata, & acceptantibus dictam ſententiam tanquam bonam & juſtam & ulterius inſtantibus cum actuali executione dicte ſententie ac mandatorum Apoſtolicorum per prefatum Dominum Delegatum & Subdelegatum ac executorem Apoſtolicum dari & conſignari ſibi debere dictis nominibus realem & corporalem poſſeſſionem & tenutam dicte Eccleſie Sancte Lucie, cum domo orto & pertinentiis ſuis antedictis junctis dicto Monaſterio juxta formam dicte ſententie & litterarum Apoſtolicarum omni meliori modo via &c. Actum ut ſupra. Preſentibus teſtibus ſupraſcriptis.

Ego Jacobus Venetus egregii viri q. D. Martini Pub. Imperiali ac Venetiarum auctoritatibus Notarius, & Reverendiſs. D. Patriarche Cancellarius, ac in dicta cauſa coram prefato Domino Subdelegato, Scriba & Notarius electus. Qua ſupraſcripte ſententie publicationi una cum prenominatis teſtibus rogatus interfui & in notam ſumpſi ideo fideliter ſcripſi, & publicavi in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum premiſſorum rogatus & requiſitus. Inſuper prefatus Dominus Delegatus & Subdelegatus Apoſtolicus ad majus robur & teſtimonium apponi mandavit ejus ſigillum appenſum.

Sanctimoniales Corporis Domini cedunt Monialibus Annuntiationis Eccleſiam Parœcialem Sanctæ Luciæ, cum ea tamen conditione, ut Corpus Sanctæ Luciæ ad Eccleſiam Corporis Domini deducatur.

I

1476. 28. Maii.

Ex Autographo in Archivo Monaſterii S. Luciæ.

IN Chriſti nomine amen. Anno Nativitatis ejuſdem milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto Indictione nona die vigeſimo octavo Menſis Maii. In parlatorio Monaſterii S. Marie Annuntiate Venetiarum preſentibus teſtibus infraſcriptis rogatis. Ibique Spectab. D. Michael Foſcari Magn. D. Philippi Procuratoris S. Marci, & egregius D. Marcus Frigerius, tanquam ſindici & procuratores Venerab. Dominarum Monialium Monaſterii S. Marie de la Nuntiata Venetiarum Ordinis S. Auguſtini inſimul ſpecliter ad tranſigendum

gendum, componendum, conveniendum & ſe concordandum cum Dominabus Monialibus & Monaſterio Corporis Chriſti Venetiarum, tam ratione Eccleſie S. Lucie, quam devotiſſimi Corporis ipſius S. Lucie in Capella dicte Eccleſie, & ad alia, ut conſtat, publico inſtrumento ſub ſigno & nomine Jacobi Venet. q. D. Antonii publici Imperiali auctoritate Notarii ſub anno 1476. Indictione nona die 23. Maii a me Notario viſo & lecto ex una & D. Vincivera Dandulo Magn. D. Marci, & Spectab. D. Franciſcus Dandulo q. Magnifici D. Andree, uti Syndici & Procuratores in ſolidum conſimiliter Ven. Dominarum Monialium Monaſterii ſacratiſſimi Corporis Chriſti de Venetiis, habentesque ſpeciale mandatum ad concordandum cum Ven. D. Monialibus & Monaſterio S. Marie Annunciate de Venetiis ſuper differentia, quam habebant pro Eccleſia S. Lucie orto & domo capellani, cum ipſo Monaſterio & Monialibus Corporis Chriſti de Venetiis, ut conſtat publico inſtrumento ſub ſigno & nomine Jeronimi Benicardi ſ. Antonii de Venetiis publici Imperiali auctoritate Notarii ſub 1476. Indictione nona die 22. menſis Maii a me Notario viſo & lecto. In Dei nomine. Pro parcendo erroribus & ſcandalis litibus ſumptibus & expenſis partium, & ut habeant cauſam in quiete vivendi, ut decet, hujusmodi Vener. Religioſas Dei ſervas vivere; Inveſtigata optime voluntate hinc inde ambarum partium unanimiter & concorditer ad infraſcriptum concordium devenerunt in hunc, qui ſequitur, modum videl. Quod prefacte Ven. Domine Moniales S. Marie Annuntiate teneantur & debeant, ſicque ſupraſcripti Spect. Dom. Michael Foſcari, & D. Marcus Frigerio uti ſindici & procuratores earum pro quibus de rato & rati habituri promiſerunt & promittunt, contentantur & contente ſunt, quod prefate Ven. Domine Moniales Monaſterii Corporis Chriſti habeant, & habere debeant ſacratiſſimum corpus S. Lucie in ſua Eccleſia Monaſterio ſeu capella in ea Eccleſia, ſeu Monaſterio ſienda, ut infra dicetur, ſicque ipſi Domini procuratores & ſindici dicti Monaſterii S. Marie Annuntiate promiſerunt, & ſe obligaverunt dare & preſtare omnem poſſibilem favorem ſuum dictis nominibus, & de rato eiſdem Dominabus Monialibus Monaſterii Corporis Chriſti ſuperinde pro exequendis, & executione mittendis predictis infraſcriptis. Item ſalvis predictis, dictis nominibus, & de rato promittunt ſupraſcripti procuratores & ſindici S. Marie Annuntiate fieri facere in Eccleſia Corporis Chriſti predicta ſive prope, ubi placuerit, ipſis Dominabus Monialibus Corporis Chriſti unam capellam pro dicto Sacratiſſimo Corpore S. Lucie omnibus ſuis dicti Monaſterii S. Marie ſumptibus, & expenſis ſimilem illi capelle exiſtenti in Eccleſia S. Lucie dedicate dicto corpori S. Lucie cum hoc . . . . quod dicte Domine Moniales Monaſterii Sacratiſſimi Corporis Chriſti teneantur accipere a prefatis ſindicis S. Marie archam & gradellam, & altare ſchalinos, & pavimentum dicte capelle ad diſalcationem ſumptuum & expenſarum dicte capelle, declarando quod pro expeditione majori premiſſorum exequendorum dicte partes dictis nominibus debeant eligere ſtatim unum Nobilem Venetum bone exiſtimationis pro qualibet parte, qui cum informatione expertorum in ſimilibus debeant videre, & examinare, ac extimare expenſam dicte capelle ſiende, & ſi non eſſent concordes aſſumatur per eos duos unus tertius arbiter nobilis Venetiarum hujusmodi bone exiſtimationis, per quos tres ſeu eorum majorem partem quicquid extimatum fuerit ſuperinde firmum ſit illud. Et dicti Sindici & Procuratores S. Marie ſupraſcriptis nominibus, & in ſpecie in hac parte tantum teneantur, & debent ſolvere prefatam extimationem, ſicut premittitur, fiendam in termino ſex menſium tunc ſecuturorum, videlicet omni menſe ratam de admontare dicte expenſe. Et dare etiam & aſſignare dictis Dominis Monialibus Corporis Chriſti ornamenta & paramenta,

ta, omniaque alia ſpectantia corpori & capelle S. Lucie ad conſcientiam in his ipſarum Dominarum Monialium Corporis Chriſti, & ſimiliter de omnibus aliis factis per ipſas Dominas Moniales Corporis Chriſti in dicta Eccleſia ad conſcientiam ipſarum Dominarum Monialium Corporis Chriſti, & aliud dare non teneantur quacunque ratione, ſententia, vel ſcriptura. Salvis predictis. Contra autem dicte Domine Moniales Corporis Chriſti teneantur eisdem Monialibus S. Marie Annuntiationis cedere dimittere & relaxare; ſicque dimittunt, remittunt & relaxant, Eccleſiam S. Lucie cum domo capellani & orto, & omni eo toto terreno exiſtenti in circuitu contrate S. Lucie predicte, & nichil aliud ultra dictum circuitum declarando, quod omne id quod extra predictam contratam reperiretur eſſe, & fore de juriſdictione & introitibus Sancte Lucie quovis modo, ſive ad cameram impreſtitorum, ſpectet & pertineat ad Monaſterium Corporis Chriſti. Et in hac parte etiam dictus D. Michael Foſchari, & D. Marcus Frigerio de rato promiſerunt pro Monialibus predictis S. Marie, & quod cura animarum contrate predicte S. Lucie remaneat Dominabus Monialibus, & Monaſterio S. Marie Annuntiate declarando, quod non expedientibus tam cito ſupraſcriptis electis dictam extimationem expenſarum tamen curat a die preſenti rata dictarum expenſarum ſingulo quoque menſe. Teſtes Ven. D. Presb. Joannes Mat. q. Jacobi Eccleſie S. Symonis & Jude, D. Presb. Joannes de Galletis S. Agathe titulatus, & Lodovicus Ravagnano die dicta in parlatorio Monaſterii S. Marie Annuntiate Venetiarum preſentibus ſupraſcriptis teſtibus vocatis & rogatis. Ibique Congregato Capitulo Ven. Dominarum Monialium dicti Monaſterii ad ſonum campanelle ſolemniter juxta morem earum, in quo interfuerunt, ut retulit Ven. D. Urſia Prioriſſa dicti Monaſterii, mediante tella ad feneſtram ferream, prout de ejus nomine mihi Notario fecerunt ſupraſcripti Syndici & Procuratores. Primo videlicet ipſa Ven. D. Urſia Prioriſſa, Item Domina Soror Philippa, D. S. Gratia, D. S. Ixabeta, D. S. Agnes, D. S. Franciſca, D. S. Marieta, D. S. Rafaela, D. S. Marina, D. S. Archangela, D. S. Chriſtina, D. S. Auguſtina, D. S. Catherina, D. S. Michaela, D. S. Benedicta, D. S. Perpetua, & D. S. Helena, habentes prout aſſeruit ipſa D. Urſia Prioriſſa vocem in capitulo, & repreſentantes totum Capitulum, cum ſint due partes & plus de habentibus, & dantibus vocem in hujuſmodi capitulo, ut dixit prefata Ven. D. Abbatiſſa, etiam auditis & bene intellectis ſupraſcriptis ſponte ſua dicta Ven. D. Abbatiſſa, & omnes & ſingule ſupraſcripte Domine Moniales Conſtituentes dictum capitulum, ut ſupra, ut dixerunt, una omnium voce unanimiter laudarunt, ratificarunt, approbarunt, & penitus & omnino confirmarunt ſupraſcriptum concordium, & omnia & ſingula in eo contenta ſub obligatione omnium dicti Monaſterii bonorum mobilium & immobilium preſentium, & futurorum. Die dicta preſentibus teſtibus, quibus ſupra in parlatorio Monaſterii ſacratiſſimi Corporis Chriſti Venetiarum. Ibique conſimiliter ad ſonum campanelle congregato Capitulo Ven. Dominarum Monialium ipſius Monaſterii, Interfuerunt, ut dixit mediante tella ad feneſtram ferream Ven. Domina Soror Paula de Stephanis Prioriſſa Monaſterii Sanctiſſimi Corporis Chriſti, Ven. D. S. Marina Marcello Subprioriſſa, D. S. Martinella de Cancellariis, D. S. Franceſchina Baduario, D. S. Andriola Zane, D. S. Brigida Endrigo, D. S. Catherina de Fano, D. S. Euphraſia Belegno, D. S. Luchina Delfino, D. S. Pacifica Bragadino, D. S. Honeſta Lauredano, D. S. Fantina Pizamano, D. S. Donata Dandulo, D. S. Chriſtina Georgio, D. S. Thomaſina Bolani, D. S. Eugenia Donato, D. S. Jeronyma de Pavonis, D. S. Lucia Bono, D. S. Domicilia Michael, D. S. Maria Baduario, D. S. Valeria Marioni, D. S. Helena Becini, D. S. Helena

lena de Brachio, D. S. Iſabeta de Franceſcis, D. S. Iſabetta Patuta, D. S. Malgarita Mocenica, D. S. Cecilia Lanza, D. S. Febronia de Pavonis, D. S. Laurentia Girardo, D. S. Vincentia Dandulo, D. S. Lodovica de Caris, D. S. Theodoſia Marino, D. S. Paula Guiduci, D. S. Veronica Dandulo, D. S. Urſia Belegno, D. S. Maria Beani, D. S. Clara Georgio, D. S. Seraſina Contareno, D. S. Dioniſia de Corbolantis, D. S. Marina Lauredano, D. S. Euſtochia Georgio, D. S. Archangela Pixani, D. S. Angela Baxadona, D. S. Barbara Venerio, D. S. Filippa Contarena, D. S. Fauſtina Dandulo, D. S. Arſenia Longino, & D. S. Letitia Dandulo preſate ſupraſcripte moniales conſtituentes totum Capitulum dicti Monaſterii, cum ſint due partes, & plus de habentibus, & dantibus vocem in dicto capitulo, ut dixerunt, laudaverunt conſimiliter & ratificaverunt, & confirmaverunt omnia & ſingula ſupraſcripta ſub obligatione omnium dicti Monaſterii bonorum mobilium & immobilium preſentium & futurorum &c.

Decemvirale Conſilium ſtatuit, ut Monaſterii Corporis Domini januæ calce, & muro clauſæ permaneant, donec Moniales Corpus Sanctæ Luciæ in Eccleſiam ejuſdem Sanctæ Luciæ reduci faciant.

K 1476. 8. Junii.

Ex Archivo S. Luciæ Venetiarum.

1476. 8. Junii in Conſilio X.

COnſiderata inobedientia Prioriſſe & Monialium Monaſterii Corporis Chriſti, que non ſolum plurima mandata eis facta nomine Dominii Noſtri & Capitum Conſilii X. neglexerunt, ſed proprias perſonas Conſiliariorum, qui nomine Dominii fuerunt ad faciendum hujusmodi imperata.

Vadit Pars, quod (ut ipſe Moniales & alie ipſarum exemplo diſcant obedire, & non eſſe renitentes mandatis Dominii Noſtri) janue ipſius Monaſterii ex omni parte, excepta porta Eccleſie, claudantur muro & calce, ita ut nemo ex ipſo exire vel illud ingredi poſſit, nec poſſit preſens pars revocari, neque contra ejus effectum aliqualiter provideri, niſi obediverint & reduci fecerint corpus S. Lucie in Eccleſia, ubi prius erat ſicut eis mandatum fuit, ſub pena ducatorum mille auri cuilibet ponenti, aut quoquomodo in contrarium facienti; & ipſis Prioriſſe & Monialibus obedientibus, & reduci facientibus Corpus S. Lucie in Eccleſia S. Lucie, uſque horam 22. non fiat clauſura predicta, & claves Corporis predicti tunc remaneant penes Moniales predictas Corporis Chriſti. Claves autem Eccleſie penes Moniales Nuntiate abſque tamen prejuditio jurium alicujus partium predictarum.

Die dicta hora 14. factum fuit mandatum ſupradictum per me Dominicum Stella preſentibus Capita Conſilii, & Angelo & Antonio Proviſionatis.

Die decima ſupradicti mane dato initio ad claudendum muro, & calce januas parlatorii ſupradicti Monaſterii Moniales ſupradicte deferri fece-

runt Corpus Sancte Lucie in Eccleſia S. Lucia, ac reponi in priſtinum locum ſuum, & tunc ſuſpenſa fuit clauſura predicta & conſignate claves ut in parte continetur per me Dominicum Stella.

Marcus Plebanus S. Fantini Delegatus Apoſtolicus concedit Monialibus S. Mariæ Annuntiatæ Monaſterium, & Eccleſiam S. Luciæ; Monialibus vero Corporis Domini concedit, ut Corpus ejusdem Sanctæ Luciæ ad ſuam poſſint transferre Eccleſiam.

L 1476 20. Septembris.

Ex Archivo Monaſterii S. Luciæ.

IN Chriſti nomine Amen'. Nos Marcus Plebanus Plebis S. Fantini Venetiarum Commiſſarius & executor una cum aliis noſtris in hac parte collegis cum clauſula illa quatenus vos vel duo aut unus veſtrum &c. ad infraſcripta a Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatus cupientes tanquam obedientie filius mandata Apoſtolica nobis in hac parte injuncta reverenter exequi, ut tenemur. Viſis igitur primum litteris Apoſtolicis nobis, & collegis directis per Sanctiſſimum in Chriſto Patrem & Dominum noſtrum D. Sixtum divina providentia Papam Quartum, non quidem abraſis non vitiatis, non cancellatis, nec in aliqua earum parte ſuſpectis, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpicione carentibus vera ipſius Domini noſtri bulla plumbea ad cordulam canapis more Romane Curie impendenti munitis nobisque in preſentia Notarii publici, & teſtium fidedignorum preſentatis ad inſtantiam, & pro parte Ven. religioſarum dominarum Prioriſſe & Conventus Monaſterii Annunciate Venetiarum Ordinis S. Auguſtini principalium in ipſis litteris nominatarum hujusmodi ſub tenore.

Sixtus Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis S. Luce (1), & Sancti Fantini (2), ac S. Pantaleonis (3) Eccleſiarum Venetiarum Plebanis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ea, que judicio, vel concordia preſertim inter religioſas perſonas terminata fuiſſe dicuntur, ut illibata perdurent & in recidive contemptionis ſcrupulum non relabantur libenter cum petitur a nobis noſtro mandamus munimine roborari. Dudum ſiquidem felicis recordationis Eugenio Papa Quarto Predeceſſori noſtro pro parte tunc Prioriſſe, & dilectarum in Chriſto filiarum Conventus Monaſterii Monialium Corporis Chriſti Venetiarum per Prioriſſam ſoliti gubernari, Ordinis S. Auguſtini, ſub cura, & ſecundum inſtituta F. F. Predic. viventium expoſito, quod ſi Parochialis Eccleſia, Plebs nuncupata S. Lucie, etiam Venetiarum eidem Monaſterio propinqua, ſeu contigua, in qua Corpus ejusdem Sancte honorifice conſervabatur, & que parvam Parochiam habebat, (4) cuique nulli certi annui fructus, ſive redditus, ſed tantum fidelium oblationes, ex quibus unus ſacer-

(1) *S. Luce*) Laurentius a Turre notarius.
(2) *S. Fantini*) Marcus Marino, qui ex commiſſione ejusdem Siſti IV. univit Conventum S. Dominici de Tuſculano, Monaſterio S. Crucis de Judaica.
(3) *S. Pantaleonis*) Marcus Mazza Pleb. & Can. Ducalis.
(4) *Habebat*) que ſequuntur ad hæc usque: *Poſtmodum vero pro parte*: leguntur etiam in anteriori Sixti Bulla.

cerdos ſe commode ſuſtentare, & alia pro tempore incumbentia onera ſupportare non poterat, provenire noſcebantur, prefato Monaſterio uniretur, annecteretur, & incorporaretur ex hoc dicte Eccleſie in divinis laudabilius deſerviretur, & utilitas hujuſmodi Monaſterio proveniret, idem Predeceſſor ipſarum Prioriſſe & Conventus in ea parte ſupplicationibus inclinatus primo per quaſdam, in quibus, quod ejuſdem Eccleſie, nulli, ut prefertur, & deinde per alias ſuas litteras, in quibus de prioribus nulla mentio facta fuit, & quod ejuſdem Eccleſie certi annui fructus redditus, & proventus, non excedentes ſummam viginti Ducatorum annuatim, & fidelium oblationes, ex quibus unus Sacerdos ſe commode ſuſtentare, & alia pro tempore ei incumbentia onera ſupportare non poterat, provenire noſcebantur, expreſſum extitit, Eccleſiam predictam prefato Monaſterio perpetuo uniri annecti, & incorporari mandavit, ita quod cedente vel decedente tunc ipſius Eccleſie Rectore, ſeu alias Eccleſiam ipſam quomodolibet dimittente, liceret Prioriſſe pro tempore exiſtenti dicti Monaſterii per ſe, vel alium ſeu alios corporalem poſſeſſionem dicte Eccleſie juriumque & pertinentiarum ejuſdem propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere, ac ejus oblationes hujuſmodi in ſuos, & dicti Monaſterii uſus, & utilitatem convertere, Dioceſani loci, & cujuſvis alterius licentia ſuper hoc minime requiſita, ac voluit quod Prioriſſa, & Sorores dicti Monaſterii per Presbyterum per eas eligendum dicte Eccleſie curam exerceri, & illi in divinis deſerviri facerent. Et deinde pro parte Prioriſſe, & Conventus Monaſterii Monialium Sancte Marie Annunciate etiam Venetiarum dicti Ordinis per Prioriſſam ſoliti gubernari Nobis expoſito, quod poſtquam ad ipſarum litterarum executionem proceſſum fuerat, ipſeque Prioriſſa, & Sorores Monaſterii Corporis Chriſti Eccleſiam predictam illarum vigore aliquandiu tenuerant, & quod elapſis tunc quatuordecim annis, vel circa quedam devotiſſima Monialis dicti Ordinis reduxerat ſe cum quibuſdam aliis devotis Mulieribus in quandam Domum in loco, ubi nunc eſt dictum Monaſterium Sancte Marie, & emptis per eas de eleemoſynis Chriſti fidelium quibuſdam aliis domibus propinquis, ubi canonice fundari, & fabricari facere inceperant Monaſterium predictum Sancte Marie, quod tunc perfectum non erat, & Eccleſia carebant, non ſuppeditantibus tunc eleemoſynis, & habebant ſolummodo quandam parvam capellam, in qua dicebant horis debitis Officium ſuum, & faciebant Miſſas celebrari per unum proprium Capellanum, & quod ipſe Prioriſſe, & Conventus Monaſterii Annunciate, que viginti quinque erant cum maxima incommoditate, & anguſtia loci in dicto Monaſterio degebant, quodque eidem Monaſterio B. Marie erat propinqua infra ſpatium ſex pedum, vel circa, quodam calle mediante dicta Parochialis Eccleſia S. Lucie, in qua jacebat, & tenebatur cum veneratione maxima corpus ejuſdem S. Lucie, & quam Eccleſiam Moniales predicti Monaſterii Corporis Chriſti, quod diſtabat ab ipſa Eccleſia magno ſpatio, & pluribus laicorum domibus intermediis tenebant, & gubernabant, facientes in ea deſerviri, ac curam animarum Parochianorum ejus exerceri per unum proprium earum capellanum, pro cujus capellani habitatione erat deputata quedam domus ad ipſam Eccleſiam ſpectans contigua parieti muri & horto dicti Monaſterii S. Marie, de qua domo reſpiciebatur ſuper clauſtrum, & dormitorium dicti Monaſterii S. Marie, ita ut Moniales ipſe dicti Monaſterii S. Marie non poſſent ire per loca Monaſterii ſui hujuſmodi, quin viderentur per habitatores, & commorantes in domo predicta & ſepe audiebantur verba inhoneſtiſſima per laicos venientes ad ipſam domum prolata, quod abominabile erat, nec poſſibile erat, quod hujuſmodi inconvenientiis remedium adhiberetur, niſi dicta domus cum horto, & pertinentiis ſuis ap-

applicaretur dicto Monaſterio S. Marie, ex quo Eccleſia predicta S. Lucie non erat aliquo modo neceſſaria ipſis Prioriſſe, & Conventui Monaſterii Corporis Chriſti, quia non percipiebant ex dicta Eccleſia utilitatem, niſi ex oblationibus, que fiebant in ipſa Eccleſia ad Arcam, in qua erat Corpus ejuſdem S. Lucie, que utilitas ſi compenſaretur cum mercede annua, quam dicta Prioriſſa, & Conventus Monaſterii Corporis Chriſti dabant Capellano in dicta Eccleſia deſervienti, aut nulla erat, aut minima computatis aliis expenſis occurrentibus in dicta Eccleſia, & quod nihilominus ipſe Prioriſſa, & Conventus Monaſterii S. Marie, ſi dicta Eccleſia eis concederetur, obligari volebant dare integraliter omnes oblationes, & quicquid introitus habebat, aut habere ipſa Eccleſia dictis Prioriſſe, & Conventui Monaſterii Corporis Chriſti, quouſque per Sedem Apoſtolicam provideretur eisdem de equivalenti utilitate, ac ſuſtinere omnia onera Eccleſie predicte, ita ut in ea augeretur divinus cultus, & cura animarum diligentius exerceretur, & hoc modo eſſet opportune proviſum in premiſſis ipſis Prioriſſe, & Monialibus Monaſterii S. Marie, abſque damno, & incommodo dictarum Prioriſſe, & Monaſterii Corporis Chriſti. Nos tunc per quaſdam noſtras litteras Abbati S. Georgii Majoris, & Priori, per Priorem ſoliti gubernari, S. Salvatoris Monaſteriorum Venetiarum, eorum propriis nominibus non expreſſis dedimus in mandatis, ut ipſi, vel alter eorum, vocatis dicta Prioriſſa, & Conventu Monaſterii Corporis Chriſti, & aliis, qui eſſent evocandi, de premiſſis omnibus, & ſingulis Nobis expoſitis, eorumque circumſtantiis univerſis auctoritate noſtra ſe diligenter informarent, & ſi per informationem hujuſmodi eis legitime conſtaret de eisdem Nobis expoſitis, domum predictam cum horto, ac omnibus juribus, & pertinentiis ſupradictis Prioriſſe, & Conventui Monaſterii S. Marie predictis pro earum uſu, & commodo, ac utilitate, cum hoc tamen quod ipſe Prioriſſa, & Conventus Monaſterii S. Marie providerent cum effectu, quod predicte Prioriſſa, & Conventus Monaſterii Corporis Chriſti haberent aliam domum pro habitatione prefati Capellani arbitrio eorumdem Abbatis & Prioris equivalentem, & propinquam dicte Eccleſie, & interim antequam de dicta domo providerent, ſolverent penſionem annuam pro habitatione convenienti dicti Capellani; Eccleſiam vero predictam accedente conſenſu Monialium Monaſterii Corporis Chriſti, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, domibus, & edificiis, fabricis, & ſtructuris ſuis quibuſcumque ipſis Prioriſſe, & Conventui Monaſterii S. Marie etiam pro uſu & commodo, & utilitate earum, reſervatis tamen interim omnibus fructibus, redditibus, & proventibus ſuis dicto Monaſterio Corporis Chriſti, quouſque provideretur, ei de equivalenti utilitate, concederent, applicarent, & aſſignarent; ita quod ex tunc liceret ipſis Prioriſſe & Conventui Monaſterii B. Marie per ſe, vel alium, ſeu alios corporalem poſſeſſionem domus, & Eccleſie, juriumque, & pertinentiarum predictorum propria auctoritate apprehendere, ac eorum fructus, redditus, & proventus juxta modum predictum in uſus, & utilitatem Monialium, & Monaſterii B. Marie hujuſmodi convertere, & perpetuo retinere, Dioceſani loci, & cujuſvis alterius licentia ſuper hoc minime requiſita. Poſtmodum vero pro parte earumdem Prioriſse & Conventus Monaſterii S. Marie Nobis expoſito, quod alias per Nos accepto, quod ex commiſſione predicta per Nos dictis Abbati, & Priori facta contrarius noſtre voluntatis erat ſubſecutus effectus, & non modo paci, & commodo Prioriſse, & Conventus predictarum dicti Monaſterii B. Marie conſultum non erat, ſed utraque pars fatigabatur, & multis Civibus Venetiarum alteri partium favore ſtudentibus contentionis materia dabatur, Nos, tunc utile, & pium exiſtimantes hujuſmodi ſcandalis, & diſpendiis obviare, per alias Noſtras lit-

litteras in forma brevis prefatis Abbati, & Priori mandaveramus, ut in hujuſmodi cauſa nihil agere deberent, ac ſi nulla eis deſuper commiſſio facta eſſet, & in eadem expoſitione ſubjuncto, quod ipſe Prioriſſe, & Conventus Monaſterii S. Marie non confidebant poſſe habere conſenſum Prioriſſe, & Conventus Monialium Corporis Chriſti predictarum, ipſeque Prioriſsa & Conventus Monaſterii Corporis Chriſti expoſuiſſent prefato predeceſsori, quod dicta Eccleſia erat eis propinqua, ſeu contigua, cum non ſolum dicto Monaſterio Corporis Chriſti contigua non exiſteret, ſed nec etiam propinqua niſi mediantibus pluribus intermediis domibus, petierantque illam uniri, ut ex litteris prefati Predeceſsoris deprehendebatur, principaliter pro ipſius Eccleſie diligentiori cura, & ſervitio, cujus onus aſsumere offerebant, & ſecundario pro earum utilitate, & ex illa modicam percipiebant utilitatem, pro qua ipſe Prioriſsa, & Conventus Monaſterii S. Marie parate erant dare convenientem recompenſam, Prioriſsa vero & Moniales Monaſterii S. Marie predicte ſub regulari obſervantia dicti Ordinis viventes abſque domo, & horto predictis in contemplationis ſuavitate vivere, & earum vota cum integritate reddere Creatori non poterant, Nos earumdem Prioriſse & Conventus Monaſterii S. Marie in ea parte ſupplicationibus inclinati, Venerabili Fratri Marco Archiepiſcopo Duracen. (5) & dilecto filio Paulo de Ruſconibus Canonico Cervien. (6) in Civitate Venetiarum commorantibus, per aliquas noſtra litteras dedimus in mandatis, ut ipſi, vel alter eorum, vocatis Prioriſsa & Conventu Monaſterii Corporis Chriſti predictis, & aliis quorum intererat, de premiſſis eis conſtito, data per Prioriſsam, & Conventum Monaſterii S. Marie predictas dicto Monaſterio Corporis Chriſti idonea recompenſa, de cujus proventibus Capellano, qui pro tempore foret, dicti Monaſterii Corporis Chriſti proviſio competens, & ſalarium dari valeret, factam de dicta Eccleſia dicto Monaſterio Corporis Chriſti unionem predictam diſſolverent, ipſamque Eccleſiam cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis a dicto Monaſterio Corporis Chriſti ſepararent, dividerent, & diſmembrarent, ac dicto Monaſterio S. Marie perpetuo unirent, & annecterent, & incorporarent, prioreſque litteras noſtras predictas eiſdem Prioriſse & Conventui Monaſteriis B. Marie conceſsas valere decernerent, & exequerentur juxta earum continentiam, atque formam dictarum Prioriſse, & Conventus Corporis Chriſti aliter non expectato conſenſu in executione hujuſmodi in omnibus, & per omnia; perinde ac ſi littere noſtre predicte principio eidem Archiepiſcopo, & Canonico directe extitiſsent, & per illas, non ut de conſenſu Prioriſse, & Conventus, ſeu Monialium Monaſterii Corporis Chriſti, ſed ſimpliciter nulla de conſenſu exigendo hujuſmodi habita mentione, ad executionem inibi contentorum procederent, per Nos eis mandatum extitiſset, prout in ſingulis litteris predictis plenius continetur. Cum autem ſicut exhibita Nobis nuper pro parte Prioriſse & Conventus Monaſterii Sancte Marie predictarum, prefatus Canonicus, cui etiam in hoc dictus Archiepiſcopus totaliter commiſerit vices ſuas ad priorum, & poſteriorum litterarum noſtrarum executionem hujuſmodi procedens illarum forma ſervata unionem, annexionem, & incorporationem predictas de dicta Eccleſia cum omnibus juribus & pertinentiis, ac domibus, & edificiis, fabricis, & ſtructuris ſuis quibuſcumque Monaſterio Corporis Chriſti factas diſſolvens, ipſam Eccleſiam a dicto Monaſterio diſmembravit, & ſeparavit, ac illam dicto Monaſterio Sancte Marie univit annexuit, & incorporavit juxta earumdem poſteriorum litterarum continentiam, & ſicut eadem petitio ſubjungebat, poſtquam ab unione, annexione, & in-

(5) *Duracen.*) *Dyrrachien.* vulgo *Durazzo* in *Albania*.
(6) *Cervien.*) *Cervien.* in ora *Romandiolæ*.

incorporatione hujusmodi ſeu ſententia deſuper lata pro parte dictarum Prioriſſe, & Conventus Monaſterii Corporis Chriſti ad Sedem Apoſtolicam appellatum fuerat, Procuratores, ſeu Sindici Prioriſſarum, & Conventuum utriusque Monaſteriorum predictorum cupientes parcere laboribus, & expenſis, & dicta Monaſteria, ac illorum Prioriſſas, & Conventus ab incommodis relevare, invicem ad hujusmodi concordiam devenerunt, quod Eccleſia predicta cum domo illius principali, ac illis contiguis, horto, & edificiis, ac onere cure Animarum Parochianorum ejusdem, aliisque juribus, & pertinentiis tunc expreſſis eidem Monaſterio S. Marie unita, annexa, & incorporata remanerent, ipſeque Prioriſſa, & Conventus Monaſterii S. Marie, tenerentur facere conſtrui unam Capellam in Eccleſia dicti Monaſterii Corporis Chriſti, aut alibi, ubi eidem Prioriſſe & Conventui Corporis Chriſti videretur, in qua Corpus ejusdem Sancte, quod in ipſa Eccleſia hactenus honorifice conſervatum extitit, in poſterum conſervaretur ad ſimilitudinem Capelle ſite in dicta Eccleſia Sancte Lucie in qua Corpus ipſum, ut prefertur, conſervabatur, & nonnulli alii redditus, tunc etiam expreſſi, ad dictam Eccleſiam S. Lucie, legitime pertinentes ad dictum Monaſterium Corporis Chriſti, pertineret liceretque eisdem Prioriſſe & Conventui Corporis Chriſti, dicti Corporis S. Lucie ornamenta, & paramenta ac alia mobilia bona quecumque per eas facta, ſeu empta pro dicta Eccleſia Sancte Lucie poſt unionem predictam eidem Monaſterio Corporis Chriſti, ut prefertur, factam ad ipſum Monaſterium Corporis Chriſti cum dicto Corpore transferre, & nonnulla alia tunc expreſſa fecerunt, & fieri, & adimpleri voluerunt, que omnia utriusque Monaſteriorum eorumdem Prioriſſe, & Conventus prefate per dictos eorumdem Syndicos facta, & conventa, ut prefertur hinc inde ratificarunt, & approbarunt, prout in quibusdam Inſtrumentis publicis deſuper confectis, plenius dicitur contineri. Quare pro parte Prioriſſe & Conventus predictorum Monaſterii S. Marie aſſerentium ſe paratas eſſe quantum in eis eſt concordiam predictam adimplere, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut concordie hujusmodi per quam Monaſteria predicta ab incommodis litium relevantur, pro illius ſubſiſtentia firmiori noſtre confirmationis robur adjicere, ac eisdem Prioriſſe, & Conventui Monaſterii Corporis Chriſti dictum Corpus S. Lucie de predicta Eccleſia, & Capella, in qua hactenus conſervari conſuevit, ad prefactum Monaſterium Corporis Chriſti & conſtruendam Capellam, juxta concordiam eandem cum ornamentis & bonis predictis decenter transferri faciendi, & inibi conſervandi licentiam concedere, aliasque vi premiſſis opportuna providere de benignitate Apoſtolica dignaremur, Nos igitur hujusmodi ſupplicationibus inclinati diſcretioni veſtre per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum vocatis prefatis Prioriſſa, & Conventu Monaſterii Corporis Chriſti, & de aſſertis Nobis per dictam Prioriſſam, & Conventum Monaſterii S. Marie vobis legitime conſtito, concordiam predictam, & prout eam concernunt, omnia, & ſingula in dictis Inſtrumentis contenta, auctoritate noſtra approbetis, & confirmetis, ſuppleatisque omnes & ſingulos defectus, ſi qui forſan intervenerint in eisdem, & nihilominus ſi approbationem, & confirmationem hujusmodi vigore preſentium fieri contigerit, per vos, ut prefertur, Prioriſſe & Conventui dicti Monaſterii Corporis Chriſti, ipſum Corpus Sancte Lucie de predicta Eccleſia, & Capella, in qua conſervari conſuevit, ad prefatum Monaſterium Corporis Chriſti, & conſtruendam Capellam hujusmodi juxta concordiam predictam, cum ornamentis, & paramentis ac bonis predictis, decenter, & cum ſolemnitatibus in ſimilibus Sanctorum Corporum

trans-

tranſlationibus ſervati ſolitis transferri (7) faciendi, & illud inibi conſervandi licentiam auctoritate noſtra largiamini. Non obſtantibus Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis que in ſingulis predictis noſtris litteris volumus non obſtare ceteriſque contrariis quibuscunque. Datum Amerie (8) Anno Incarnationis Dominice milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto, Decimo ſeptimo Kalendas Auguſti, Pontificatus noſtri anno Quinto. Viſis ſubſequenter litteris citatoriis ſive potius intimatoriis per nos unicum executorem decretis ad Vener. Religioſas dominas Prioriſſam & Conventum Monaſterii Corporis Chriſti Venetiarum cum certo competenti termino ad comparendum coram nobis ſaltem per earum Sindicos, & Procuratores ad videndum & audiendum per nos exequi, & executioni debite demandari contenta in hujuſmodi litteris Apoſtolicis &c. prout latius in ipſis litteris noſtris citatoriis continetur. Viſa deinde comparitione Magnificorum Dominorum Syndicorum & Procuratorum dictarum Dominarum Prioriſſe & Conventus Monaſterii Corporis Chriſti requirentium prius & ante omnia per nos deliberari debere an ſolus vel cum colegis noſtris procedere intenderemus in cauſa hujuſmodi. Cumque in termino per nos partibus ipſis ſtatuto pronuntiaviſſemus per nos ſolum Plebanum executorem procedendum fore ad executionem hujuſmodi mandatorum Apoſtolicorum nobis in hac parte directorum prout in pronuntia noſtra ſuperinde lata copioſius legitur ſub die XVII. menſis inſtantis in proceſſu coram nobis per partes ipſas agitato. Viſa requiſitione ſucceſſive facta per Dominos Sindicos & Procuratores dicti Monaſterii Annuntiate petentium in effectu per nos Commiſſarium & executorem Apoſtolicum antedictum ad executionem mandatorum Apoſtolicorum tam in inſtrumento concordii per ipſas ambas partes predictas celebrati contentorum quam etiam juxta formam & continentiam hujuſmodi litterarum Apoſtolicarum procedi debere &c. prout in tali requiſitione latius continetur. Viſa reſponſione ex adverſo facta per dominos Sindicos & Procuratores dicti Monaſterii Corporis Chriſti in effectu dicentes per nos juſtitiam fieri debere cum certis tamen reſervationibus & proteſtationibus ut in ipſa reſponſione copioſius legitur & apparet. Viſis preterea litteris Apoſtolicis tam felicis recordationis Domini Eugenii Pape Quarti quam aliis prefati Sanctiſſimi Domini Noſtri Sixti prioribus & poſteriorum litteris de quibus in hujuſmodi commiſſione nobis & colegis directa ſit mentio ſpecialis. Tenor dictarum litterarum Domini Eugenii. Eugenius Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri Epiſcopo Tarviſino (9) ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ad ea per que Monaſteriorum ac aliorum religioſorum locorum & in illis preſertim fragili ſexu Altiſſimo famulantium perſonarum omnium utilitati conſulitur, & opportunitatibus ſubvenitur, ex injuncto Nobis deſuper Apoſtolice ſervitutis officio libenter intendimus; eaque favoribus proſequimur opportunis. Sane pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Prioriſſe, & Sororum Monaſterii Corporis Chriſti de Venetiis Ordinis S. Auguſtini per Prioriſſam gubernari ſoliti, Caſtellan. Dioc. ſub cura Fratrum Predicatorum degentium, Nobis nuper exhibita, petitio continebat, quod ſi Parochialis Eccleſia, Plebes nuncupata, S. Lucie de Venetiis, Prefate Dioc. eidem Monaſterio propinqua, ſeu contigua, in qua Corpus ejuſdem Sancte honorifice conſervatur, que parvam Parochiam habere, cuique certi annui fructus, ſive redditus non exceden-

(7) *Transferri.*) Feſtum non quidem iſtius ſed alterius tranſlationis ejuſdem Virginis *Syracuſane* celebratur die 18. Januarii, ut notat *Bailletus* in *Vita S. Luciæ* 13. Decembris.
(8) *Ameriæ.*) Vulgo *Amelia* in Umbria.
(9) Epiſcopus Tarviſinus tunc erat Vir piiſſimus Ludovicus Barbo.

dentes ſummam viginti ducatorum annuatim, & fidelium oblationes, quibus unus Sacerdos ſe commode ſuſtentare, & alia pro parte incumbentia onera ſupportare non poteſt, provenire noſcuntur, prefato Monaſterio perpetuo uniretur, annecteretur, & incorporaretur, ex hoc Eccleſiæ in divinis laudibus ſerviretur, & utilitas Monaſterio hujusmodi proveniret. Quare pro parte Prioriſſe & Sororum predictarum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſuper hoc eorum, ac Monaſterii, & Eccleſie predictorum ſtatui opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur de premiſſis certam notitiam non habentes, ac prefati Monaſterii fructuum, reddituum, & proventuum verum valorem annuum preſentibus pro expreſſo haberi volentes, hujusmodi ſupplicationibus inclinati, Fraternitati tue per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus de premiſſis omnibus, & ſingulis, ac eorum circumſtantiis univerſis auctoritate noſtra, Te diligenter informes, & ſi per informationem hujusmodi ea vera eſſe repereris, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, Eccleſiam predictam cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis eidem Monaſterio auctoritate predicta perpetuo incorpores, unias, & annectas, ita quod, cedente, vel decedente moderno Rectore prefate Eccleſie, ſeu alias illam quomodolibet dimittente, liceat Prioriſſe pro tempore exiſtenti dicti Monaſterii per ſe, vel alium, ſeu alios corporalem poſſeſſionem Eccleſie, juriumque, & pertinentiarum predictarum, auctoritate propria libere apprehendere, & perpetuo retinere, ejusque oblationes hujusmodi in ſuos, ac Monaſterii, & illius pro tempore Sororum, nec non Eccleſie prefatarum, & utilitatem convertere, & exponere, diœceſani loci, & cujuscumque alterius licentia minime requiſita. Non obſtantibus, ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujusmodi, vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales, vel generales Apoſtolice Sedis, vel Legatorum ejus litteras impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, & reſervationem, & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quas quidem litteras, & proceſſus ad dictam Eccleſiam volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis quoad executionem beneficiorum aliorum prejuditium generari, & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis, ac litteris Apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus quorumcumque tenorum exiſtant, per que preſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta, effectus eorum impediri valeant quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Volumus autem quod propter incorporationem annexionem, & unionem hujusmodi, ſi illas vigore preſentium fieri, & effectum ſortiri contigerit, dicta Eccleſia debitis non fraudetur obſequiis, ſed illi per idoneum Presbyterum ad id per Venerabilem Fratrem noſtrum Thomam Epiſcopum Feltrenſem (1) quandiu vixerit, ac eo defuncto, per Prioriſſam pro tempore Monaſterii hujusmodi eligendum in divinis laudabiliter ſerviatur, ejusque Parochianorum animarum cura excerceatur, nec non alias illius debite ſupportentur onera conſueta. Datum Florentie Anno Incarnationis Dominice 1441. Idibus Decembris Pontificatus Noſtri, Anno Undecimo. Gratis de mandato Domini noſtri Pape. (Sequuntur littere Sixti V. Abati S. Georgii & Priori S. Salvatoris date, quas videre eſt ſuperius in documento ſignato (F))

Nec non proceſſu agitato coram Abbate S. Georgii Majoris, & Priore S. Salvatoris Monaſteriorum Venetiarum tamquam delegatis Apoſtolicis, ac etiam proceſſu coram Rev. D. Archiepiſcopo Durrachienſi, & ejus Collega Dom. Paulo Ruſchono Canonico Cervienſi ac demum ſententia per ipſum Dom. Paulum Ruſchonum uti delegatum & ſubdelegatum

(1) Thomas Thomaſinus aliquando Parutam nuncupatus, de quo jam ſupra.

tum datam in favorem dicti Monaſterii Annunciate & contra Monaſterium Corporis Chriſti & appellatio a tali ſententia interpoſita. Viſo inſtrumento publico concordii deinde inter dictas partes celebrato ſub preſentibus milleſimo & indictione die vero XXVIII. Menſis Maii manu Baptiſte de Ricatis Notarii publici de quo inſtrumento in ipſis litteris Apoſtolicis fit mentio ſpecialis cujus tenor talis eſt: (Sequitur inſtrumentum tranſactionis jam ſuperius relatum littera (I).

Viſis itaque omnibus & ſingulis premiſſis illiſque bene & diligenter conſideratis Conſtito prius nobis legitime tam ex litteris Apoſtolicis quam proceſſibus ſuperinde agitatis ac etiam aliunde ex fidedigna informatione omnia & ſingula per Prioriſſam & Conventum dicti Monaſterii S. Marie aſſerta prefato SS. Dom. Noſtro Sixto & narata quæ in eiſdem litteris Apoſtolicis nobis directis continentur & ſpecificantur fuiſſe & eſſe vera concordiam predictam & prout eam concernunt omnia & ſingula in predictis inſtrumentis contenta auctoritate Apoſtolica qua fungimur in hac parte tenore preſentium approbamus & confirmamus pronunciamus & declarantes Eccleſiam S. Lucie cum cura animarum ejus Parochie ac domo capellani orto & omni eo & toto terreno exiſtente in circuitu dicte contrate S. Lucie ſpectare & pertinere dominabus Prioriſſe & Monialibus Annunciate prefatis juxta continentiam dicti inſtrumenti concordii & ſupplere volentes defectus in hac parte declaramus quod prefate Domine Prioriſſa & Conventus Monaſterii Annuntiate facultatem habeant inſtituendi & deſtituendi capellanos cure animarum dicte Parochie & regimini ipſius Eccleſie S. Lucie per eas pro tempore deputandos dantes & concedentes etiam licentiam & facultatem eiſdem dominabus conſtruendi & fabricandi tam in dicta Eccleſia S. Lucie quam extra ut in dicto inſtrumento concordii continetur Prefatiſque Prioriſſe & Conventui dicti Monaſterii Corporis Chriſti eadem auctoritate Apoſtolica licentiam concedimus & elargimur ipſum ſacratiſſimum Corpus S. Lucie de predicta Eccleſia & capella in qua hactenus conſervari conſuevit transferri faciendi ad prefatum Monaſterium Corporis Chriſti & conſtruendam capellam hujuſmodi juxta concordiam predictam cum ornamentis paramentis ac bonis predictis de quibus in ipſo concordii inſtrumento publico continetur decenter & cum ſolemnitatibus in ſimilibus Sanctorum corporum translationibus ſervari ſolitis, & illud inibi conſervandi. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis ac ceteris aliis omnibus que prefatus Sanctiſſimus Dominus Noſter in dictis ejus litteris Apoſtolicis voluit & decrevit non obſtare juxta earumdem litterarum continentiam & tenorem. Taxamus inſuper ſ. Jacobo Notario hujus cauſe pro proceſſu & ſententia in publicam formam redigenda pro mercede ſua ducatos decem ſolvendos pro medietate a dictis ambabus partibus.

Lata Data & promulgata fuit ſupraſcripta pronuncia executorialis per prefatum D. Plebanum delegatum & executorem Apoſtolicum antedictum & lecta per me Jacobum Notarium cauſe Venetiis in domo ſolite habitationis dicti D. Plebani Preſentibus Vener. Viris Presbyteris Andrea de ceſanis Monaſterii Corporis Chriſti & Joanne Galetto Monaſterii Annunciate predictorum capellanis & ſ. Joanne q. Georgii ſiutore D. Marci ſrigerii & ſ. Aloviſio Zane teſtibus ad promiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis die vigeſimo Septembris Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto Indictione nona Pontificatus vero SS. D. N. Sixti divina providentia Pape IV. Anno Sexto.

Preſentibus dictis Dom. procuratoribus & Sindicis dicti Monaſterii Corporis Chriſti & predicte pronuncie in parte & partibus ac punctis & articulis que faciunt ſeu facerent in prejudicium dicti Monaſterii ſive Conventus Corporis Chriſti non

conſentientibus imo proteſtantibus de ſe appellando ſi ſibi videbitur a dicta pronuncia in paſſibus punctis & articulis contra dictum Monaſterium Corporis Chriſti facientibus. Preſentibus etiam prefatis dominis Sindicis & procuratoribus Monaſterii & Conventus S. Marie Annuntiate & predicte pronuncie non conſentientibus niſi in parte & partibus faciente & facientibus in favorem dicti Monaſterii & Conventus Annuntiate & non aliter nec alio modo.

Abbas Sanctæ Mariæ de Barbana Subdelegatus Apoſtolicus ſtatuit Sanctimonialibus tum Corporis Domini, tum Sanctæ Luciæ ſpatium trium dierum pro deciſione controverſiæ de translatione Corporis Sanctæ Luciæ.

M 1476. 22. Novembris.

Ex Archivo S. Luciæ Venetiarum.

FRanciſcus de Machaſoleis Dei gratia Abbas Monaſterii Sancte Marie de Barbana (1) Ordinis Sancti Benedicti in Civitate Venetiarum commorans, Cauſe & partibus infraſcriptis Judex, Commiſsarius & Executor Apoſtolicus a Rev. Domino Lodovico Dei gratia Abbate Monaſterii Sancti Georgii Majoris Venetiarum, prout Judice & Commiſsario Unico a Sede Apoſtolica Delegato & deputato quemadmodum ex tenore ſequentium inſertarum litterarum Apoſtolicarum videtur dignoſci & contineri, Subdelegatus ac Deputatus: Venerabilibus & religioſis ac nobis in Chriſto dilectis Dominabus Prioriſſe & Monialibus ſive Conventui Sancte Marie Annunciate Venetiarum Ordinis Sancti Auguſtini, ſive eorum Sindicis & Procuratoribus Salutem in Domino ſempiternam preſentibusque fidem indubiam adhibere noſtrisque hujusmodi immo verius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis. Litteras Rev. in Chriſto Patris Dom. Lodovici Dei gratia Abbatis Monaſterii Sancti Georgii Majoris Venetiarum, prout Judicis & Commiſsarii Apoſtolici unici a Sede Apoſtolica ſpecialiter deputati in forma patenti ſubdelegationis ſanas & integras non in aliqua parte ſui ſuſpectas, ſed omni vitio & ſuſpicione carentes ipſius Rev. Domini Lodovici Abbatis bulla cum impreſſione ad cartam purpuream ſigillatas prout in eis prima facie apparebat, nobisque in Notarii publici & teſtium infraſcriptorum preſentia pro parte & ad inſtantiam Venerabilium & religioſarum Dominarum Prioriſse & Monialium ſive Conventus Monaſterii Corporis Chriſti Venetiarum etiam Ordinis S. Auguſtini, Noveritis nos cum ea qua decet reverentia ſuſcepiſse, quarum quidem litterarum Subdelegationis tenor ſequitur, & eſt talis. Videlicet Ludovicus Dei gratia Abbas Monaſterii Sancti Georgii Majoris Venetia-

(1) Monaſterium S. Mariæ de Barbana in Inſula ſitum eſt prope urbem Gradenſem ad Septentrionalem plagam. Fundationis ejus meritum Eliæ Patriarchæ Aquilejenſi tribuitur circa ſæculum VI. De eo conſule Ughel. Tom. V. in Aquileienſ. Patriarchis. In Eccleſia hujuſce Monaſterii colitur prodigioſa Deiparæ imago, ad quam confluunt devotionis intuitu frequentes proximorum locorum populi.

tiarum, Judex & Commiſſarius unicus cauſe & partibus infraſcriptis a Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatus. Rev. nobis in Chriſto dilecto Domino Franciſco de Machafoleis Abbati Monaſterii Sancte Marie de Barbana Ordinis Sancti Benedicti in Civitate Venetiarum commoranti ſalutem in Domino: Litteras Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Sixti divina providentia Pape Quarti ſanas ſiquidem & integras, non viciatas, non cancellatas, non abraſas, aut in aliqua earum parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio & ſuſpicione carentes, prout in eis prima facie apparebat vera ipſius Sanctiſſimi Domini noſtri Pape bulla plumbea ad cordulam canapis more Romane Curie impendenti munita, nobiſque in Notarii publici ac teſtium fidedignorum preſentia pro parte & ad inſtantiam Venerabilium & religioſarum Dominarum Prioriſſe, & Monialium ſive Conventus Monaſterii Corporis Chriſti Ordinis Sancti Auguſtini preſentatas; quarum quidem litterarum tenor talis eſt. Videlicet. Sixtus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Abbati Monaſterii Sancti Georgii Majoris Venetiarum Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Humilibus ſupplicum votis libenter annuimus eaque favoribus proſequimur opportunis. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Prioriſſe & Conventus Monaſterii Corporis Chriſti Venetiarum per Prioriſſam ſoliti gubernari Ordinis Sancti Auguſtini ſub cura, & ſecundum inſtituta Ordinis Fratrum Predicatorum viventium petitio continebat, quod olim dilecte in Chriſto filie Prioriſſa, & Conventus Monaſterii Sancte Marie Annunciate etiam Venetiarum dicti Ordinis per Prioriſſam ſimiliter ſoliti gubernari, pretendentes quod orta dudum inter ipſas & prefatas Prioriſſam & Conventum dicti Monaſterii Corporis Chriſti ſive Procuratores & Sindicos earumdem ſuper Parochiali Eccleſia Plebe nuncupata Sancte Lucie etiam Venetiarum dicto Monaſterio Corporis Chriſti canonice unita, ipſiuſque juribus, & pertinentiis ac rebus aliis tunc expreſſis materia queſtionis, partes ipſe cupientes parcere laboribus & expenſis, & dicta Monaſteria ab incommodis relevare, invicem ſuper his ad quandam tunc expreſſam concordiam devenerunt, quodque Prioriſſa & Conventus Monaſterii S. Marie hujuſmodi parate, quantum in eis eſſet, concordiam predictam adimplere exiſtebant noſtras ſuper ipſius concordie confirmatione ad dilectum filium Plebanum Eccleſie Sancti Fantini Venetiarum, & alios ejus in ea parte collegas eorum propriis nominibus non expreſſis ſub certa forma litteras impetrarunt, ac illarum pretextu aſſerentes premiſſa tempore impetrationis earumdem litterarum, & tunc fore vera dictas Prioriſſam & Conventum Monaſterii Corporis Chriſti ſuper hoc inter alia petendo concordiam hujuſmodi confirmari; nec non prefatas Prioriſſam, & Conventum Monaſterii Corporis Chriſti condemnari, & compelli ad obſervandum concordiam hujuſmodi coram dilecto filio Marco Plebano dicte Eccleſie traxerunt in cauſam, idemque Plebanus in ea procedens diffinitivam, per quam inter aliam dictam concordiam confirmavit, nec non dictis Prioriſſe & Conventui Monaſterii Sancte Marie, ut fabricare & eligere Capellanos, & illos deſtituere in dicta Parochiali Eccleſia poſſint, ut Prefati Prioriſſe, & Conventui Monaſterii Corporis Chriſti transferendi ſolempniter Corpus Sancte Lucie de Parochiali Eccleſia predicta ad ipſum Monaſterium Corporis Chriſti, ſive ad capellam de novo inibi faciendam licentiam conceſſit ſententiam promulgavit; a qua quidem ſententia pro parte earumdem Prioriſſe & Conventus Corporis Chriſti in ea parte, qua contra ipſas lata fuit, ad Sedem fuit Apoſtolicam appellatum, & deinde nobis humiliter ſupplicatum ut appellationis hujuſmodi, nec non poſt & contra eam forſitan attemptatorum nullitatiſque totius proceſſus dicti Plebani cauſas ali-

cui-

quibus probis viris in partibus illis committere aliasque eis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur hujusmodi ſupplicationibus inclinati diſcretioni tue per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis dicta Prioriſſa & Conventu Sancte Marie & aliis qui fuerint evocandi, auditisque hinc inde propoſitis, quod juſtum fuerit, appellatione remota decernas, faciens quod decreveris per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari, teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili appellatione ceſſante compellas veritati teſtimonium perhibere. Non obſtantibus Apoſtolicis Conſtitutionibus contrariis quibuscumque, ſeu ſi dicto ordini aut quibusvis aliis communiter vel diviſim ab eadem Sede indultum exiſtat, quod ipſi aut ipſius ordinis perſone ad judicium trahi aut ſuſpendi vel excommunicari, ſeu ſi ipſi aut dicti ordinis loca interdici non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, & qualibet alia dicte Sedis Indulgentia generali vel ſpeciali cujuscunque tenoris exiſtat, per quam preſentibus non expreſſam vel totaliter non inſertam tue jurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri vel differri, que quo ad hoc ipſis volumus aliquatenus ſuffragari.

Datum Fulginei Anno Incarnationis Dominice milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto Kal. Octob. Pontificatus noſtri Anno Sexto.

Quarum quidem litterarum Apoſtolicarum vigore mandata Apoſtolica reverenter exequendo per nos decrete fuerunt littere citatorie ac inhibite, ac ex poſtea ulterius ad nonnullos actus & terminos extitit proceſſum, & prepediti noſtris negotiis causam ipſam ſubdelegaveramus Venerabilibus Viris Dominis Joſeph de Moiſis Sancti Johannis Chriſoſtomi, ſeu Marco Maza Sancti Pantaleonis Venetiarum Eccleſiarum Plebanis reſervata tamen nobis tunc poteſtate quocunque tempore, quo nobis viſum fuerit & placuerit ipſam cauſam advocare & ad nos aſſumere. Quorum alter videtur ſe excuſaſſe, alter vero recuſaſſe & refutaſſe ſubdelegationem hujusmodi &c. prout latius in proceſſu ejusmodi cauſe coram nobis agitato, & apud acta Johannis de Pago Notarii cauſe per nos electi & deputati contineri dignoſcitur, vosque ex eiſdem inspicere poteritis. Verum quia nos quampluribus ordinis ac religionis noſtre ſumus in preſentiarum prepediti negotiis, & etiam nos opportet ab hac Civitate Venetiarum, & Monaſterio noſtro Sancti Georgii predicto in brevi recedere & ad extranea loca ſe transferre Cognitioni, proſecutioni, & deciſioni cauſe, & negotii hujusmodi attendere & vacare minime valeamus. Idcirco de prudentia & legalitate veſtra plurimum confidentes vobis Rev. Domino Franciſco de Machaſoleis Abbati antedicto ipſam cauſam ſubdelegamus ac plenarie & in totum vices noſtras dimittimus requirentes vos, quatenus in negotio hujusmodi nobis ut ſupra commiſſo, ac vobis per nos ſubdelegato procedatis ſecundum traditam nobis ab eadem Sede Apoſtolica formam ad omnes & ſingulos actus, & terminos ac alias prout de jure fuerit procedendum usque ad ſententiam diffinitivam incluſive & in totum vel alias & quemadmodum nos vigore earumdem litterarum Apoſtolicarum ſedere & procedere valebamus, aut quoquomodo valemus ſeu poſſumus; volentes nihilominus quod caſu quo vos hujus ſubdelegationis onus acceptare & aſſumere nolueritis & recuſaveritis, ex nunc prout ex tunc & e contra cauſam ipſam Rev. & Nob. Viro D. Franciſco Georgio q. Magnif. Dom. Marci Archidiacono Concordienſi Venetiis commoranti, modo & forma ut ſupra, vobis ſubdelegatam usque ad ſententiam diffinitivam incluſive in totum, ac plenarie ſibi eo caſu vices

no-

noſtras committendo. In quorum fidem preſentes fieri juſſimus per Johannem de Pago Notarium cauſe infraſcriptum per nos deputatum noſtrique ſigilli impreſſione communiri, ac vobis & Sindicum & Procuratorem, ſeu Sindicos & Procuratores Monialium Corporis Chriſti preſentari & intimari.

Datum & actum Venetiis in Monaſterio Sancti Georgii Majoris Anno a Nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti MCCCCLXXVI. Indictione nona die vigeſima prima menſis Novembris Pontificatus prefati Sanctiſſimi Domini noſtri Domini Sixti Pape IV. Anno ſexto. Preſentibus Domino Hilario qu. Domini Andree Cavatia Monaco dicti Monaſterii Sancti Georgii Majoris, & Fratre Benedicto quond. Romaneli de Manfredonia, ac Presbyt. Paſchalino Rombolo teſtibus vocatis & rogatis Johannes de . . . . . de Pago Notarius cauſe mandato ſubſcripſit.

Poſt quarum quidem litterarum ſubdelegationis preſentationem, receptionem & conſpectionem nobis, & per nos ut premittitur factas, fuimus pro parte & ad inſtantiam Domini Procuratoris dictarum Venerab. Dominarum Prioriſſe, & Monialium Corporis Chriſti Venetiarum, debita cum inſtantia requiſiti, quatenus ad executionem earumdem litterarum ſubdelegationis, & contentorum in eis procedere deberemus juxta traditam ſeu directam in eisdem litteris nobis formam ac legationem legitimam contra & adverſus vos Ven. Dominas Prioriſſam, & Moniales & Conventum Monaſterii Sancte Marie Annuntiate de Venetiis predictas in eisdem litteris ex adverſo principaliter nominatas, omneſque alios & ſingulos ſua communiter vel diviſim intereſſe putantes, & in preſentium executionem nominandos juxta & ſecundum prenominatarum litterarum vim formam & tenorem. Nos igitur Franciſcus Abbas Judex, & Commiſſarius ſubdelegatus antedictus viſis litteris ſubdelegationis antedictis, attendentes requiſitionem hujusmodi fore honeſtam & conſonam rationi. Volenteſque in cauſa & cauſis hujusmodi, ac inter partes in ipſa commiſſione contentas rite & legitime procedere, ac partibus ipſis dante Domino juſticiam miniſtrare ut tenetur, auctoritate predicta & qua fungimur in hac parte vos Venerab. Dominas Prioriſſam Moniales & Conventum Sancte Marie Annuntiate, omneſque alios & ſingulos ſupradictos, & veſtrum quemlibet in ſolidum tenore preſentium citamus requirimus & monemus, quatenus tertia die immediate ſequenti poſt preſentationem vel affixionem preſentium in valvis Monaſterii veſtri Annuntiate, ut infra ſi dies ipſa tertia juridica fuerit, ſin autem alia die juridica, ex tunc immediate ſequenti de mane hora tertiarum in domo noſtre reſidentie ſite in contrata Sancte Lucie, quorum trium dierum unum pro primo, unum pro ſecundo, & reliquum unum pro tertio & ultimo ac peremptorio termino canonica monitione vobis & veſtrum cuilibet aſſignamus coram nobis vos Domine Prioriſſa Moniales & Conventum Annuntiate predicte ſaltem per Procuratorem & Sindicum, ſeu Sindicos & Procuratores veſtros idoneum ſeu idoneos de cauſa hujusmodi ſufficienter inſtructos comparere debeatis cum omnibus, & ſingulis actis & actitatis, litteris, ſcripturis, juribus, inſtrumentis, & monimentis hujusmodi cauſam tangentibus aut eam . . . . . quolibet concernentibus ad procedendum . . . . . in hujusmodi cauſa & ad dicendum allegandum, proponendum, opponendum, & excipiendum quicquid volueritis, ſeu aliquis vel veſtrum aliqua voluerit prefatiſque Venerab. Dominabus Prioriſe Monialibus & Conventui Monaſterii Corporis Chriſti, princi-pal. . . . ſeu earum Dominis Sindicis & Procuratoribus pro eis decet ſuper omnibus & ſingulis in dicta nobis facta & preſentata ſubdelegationis commiſſione contenta de juſticia reſponſuris, ac in jure de & ſuper his que a vobis ſeu aliqua

ve-

veſtrum & contra hos dicere voluerit ſeu voluerint, & per vos fieri poterit aut poterint vigore & tenore preſentium ſupraſcriptarum litterarum in cauſa que ipſa procedendum & procedi videndum, aliasque in cauſa, & cauſis hujusmodi ad omnes & ſingulos actus & terminos gradatim & ſucceſſive usque ad ſententiam diffinitivam incluſive, debitis tamen & conſuetis terminis, & dilationibus precedentibus, ut eſt moris, proceſſuris, & procedi viſuris, aliasque dicturis, facturis, audituris, allegaturis, & recepturis quicquid juſtitia ſuadebit, & ordo dictaverit rationis. Vos nihilominus Dominas Prioriſſam & moniales omnesque alios & ſingulos ſupradictos certificantes, quod ſive in dicto citationis termino trium dierum comparueritis ſive non, Nos nihilominus procedemus in dicta cauſa ad partis requirentis inſtantiam prout juſtitia ſuadebit, & ordo dictaverit rationis, veſtra ſeu alicujus veſtrum contumatia in aliquo non obſtante. In quorum fidem, & teſtimonium omnium & ſingulorum premiſſorum preſentes noſtras litteras per Johannem de Pago Notarium publicum inſtrumentum in ſcribam hujus cauſe aſſumptum, & electum ſcribi & fieri noſtrique ſoliti ſigilli juſſimus, & fecimus impreſſione muniri ac vobis Venerab. Dominabus Prioriſſe Monialibus, & Conventui S. Marie Annuntiate predicte intimari & notificari, vosque in valvis unius porte Monaſterii veſtri predicti Annuntiate per Presbyt. Paſcalinum Rombolo de Muriano, nuntium in hujusmodi cauſa aſſumptum patenter affigi, de quarum intimatione ſeu affixione ejusdem nuncii relationis preſtabamus & dabamus indubiam fidem.

Datum & actum Venetiis in domo noſtre habitationis ſita in Contrata Sancte Lucie preſentibus Domino Presbyt. Clemente q. f. Michaelis de Padua Capellano Dominarum Monialium Corporis Chriſti, & eximio legum Doctore Domino Johanne Franciſco de Paſiis de Arimino Padue commorante teſtibus ad hec habitis vocatis & rogatis. Anno a Nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto Indictione nona die vigeſimo ſecundo menſis Novembris Pontificatus prefati Sanctiſſimi D. noſtri D. Sixti divina providentia Pape Quarti anno ſexto.

Johannes de . . . . de pago Not.
Cauſe de mandato ſubſcripſit.

Procu-

Procurator Monaſterii S. Mariæ Annuntiatæ provocat ad Sedem Apoſtolicam ſuper ſententia Abbatis de Barbana Judicis Subdelegati.

1476. 17. Decembris.

Ex Archivo S. Luciæ de Venetiis.

IN Chriſti nomine Amen. Anno Nativitatis ejusdem milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto Indictione nona die vero Martis decimoſeptimo Decembris, Pontificatus infraſcripti Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini Noſtri D. Sixti divina providentia Pape IV. Anno Sexto. Coram infraſcripto Rev. D. Franciſco de Machaſoleis Dei gratia Abbate tanquam a ſupraſcripto ſubdelegato Apoſtolico conſtituti Spectabilis vir D. Baldaſſar Diedo Domini Franciſci patricius Venetus, & egregius vir Dominus Marcus Frigerius tanquam procuratores & procuratoriis nominibus Venerabilium Dominarum Prioriſſe & monialium Monaſterii Beate Marie Nuntiate Venetiarum infraſcriptarum interpoſuerunt appellationem in ſcriptis tenoris infraſcripti dicentes, provocantes, appellantes, & proteſtantes in omnibus & per omnia, prout in ea continetur. Qui Rev. D. Abbas prefatus petiit copiam hujusmodi appellationis cum termino ad diem veneris proxime futuram de mane ad ... dendum ſuperinde monendo dictos dominos procuratores pro dicta die & hora ad audiendum ejus reſponſionem. Actum Venetiis in domo habitationis ipſius Rev. D. Abbatis apud Monaſterium Corporis Chriſti preſentibus Ven. Viro D. Presb. Joanne Petro de nave de contrata Sancte Sophie in domibus de cha Zeno, & ſ. Jacobo Anaſtaxii a Turri de contrata S. Hieremie teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Tenor dicte appellationis.

Coram vobis Rev. in Chriſto Patre Domino Franciſco de Machaſoleis Abbate Monaſterii S. Marie de Barbana Venetiis commorante, tanquam a ſupraſcripto ſubdelegato a Rev. Patre D. Ludovico Abbate Monaſterii S. Georgii Majoris Venetiarum pretenſo delegato apoſtolico cauſe cujusdam aſſerte appellationis, ut dicitur, interpoſite pro parte Venerabilium Dominarum Prioriſſe & Monialium Monaſterii Corporis Chriſti Venetiarum in confirmatione facta Apoſtolica auctoritate per Ven. Virum D. Plebanum Eccleſie S. Fantini etiam Venetiarum concordie & Conventus alias factarum, & ſecutarum inter predictas Prioriſſam & Moniales prefati Monaſterii Corporis Chriſti, & Ven. Dominas Prioriſſam & Moniales Monaſterii Annunciate antedicte; Comparent, & ſe preſentant Nobilis Patricius Venetus D. Baldaſſar Diedo Domini Franciſci, ac Vir egregius Dominus Marcus Frigerius, & quilibet eorum de per ſe, prout melius fieri poteſt & debet de jure ad validitatem preſentis actus tanquam procuratores & ſindici dicti Monaſterii Annunciate cauſa & occaſione cujusdam veſtre pretenſe ſententie ſi modo tale nomen hinc meretur, quod omnino negatur, & infra demonſtrabitur, quo nomine nuncupari debeat, per quam vos parum Deum pre oculis habens, ac veſtri honoris prodigus cenſuras Eccleſiaſticas damnabiliter incurrendo, ac litem veſtram faciendo pronuntiaſtis in hunc modum, etiam poſt inhibitionem vobis per judicem ad quem legitime factam, videlicet ſententiamus, pronunciamus, & termina-

namus ſententiam ſive pronuntiam latam per Dominum Plebanum S. Fantini fuiſſe & eſſe nullam, nulliusque roboris vel momenti, una cum toto proceſſu per eum facto, & injuſtam ac iniquam cauſis & rationibus in appellatione interpoſita pro parte Venerab. Dominarum Monialium Corporis Chriſti deſcriptis & notatis, & aliis que ellici poſſunt ex pronuncia predicta & proceſſu per eumdem Dominum Plebanum formato, & per conſequens bene pro parte dictarum Venerab. dominarum Corporis Chriſti fuiſſe appellatum, ſive de nullitate dictum & male ac nulliter fuiſſe pronuntiatum, & ſententiatum per eum. Deinde per eamdem noſtram ſententiam ac preſentium tenorem revocamus omnia & ſingula acta facta & attentata poſt & contra dictam appellationem, & inhibitionem alias factas per Dominum Abbatem S. Georgii Majoris, reducimusque dictas Ven. dominas moniales Monaſterii Corporis Chriſti in ſtatum priſtinum ad Eccleſiam S. Lucie predicte cum ipſius domibus orto & cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis, injungentes & mandantes auctoritate Apoſtolica predicta præfactis dominabus Prioriſſe, & Conventui S. Marie Annunciate Vid. Domine Prioriſſe ſub excommunicationis pena late ſententie, Conventui vero ſub pena interdicti late ſententie, reſervantes nobis jus & facultatem ipſam, & ipſum reagravandi, & contra eam vel eum rigidius procedentibus, ſi, & in quantum eſſet ſeu eſſent rebellis vel rebelles, & non pareret ſeu parerent ſemel, & pluries ac quotiens opus fuerit, & nobis videbitur, ut reſtituant cum effectu dictis Dominabus Monialibus Corporis Chriſti Domos ſuas, ipſe Domine moniales Annuntiate deſtrui fecerunt, que erant dicte Eccleſiæ S. Luciæ, ſive Conventus Corporis Chriſti, condemnantes inſuper dictas moniales & Conventum Annunciate in expenſis, tam factis quam fiendis, quarum taxationem nobis impoſterum reſervamus. Hic eſt tenor dicte veſtre aſſerte ſententie prefate, Domine Abbas, poſt inhibitionem vobis, ut dictum eſt, per judicem, ad quam legitime factam nimis inconſiderate fulminate comparent etiam cauſa & occaſione omnium aliorum inde ſecutorum, & que in futurum quoquo modo fortaſſe ſequi poſſent & fieri, aut per vos aut ex veſtra pretenſa commiſſione in prejudicium, & damnum predictarum dominarum Prioriſſe & monialium ac Conventus predicti Monaſterii Annuntiate, tam conjunctim, quam diviſim, & jurium ſuorum tam occaſione dicte Eccleſie S. Lucie, ac jurium & pertinentiarum, ſuarum ad dictum Monaſterium Annunciate pleno jure ſpectantium, quam quacunque alia ratione vel cauſa dicto nomine dicentes & allegantes, ac dicens & allegans, quod quamvis predicta omnia & ſingula tanquam nulla, temeraria, & præſumptuoſa per vos attentata non ſolum pendente legitima ac rationabili appellatione dictarum Monialium Annunciate coram dicto Domino Abbate S. Georgii Majoris interpoſita, rationibus ac cauſis in ea expenſis, & vobis dicto D. Abbati ſtatim a principio legitime intimata, verum etiam poſt inhibitionem vobis legitime factam per judicem ad quem, & ſic per judicem datum ſuper cauſa dicte appellationis dictarum Monialium Annunciate per quam inhibitionem ſtatim fuerunt vobis ligate manus, ut eſt in jure clarum abſque ullius appellationis remedio per dictum judicem, ad quem ſtatim & ante omnia ſint & veniant revocanda, pronunciato etiam vos incidiſſe penas & cenſuras a jure contra ejuſmodi attentatores ſtatutas, prout etiam Domino concedente, quando tempus & facultas dabitur, ita fiet, tamen ad abbundantem cautellam, volentes etiam uti remedio appellationis, quatenus opus ſit, & hoc expediat dicto Monaſterio Annuntiate, & non ali-

aliter nec alio modo, & non propter hoc recedentes a remedio eis a jure conceſſo per viam attentati, nec a quacunque alia appellatione earum nomine interpoſita, quatenus facit in favorem jurium ſuorum, & non aliter nec alio modo, tanquam ſentiens ſeſe nomine antedicto ac prefatam D. Pioriſſam & Conventum dictarum Dominarum Monialium Annunciate gravatos, gravatam & gravatum ex tali aſſerta ſententia, omnibusque & ſingulis in ea contentis, connexis, dependentibus atque acceſſoriis ab illa & ad illam, & ne majus gravamen fortaſſe exinde ſequi eis poſſet non appellando, modo & forma, prout infra, dicunt & dicit dictam aſſertam ſententiam & omnia & ſingula in ea contenta cum dependentiis, connexis & acceſſoriis, & quecunque inde ſecuta ac ſecutura fuiſſe & eſſe nulla, nulliusque roboris vel momenti, penitusque invalida, temeraria, ac preſumpta & temere attentata, rationibus & cauſis inferius allegandis, & multis aliis ſuis loco & tempore demonſtrandis, ſi & prout opus erit, & in quantum eſſet aut eſſent aliqua, quod penitus negatur, prius etiam ita eſt negandum ab ipſa, & ab ipſis tanquam iniqua & injuſta, & iniquis & injuſtis imo injuſtiſſimis appellant & appellat ad ſanctam Sedem Apoſtolicam ac Sanctiſſimum Dominum Noſtrum D. Sixtum Papam IV. Apoſtolos petentes & petens ſemel, bis, & tertio inſtanter, inſtantius & inſtantiſſime, cujus protectioni atque defenſioni ſeſe dicto nomine ac predictas D. Prioriſſam & Conventum dictumque Monaſterium Annunciate & jura ſua omnia, tam dicte Eccleſie S. Lucie cum omnibus pertinentiis ſuis, quam quarumcunque aliarum rerum ſuarum ſubmittunt & ſubiiciunt, ſive ſubmittit & ſubiicit, proteſtantes ac proteſtans, quod hac ſua appellatione pendente, modo quo ſupra, interpoſita, nil debeat per vos aut per aliquam aliam interpoſitam perſonam quoquo modo innovari contra Monaſterium Dominam Prioriſſam ac Conventum predictum ſub penis & cenſuris a jure ſtatutis & ſpecialiter, & expreſſe contra perſonam veſtram ac bona veſtra omnia tam patrimonialia quam beneficialia proteſtantes & proteſtans de omnibus damnis, expenſis, & intereſſe, tam incurſis quam in futurum incurrendis per dictum Monaſterium, ac predictas Dominas Prioriſſam & Moniales Annunciate occaſione talis veſtre aſſerte ſententie, & ejusmodi attentatorum, ac in futurum adhuc magis per vos fortaſse attentandorum, que omnia & ſingula predicti Domini Sindici, & Procuratores, ac quibus eorum dicunt, proponunt & allegant, ac dicit proponit & allegat appellando provocando, ac de nullitate dicendo & proteſtando, non tantum modo predicto, verum etiam omni alio meliori validiore atque efficaciore, de quibus non tamen ſe arctantes ad aliquam ſuperfluitatem, aut magis ad unum quam ad aliud cum intendant & intendat uti & proſequi, quod ſit magis proficuum & utile dictis Monaſterio & Conventui diviſim & conjunctim pro conſervatione ac tuitione jurium ſuorum circa premiſsa & alia jura ſua. Cauſe autem nullitatis dicte aſserte ſententie ſunt infraſcripte, maxime & multe alieque ex actis apparent & ſuis loco & tempore demonſtrabuntur, ſi & prout opus erit, & non aliter nec alio modo. Prima quoniam lata a vobis Domino Abbate nullam penitus jurisdictionem habente prout nec pretenſus delegatus veſter aliquam habuit jurisdictionem rationibus & cauſis coram eo alias deductis & allegatis. Secunda quoniam ipſe Dominus pretenſus delegatus non potuit facere talem pretenſam ſubdelegationem vobis, cum ipſe eſset & ſit irretitus cenſuris Eccleſiaſticis rationibus & cauſis in appellatione coram eo interpoſita pro parte dicti Monaſterii expreſſis,

vobis etiam intimata. Tertia quoniam ſtante predicta appellatione legitime ac rationabiliter interpoſita ipſe Dominus Abbas Sancti Georgii nullam habuit poteſtatem faciendi talem Subdelegationem vobis. Quarta quoniam vos fulminaſtis talem veſtram aſſertam ſententiam, poſtquam dicte Domine Moniales Corporis Chriſti fuerant legitime citate per judicem, ad quem, & per ipſum vobis fuerat canonice inhibitum, cui commiſſa erat & eſt cauſa dicte appellationis per Sedem Apoſtolicam predictam inhibitionem ſpernendo in vilipendium Sedis Apoſtolice, & ſic incurriſtis ſtatim penam excommunicationis a jure latam propter ejuſmodi contemptum, ex quo capite etiam dicta ſententia redditur nulla, tanquam ab excommunicato promulgata, vertendo terga nuntio jurato, qui dictam inhibitionem vobis preſentavit, & alta voce illam vobis intimavit cum vos ipſam acceptare tunc recuſaveritis, & propterea poſtea in porta Domus veſtre illa affixa fuerit, quam etiam lacerari feciſtis, propterque jura ſtatuerunt ejuſmodi ſententias taliter promulgatas non poſſe dari aut appellari ſententias, ſed ſolummodo actum quemdam temerarium, & preſumptuoſum multum a jure damnatum, & propterea punibilem &c. Quinta quoniam vos pronunciaſtis contra illud, quod predicte Vener. Domine Moniales Corporis Chriſti, & magnifici Domini Procuratores earum ſua ſponte fecerunt, & factum eſſe voluerunt, quod dicte Domine Moniales Annunciate videlicet haberent, & habere deberent dictam Eccleſiam Sancte Lucie cum orto, domo &c. prout in pactionibus & concordia inter ipſas factis legitur, Apoſtolica auctoritate de voluntate dictorum Dominorum Procuratorum Corporis Chriſti confirmatis. Sexta quoniam vos pronunciaſtis ſuper eo, quod non continetur in commiſſione facta a Sede Apoſtolica dicto Domino Abbati S. Georgii, qui dicitur nobis cauſam ſubdelegaſſe. Nam in illa dicebatur, quamvis contra veritatem, quod iſte Judex datus ad confirmandum dictam concordiam exceſſerat modum ſue commiſſionis in tali ſua confirmatione, & ſuper hoc dicebatur datus Judex dictus Dominus Abbas. Unde quando hoc fuiſſet verum, quod tamen omnino fuit & eſt falſum, quoniam in nullo fuit exceſſus modus, vos tantummodo habuiſſetis declarare talem aſſertum exceſſum, in quo & quomodo fuiſſet exceſſum, non autem pronunciare, quod dicte Domine Moniales Corporis Chriſti debeant habere dictam Eccleſiam Sancte Lucie &c. prout temere feciſtis contra formam dicte concordie & conventionum predictarum, a quibus non licet diſcedere, nec ſupra Eccleſia illa pendebat, aut pendet aliqua diſcordia, prout eſt notorium. Septima quoniam vos fundaſtis dictam veſtram aſſertam ſententiam in falſa cauſa, allegans quod fuit renuntiatum pro parte dicti Monaſterii Annunciate appellationis ejus nomine interpoſite coram dicto Domino Abbate Sancti Georgii Majoris, quod eſt omnino falſum & ſomnioſum. Item multis aliis rationibus, quas nunc narrare eſſet nimis laborioſum, allegandis tamen ſuis loco & tempore, prout opus erit &c. Salvis omnibus aliis juribus dicti Monaſterii &c. non ſe tamen aſtringeretur, aut aſtringens &c.

In Chriſti nomine Amen. Anno Nativitatis ejuſdem milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto Indictione nona die vero vigeſimo Decembris. Coram Rev. Patre Domino Abbate tanquam pretenſo Subdelegato Apoſtolico prefato Conſtitutus Spectab. Dom. Baldaſſar Diedo tanquam Procurator, & Sindicus dicti Monaſterii Annuntiate dixit comparuiſſe pro audiendo reſponſionem prefati Domini Abbatis circa admiſſionem vel non hujuſmodi appellationis. Qui Rev. Dominus Abbas reſpondit in omnibus & per omnia, prout in ſcriptura hujuſmodi infraſcripta contine-

tinetur . Nos Franciſcus de Machaſoleis Abbas Monaſterii Sancte Marie de Barbana in Civitate Venetiarum commorans, & commiſſarius cauſe & partibus infraſcriptis Subdelegatus Apoſtolicus volens reſpondere aſserte appellationi interpoſite pro parte Ven. Dominarum Prioriſse Monialium , & Conventus Sancte Marie Annuntiate de Venetiis , licet ex frivolis cauſis in ea deductis deferendum non eſset , nihilominus eidem appellationi tanquam filius obedientie mandatorum Apoſtolicorum deferimus , aſſignando dictis Venerab. Dominabus Prioriſse & Monialibus ac Conventui Annuntiate ſive earum Procuratorum acta , & proceſsum cauſe coram nobis actitatum pro Apoſtolis reverentialibus accipiendis a Notario cauſe in termino dierum quindecim , & etiam aſſignamus eis terminum unius menſis ad proſequendum , iter arripiendum , & fidem faciendum de earum ſive eorum proſecutione . Requirentes nos Notarium tanquam perſonam publicam , quatenus preſentem ſcripturam manu noſtra propria ſcriptam ac ſigillo noſtro munitam vobis per nos actualiter exhibitam redactam in actis noſtris. Actum in domo habitationis dicti Rev. Domini Abbatis . Preſentibus Presbyter. Paſqualino Rombolo , & Presb. Aloviſio Capellano Monaſterii Annuntiate , & ſ. Victore Urſio q. ſ. Petri de contrata Sancte Lucie , & Tiberio Ravegnano de dicta contrata teſtibus ad premiſsa vocatis & rogatis.

Ego Jacobus Venetus Egregii Viri q. Domini Antonii publici Imperiali ac Venetiarum auctoritatibus Notarius, & Reverendiſſimi Domini Patriarche Venetiarum Cancel. quia premiſſis omnibus & ſingulis dum ſic , ut premittitur , agerentur & fierent una cum prenominatis teſtibus rogatus interfui , eaque ſic , ut premittitur, fieri vidi , & audivi , ac in notam ſumpſi , ideo ſcripſi fideliter & publicavi .

Sixtus IV. committit Delegatis Apoſtolicis, ut judicent in controverſia vertente inter Monaſterium Corporis Domini ex una, & Monaſterium Sanctæ Mariæ Annuntiatæ ex altera parte.

1476. 18. Novembris.

Ex Autographo in Archivo S. Luciæ.

Sixtus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Abbati Monaſterii Sancti Georgii & . . . . Plebano Eccleſie Sancti Luce Venetiarum Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Sua nobis dilecte in Chriſto filie Prioriſſa, & Conventus Monaſterii Beate Marie Annuntiate Venetiarum per Prioriſſam ſoliti gubernari Ordinis Sancti Auguſtini petitione monſtrarunt, quod olim pro parte ipſarum inter alia nobis expoſito, quod orta dudum inter ipſas ex una, & Prioriſſam ac Conventum Monaſterii Corporis Chriſti etiam Venetiarum ſimiliter per Prioriſſam ſoliti gubernari, dicti Ordinis, ſive Sindicos, & Procuratores earumdem ſuper Parochiali Eccleſia Plebe nuncupata S. Lucie etiam Venetiarum eidem Monaſterio Beate Marie Apoſtolica auctoritate unita, ipſiusque Eccleſie juribus, & pertinentiis de rebus aliis tunc expreſſis partibus ex altera, materia queſtionis partes ipſe ſuper hiis ad quamdam amicabilem concordiam nunc expreſſam devenerant, quodque Prioriſſa & Conventus Beate Marie hujusmodi parate eſſent concordiam predictam adimplere, nos Plebano Eccleſie Sancti Fantini Venetiarum ejus proprio nomine non expreſſo, & quibusdam aliis ipſius in ea parte Collegis inter cetera noſtris de divinis litteris in mandatis, ut ipſi vel duo aut unus eorum vocatis Prioriſſa & Conventu Monaſterii Corporis Chriſti prefatis, & conſtito eis legitime de aſſertis concordiam predictam, & prout eam concernerent omnia & ſingula in inſtrumentis ſuper illa confectis contenta auctoritate noſtra approbarent, & confirmarent, ſupplerentque defectus, ſi qui forſan interveniſſent in eisdem, & deinde Marcus Plebanus ejusdem Eccleſie Sancti Fantini, ad executionem ipſarum litterarum earum forma ſervata uti procedens concordiam predictam & alia premiſſa cum ſuppletione defectuum hujusmodi per ſuam ſententiam confirmavit; ſed Prioriſſa & Conventus Monaſterii Corporis Chriſti prefate minus veraciter pretendentes ex ſententia ipſa indebite ſe gravatas, ad Sedem Apoſtolicam appellaſſe, ſuper appellatione hujusmodi Apoſtolicas ad Abbatem Monaſterii Sancti Georgii Majoris Venetiarum ejus proprio nomine non expreſſo ſub certa forma litteras impetrarunt, illarumque pretextu Prioriſſam & Conventum Monaſterii Beate Marie prefatas coram Lodovico Abbate dicti Monaſterii Sancti Georgii fecerunt in cauſa appellationis hujusmodi ad judicium, ipſisque ne aliquid in prejudicium litispendentie hujusmodi innovarent aut attemptarent generaliter inhiberi, pro parte vero ipſarum Prioriſſe & Conventus Monaſterii Beate Marie ſentientium ex eo ab eodem Abbate indebite ſe gravari, quod ipſe poſt & contra quasdam exceptiones legitimas declinatorias ſeu contra juriſdictionem ſuam & poſteriores litteras hujusmodi ac quod Prioriſſa, & Conventus dicti Monaſterii corporis Chriſti a ſententia

hu-

hujuſmodi non appellaſſent ſaltem legitime coram eo loco & tempore congruis exhibitas, & quas idem Abbas admiſerat, & alteri parti dilationem ad replicandum contra illas aſſignaverat, pendente delatione hujuſmodi, nulliſque factis per partem alteram replicationibus, nec ſibi de dicta appellatione conſtito ex abrupto, & de facto Prioriſſe & Conventui dicti Monaſterii, que in dicta Eccleſia Sancte Lucie & illius pertinentiis pro ampliando Monaſterio Beate Marie hujuſmodi conſtrui, & hedificari ante dictam inhibitionem tanquam in ſuo ſolo pacifice & quiete fecerit, & tunc faciebant, ac operariis & hedificatoribus, ut ab hujuſmodi conſtructione & hedificatione infra ſpatium ſex horarum ceſſari facerent & ceſſarent, ſub excommunicationis & interdicti penis, quas ipſo facto incurrerent mandavit, & ſucceſſive mandatum hujuſmodi pro parte Prioriſſe & Conventus dicti Monaſterii Beate Marie requiſitus revocare indebite recuſavit, fuit ad Sedem appellatum antedictam. Quocirca diſcretioni veſtre per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis qui fuerint evocandi, & auditis hinc inde propoſitis, quod juſtum fuerit appellatione remota decernatis, facientes quod decreveris per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili appellatione ceſſante compellatis veritati teſtimonium perhibere. Quod ſi non ambo hiis exequendis potueritis intereſſe, alter veſtrum ea nihilominus exequatur.

Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dom. MCCCCLXXVI. XIV. Kal. Decembr. Pontificatus noſtri Anno Sexto.

Sixtus IV. motu proprio concedit Indulgentias viſitantibus Eccleſiam Monaſterii Annunciatæ, & ad ipſius ædificationem eleemoſinas erogantibus.

M 1477. 6. Februarii.

Ex Archivo Monaſterii S. Luciæ de Venetiis.

MOtu proprio &c. Cum ſicut accepimus Monaſterium Monialium Annuntiate Venetiarum Ordinis Sancti Auguſtini, in quo XXV. vel circa devotiſſime Moniales ejuſdem Ordinis ſub laudabili regulari obſervantia altiſſimo diet.... magna cum illius Civitatis fidelis populi devotione ſua vota ſolventes exiſtunt, magno & ſumptuoſo opere a fundamentis ex Chriſtifidelium piis elemoſinis, & oblationibus noviter fabricetur & edificetur, & proptcrea ipſorum Chriſtifidelium ſuffragia ad hujuſmodi Monaſterium in ejus eximiis ſtructuris, & edificiis perficiendum plurimum opportuna fore noſcantur & neceſſaria. Nos igitur cupientes Monaſterium ipſum in ſuis inceptis hedificiis ad debitum finem deducatur, & illius Eccleſia congruis frequentetur honoribus, & ornamentis, paramentis & libris fulciatur, Chriſtique fideles eo libentius devotionis cauſa ad illam confluant, & ad hujuſmodi edificationem manus promptius porrexerint adjutrices, quo ex

hoc

hoc ibidem dono celeſtis gratiæ uberius conſpexerint ſe refertos, auctoritate Apoſtolica tenore preſentium ſtatuimus pariter & decernimus, quod omnes & ſinguli Chriſtifideles utriusque ſexus vere penitentes & confeſſi, qui Eccleſiam Monaſterii predicti in Annunciationis Beate Marie, & Sancte Lucie feſtivitatibus, Videlicet a primis veſperis usque ad ſecundas Veſperas devote viſitaverint annuatim & ad hujusmodi edificationem manus porrexerint adjutrices, ſinguli earumdem feſtivitatum diebus remiſſionem tertie partis omnium peccatorum ſuorum conſequantur preſentibus perpetuis temporibus valituris in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcunque. Fiat ut petitur de indulgentia ſeptem annorum in duobus feſtis.

Et in dictis duobus feſtis
Et quod perpetuo duret } Fiat F.

Datum Rome apud Sanctum Petrum Octavo Idus Februarii Anno Sexto.

Maphæus Gerardo Patriarcha Venetiarum Delegatus Apoſtolicus Monialibus tum Corporis Domini, tum Sanctæ Luciæ mandat, ut pacta concordiæ inter ipſas inita obſervent, atque coram ipſo compareant, ſi ſe gravatas ſentiant.

O 1477. 15. Decembris.

Ex Autographo in Archivo S. Luciæ Venetiarum.

MApheus Girardo miſeratione divina Patriarcha Venetiarum Dalmatieque Primas Commiſſarius, & Executor unicus ad infraſcripta a Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatus Venerabilibus in Chriſto religioſis . . Prioriſſe & Monialibus Monaſterii & Conventus Sancte Marie Annunciate Venetiarum Ordinis Sancti Auguſtini omnibusque aliis, & ſingulis quorum intereſt, vel intereſſe poterit quomodolibet in futurum quibuscumque nominibus cenſeantur, & quacunque prefulgeant dignitate Salutem in Domino & noſtris hujusmodi, ymmo verius Apoſtolicis, firmiter obedire mandatis. Litteras Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Sixti divina providentia Pape IIII. ſanas quidem & integras, non cancellatas, non abraſas, nec in aliqua earum parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio & ſuſpitione carentes, ſub annulo piſcatoris, coram Notario publico & teſtibus infraſcriptis preſentatas, noveritis nos omni ea, qua decet, reverentia accepiſſe ad inſtantiam, & pro parte Venerabilium Dominarum Prioriſſe & Monialium Monaſterii & Conventus Corporis Chriſti Venetiarum per Spectab. & Nobilem Patricium Venetum D. Hieronymum Zane q. Magn. D. Marini Sindicum & Procuratorem, ut aſſerit, dicti Monaſterii Corporis Chriſti quarum qui-

quidem litterarum Apoſtolicarum de verbo ad verbum ſequitur, & eſt talis. A tergo. Venerabili Fratri M. Patriarche Venetiarum ab intus vero in margine ſuperiori. Sixtus Papa IIII. deinde. Venerabilis Frater Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum a dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſis, & Conventibus Monaſteriorum Corporis Chriſti Ordinis Predicatorum, & S. Marie Annuntiate Venetiarum poſt lites, & diſcordias inter eas exortas ad certam concordiam deventum fuiſſet: Nos qui omnium Chriſtifidelium, & preſertim religioſarum perſonarum pacem deſideramus, concordiam inter eas factam auctoritate Apoſtolica confirmamus, prout in aliis noſtris ſuper hoc confectis litteris plenius continetur. Cupientes igitur, ut ex ipſa concordia ſperatus pacis ſubſequatur effectus, fraternitati tue per preſentes committimus ac mandamus, quatenus omnes & ſingulos quorum intereſt ad obſervationem concordie antedicte, & contentorum in inſtrumento deſuper confecto, per cenſuras Eccleſiaſticas noſtra auctoritate cogas atque compellas. In contrarium non obſtantibus quibuſcumque. Datum Rome apud Sanctum Petrum ſub annulo piſcatoris die prima Octobris MCCCCLXXVII. Pontificatus noſtri Anno Septimo. L. Griffus.

Poſt quarum quidem litterarum Apoſtolicarum preſentationem & receptionem nobis & per nos, ut ſupra, factas pro parte & ad inſtantiam dictarum Venerabilium religioſarum Prioriſſe & Conventus Monaſterii Corporis Chriſti in dictis litteris Apoſtolicis principaliter nominatis, ſumma debita cum inſtantia requiſiti, quatenus ad executionem ipſarum litterarum, & in eis contentorum procedere dignaremur juxta traditam ſeu directam per eas a Sede Apoſtolica nobis formam. Nos itaque Mapheus Patriarcha Commiſſarius & executor Apoſtolicus antedictus cupientes mandata Apoſtolica nobis in hac parte injuncta reverenter exequi, ut tenemur, vos religioſas Prioriſſam & Moniales Monaſterii Sancte Marie Annuntiate, omnesque alios & ſingulos, quibus preſentes noſtre littere diriguntur, auctoritate Apoſtolica, qua fungimur in hac parte, tenore preſentium requirimus & monemus, vobiſque nihilominus & veſtrum cuilibet in virtute ſancte obedientie, & ſub aliis cenſuris & penis arbitrio noſtro imponendis precipiendo mandamus, quatenus infra ſpatium ſex dierum a die affixionis preſentium immediate ſequentium, quorum duos pro primo, duos pro ſecundo, reliquos vero duos dies pro tertio, ultimo ac peremptorio termino ac monitione canonica aſſignamus, realiter & cum effectu obſervaſſe debeatis concordiam illam, ad quam poſt lites & diſcordias inter vos ambas partes predictas exortas deventum extitit, nec non ad obſervationem contentorum in inſtrumento deſuper confecto, ut ex ipſa concordia ſperatus pacis ſubſequatur effectus juxta formam & continentiam predictarum litterarum Apoſtolicarum nobis directarum. Alioquin elapſo dicto termino, & nobis, ut dictum eſt, non parente cum effectu ad graviora remedia procedemus, prout de jure nobis videbitur procedendum juxta continentiam litterarum Apoſtolicarum predictarum. Tamen ſi quis ex hoc pretenderit ſe forſan gravari, coram nobis ante lapſum dicti termini comparere ſtudeant, coram nobis cauſas ſui gravaminis allegantes, & juſtitiam a nobis recepturum altiſſimo permittente. In quorum omnium ſingulorum fidem teſtimonium premiſſorum has noſtras patentes fieri & ſubſcribi juſſimus per Notarium publicum Cancellarium noſtrum infraſcriptum noſtrique ſigilli impreſſione muniri, ac in valvis Eccleſie S. Lucie ſive Annuntiate patenter affigi per unum ex nuntiis Curie noſtre, de quarum affixione relationi cuilibet eorum plenam fidem adhibebamus. Datum Venetiis in Patriarc. Palatio die xv. De-

Decembris MCCCCLXXVII. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & D. noſtri D. Sixti divina providentia Pape IIII. Anno ſeptimo. Preſentibus Bernardino Nuntio Curie noſtre, & Jacobo Aſillienſi cubiculario teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis.

Ego Philippus Ariminenſis q. Federici publicus Imperiali auctoritate Notarius, nec non Cancellerius prefati Reverendiſs. D. Patriarche ſupraſcriptis omnibus & ſingulis rogatus interfui, ſed propter alias occupationes, nunc per alium tranſcribi feci, & in fidem me ſubſcripſi, ſignumque meum appoſui conſuetum.

Maphæus Gerardo Patriarcha Venetiarum vocat coram ſe Procuratores Monaſteriorum Corporis Domini, & S. Luciæ, ut juxta tenorem litterarum Sixti IV. agant de concordia ſtatuenda inter ipſa Monaſteria.

P 1478. 6. Februarii.

Ex Autographo in Archivo S. Lucie Venetiarum.

MApheus Girardo miſeratione divina Patriarcha Venetiarum Dalmatieque Primas Judex & Commiſſarius unicus cauſe ac partibus infraſcriptis a Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatus Venerabilibus, & religioſis Dominabus Prioriſſis & Conventibus Corporis Chriſti & Beate Marie Annuntiate Monaſteriorum Venetiarum Ordinis S. Auguſtini Salutem in Domino & noſtris hujusmodi immo verius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis. Litteras in forma brevis ſub annulo piſcatoris Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Dom. noſtri D. Sixti divina providentia Pape IV. ſanas quidem & integras non vitiatas, non cancellatas non abraſas, nec in aliqua earum parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio & ſuſpitione carentes per Spect. ac Nobilem patricium Venetum D. Joannem Juſtinianum ſindicum & procuratorem veſtri Prioriſſe, & Monialium Annuntiate in preſentia Notarii publici ac teſtium fidedignorum preſentatas, noveritis nos omni ea qua decet reverentia accepiſſe hujusmodi ſub tenore. a tergo. Ven. Fr. M. Patriarche Venetiarum, ab intus vero in margine ſuperiori. Sixtus Pp. IIII. deinde Venerabilis Fr. Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Superioribus menſibus per alias noſtras literas fraternitati tue commiſimus, ut concordiam inter dilectas in Chriſto filias Moniales Monaſteriorum Corporis Chriſti & Annuntiate Venetiarum ſuper certis earum differentiis occaſione Eccleſie & corporis St Lucie factam & per nos confirmatam ab omnibus quorum ſutererat per cenſuras Eccleſiaſticas faceres obſervari, quo ſperatus pacis ex ea ſequeretur effectus. Nuper autem intelleximus a te, Moniales Annuntiate predictas, quantum in eis eſt, concordiam predictam in qua inter cetera, quod Corpus Sancte Lucie ad Monaſterium Corporis Chriſti predictum transferratur, contineri dicitur, obſervare, & adimplere paratas diſpoſitas & promptas inveniſſe. Sed Corpus Sancte Lucie predictum abſque magno ſcandalo dicte Civitatis, & maxime multorum Nobilium & Parochianorum prefate Eccleſie aſſerentium Eccleſiam ipſam jam quadringentis, & ultra annis in honorem prefate Virginis dedicatam, ibique corpus ejus predictum honorifice collocatum, & hactenus cum maxima popu-

populi civitatis & Parochianorum predictorum veneratione conſervatum fuiſſe transferri non poſſe, & propterea te, qui hec nota & explorata habes, nobis inconſultis, uti predictis noluiſſe cenſuris. Nos igitur cupientes, quantum cum Deo poſſumus ſcandalis obviare eidem Fraternitati tue, de qua in his & aliis ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, tenore preſentium committimus & mandamus, quatenus ſolita probitate tua, aliquem alium modum concordie & quietis ſtudeas invenire, per quem ſublatis controverſiis, & litigiis paci uniuscujusque partis ipſarum Monialium conſulatur. Si vero, quod abſit, ſatore zizanie operante concordie locus non eſſet aliquo bono modo, prout prudentie, & conſcientie tue, quam ſuper hoc requirimus & oneramus, melius viſum fuerit expedire, differentias ipſas terminare, ac funditus tollere cures, partibus hinc inde predictis ſuper premiſſis perpetuum ſilentium imponendo, faciens quod decreveris per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia juris remedia etiam cum invocatione brachii ſecularis, ſi opus fuerit; omni appellatione remota firmiter obſervari. In contrarium facientibus non obſtantibus quibuscunque. Datum Rome apud Sanctum Petrum ſub annulo piſcatoris die vigeſimo Januarii milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo octavo Pontificatus noſtri anno Septimo. L. Griſus.

Poſt quarum quidem litterarum Apoſtolicarum preſentationem, & receptionem nobis & per nos, ut ſupra factas per dictum Dominum Joannem Sindicum & Procuratorem nominibus, quibus ſupra, fuimus debita cum inſtantia requiſiti, quatenus ad ipſarum litterarum Apoſtolicarum, & contentorum in eis executionem procedere dignaremur. Nos itaque Mapheus Patriarcha Judex & Commiſſarius Apoſtolicus antedictus intellecta requiſitione hujusmodi, licet hec mandata Apoſtolica futura ſint nobis maxime provincie, & non parvi oneris, tamen ad honorem Dei, & ob ſancte Sedis Apoſtolice reverentiam, & pro quiete animarum veſtrarum, laborem nobis injunctum non recuſabimus, & quoniam jura veſtra hinc inde audire ſtatuimus ideo vos ambas partes principales predictas auctoritate apoſtolica, qua fungimur in hac parte, tenore preſentium requirimus, & monemus, quatenus die Jovis proxime futura, que erit duodecima menſis inſtantis, poſt prandium hora XX. quem terminum vobis ambabus partibus ſuprascriptis pro primo, ſecundo, tertio, & peremptorio termino ac monitione canonica aſſignamus, comparuiſſe debeatis coram nobis in Patriarchali palatio per ſindicos & procuratores veſtros legitimos de cauſa, & cauſis hujusmodi ſufficienter inſtructos cum omnibus & ſingulis actis, actitatis, litteris, ſcripturis, inſtrumentis, privilegiis, juribus, & . . . . mentis cauſam, & cauſas hujusmodi, de quibus in dictis litteris Apoſtolicis fit mentio, vel eam aut eas quomodolibet concernentibus, ut aliquem modum concordie & quietis ſummarie & de plano ſine ſtrepitu & figura judicii altiſſimo permittente invenire valeamus, per quem ſublatis controverſiis & litigiis, paci & quieti veſtris conſulatur, & differentias ipſas terminare, & funditus tollere ſtudeamus juxta formam & continentiam predictarum litterarum Apoſtolicarum. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium premiſſorum has noſtras litteras fieri juſſimus per Notarium publicum cancellarium infraſcriptum, noſtrique ſigilli impreſſione muniri, ac unicuique veſtrum partium predictarum unas hujusmodi tenoris litteras preſentari per unum ex nuntiis curie noſtre Patriarchalis, aut affigi in valvis Eccleſiarum predictarum, de quarum affixione vel preſentatione relationi cujuslibet eorum per nos dabitur plena fides.

Datum & actum Venetiis in Patriarchali Palatio preſentibus Franciſco de Morandis Notario & coadjutore Curie

Patriarchalis, & Melchiore de Valentiana cubiculario prefati Reverendiſſimi Domini Patriarche teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis die Veneris VI. Febr. MCCCCLXXVIII. Indictione XI. Pontificatus verò prefati Sanctiſſimi Domini Noſtri Sixti Anno Septimo.

Ja. Venet. Canc. ſs.

Maphæus Girardo Patriarcha Venetiarum Delegatus Apoſtolicus ſtatuit, quod Moniales S. Mariæ Annuntiatæ poſſidere debeant Monaſterium Eccleſiæ, & Corpus Sanctæ Luciæ, dummodo annuatim ſolvant Monaſterio Corporis Chriſti quinquaginta ducatos auri.

Q. 1478. 4. Maii.

Ex Archivo Monaſterii S. Luciæ.

IN Chriſti nomine Amen. Nos Mapheus Girardo miſeratione divina Patriarcha Venetiarum Dalmatieque Primas Commiſſarius, & executor unicus cauſe ac partibus infraſcriptis a Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatus ſuper litibus differentiis & controverſiis occaſione Eccleſie, & corporis S. Lucie cum eorum dependentibus & connexis agitatis, & nuper vertentibus inter Venerabiles religioſas Prioriſſam & Conventum Monaſterii Corporis Chriſti Venetiarum Ordinis S. Auguſtini, ſive Spectabilem ac nobilem patritium Venetum Dominum Hieronymum Zane, & egregium artium & Medicine Doctorem Dominum Jacobum de Ragazonibus prefati Monaſterii & Conventus, Sindicos & Procuratores ex una parte, & Venerabiles religioſas Prioriſſam & Conventus Monaſterii Beate Marie Annunciate etiam de Venetiis ejuſdem ordinis, ſive ſpecialem & nobilem Patricium Venetum D. Joannem Juſtinianum prefati Monaſterii & Conventus Sindicum & Procuratorem ex alia parte. Viſis prius & ante omnia litteris Apoſtolicis in forma brevis ſub anulo piſcatoris Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Sixti divina providentia Pape IIII. nobis directis non quidem abraſis non vitiatis, non cancellatis nec in aliqua earum parte ſuſpectis, ſed omni prorſus vitio & ſuſpicione carentibus quarum quidem litterarum Apoſtolicarum tenor de verbo ad verbum ſequitur & eſt talis. A tergo. Ven. Fr. M. Patriarche Venetiarum. ab intus vero in margine ſuperiori. Sixtus Papa IIII. Ven. Fr. Salutem & Apoſtolicam benedictionem &c. Viſis ſucceſſive mandatis dictorum Sindicorum & Procuratorum ambarum partium in publica & autentica forma reductis cum generali ac ſpeciali facultate, & poteſtate ad infraſcripta & alia peragenda, ut in illis litteris continetur. Viſo deinde inſtrumento concordie alias inter dictas partes ſecute, de qua concordia in prefatis litteris Apoſtolicis fit mentio ſpecialis, auditiſque & diligenter intellectis hiis omnibus, que dicte ambe partes ſive earum Sindici, & Procuratores, nec non & advocati hinc inde dicere & allegare voluerunt oretenus pro jurium partium ambarum favore, Cupientes mandata Apoſtolica nobis in hac parte in-

juncta reverenter exequi, ut tenemur, & altiſſimo permittente aliquem alium modum concordie invenire ſtudentes, per quem ſublatis controverſiis & litigiis, paci uniuscujusque partis ipſarum religioſarum monialium conſulatur. Chriſti & ejus glorioſe matris nominibus pro ſuffragio humiliter imploratis auctoritate noſtra, qua fungimur in hac parte, in his ſcriptis dicimus & pronunciamus, componimus, declaramus, quod prefate Venerabiles religioſe Prioriſſa & Moniales preſentes, & que pro tempore in perpetuum fuerint dicti Monaſterii & Conventus S. Marie Annuntiate Venetiarum habeant, teneant, & poſſideant Eccleſiam S. Lucie Venetiarum cum corpore ejusdem Sancte in çapella ejusdem Eccleſie honorifice collocato, & cum orto & terreno ejusdem Eccleſie contiguis ſive propinquis & omnibus habentiis & pertinentiis ſuis tam per terram, quam per aquam, nec non & de omnibus impreſtitis ac omnibus & ſingulis aliis bonis immobilibus, fructibus, redditibus, & introitibus ad dictam Eccleſiam & corpus S. Lucie quomodolibet ſpectantibus & pertinentibus, tam Venetiis, quam alibi ubicumque exiſtentibus ac aliis bonis mobilibusque nobis conſtiterint fuiſſe & eſſe dicte Eccleſie S. Lucie antequam ipſa Eccleſia fuiſſet unita dicto Monaſterio Corporis Chriſti. Et de omnibus premiſſis, & quolibet premiſſorum prefate Vener. Prioriſſa & Moniales Monaſterii Annuntiate facere & diſponere poſſint ad omnem earum commodum & utilitatem, veluti de re propria ad honorem Dei, & pro augmento divini cultus & pro recompenſatione omnium & ſingulorum bonorum predictorum prefate Ven. Prioriſſa & Moniales Monaſterii S. Marie Annunciate preſentes & que pro tempore fuerint dare, ſolvere & reſpondere teneantur & debeant in perpetuum dictis Venerab. Prioriſſe & Monialibus Monaſterii & Conventus Corporis Chriſti Venetiarum preſentibus, & que pro tempore fuerint ducatos quinquaginta auri Venetos ſingulis annis in perpetuum in duabus pagis, & terminis annuatim Videlicet medietatem de ſex menſibus in ſex menſes incepturos ab hac preſenti compoſitione & ſic ſucceſſive de anno in annum in perpetuum ſolvere, & reſpondere teneantur dictam ſummam & quantitatem dictorum ducatorum quinquaginta pro recompenſa predicta de propriis pecuniis ſive aliis bonis & introitibus dicti Monaſterii Annuntiate, & quod prefate Prioriſſa & Moniales Beate Marie Annunciate teneantur hinc ad octo dies proxime futuros cum effectu perſtitiſſe ydoneam fidei juſſionem nobis de ſolvendo annuatim dictam recompenſam ducatorum quinquaginta prefatorum Monaſterio Corporis Chriſti donec & quousque prefate Prioriſſa & Moniales B. Marie Annunciate providerint & aſſignaverint dicto Monaſterio Corporis Chriſti tot impreſtita ſive cenſus livellationes aut poſſeſſiones vel alia bona ſtabilia tam Venetiis, quam extra ubi ipſis Dominabus Monialibus Corporis Chriſti placuerit, ex quorum bonorum fructibus, redditibus, & proventibus prefate Ven. Prioriſſa & Moniales Corporis Chriſti habere, & percipere poſſint annuatim in perpetuum dictos ducatos quinquaginta, quo caſu eveniente ſupradictum Monaſterium B. Marie Annunciate ſit & eſſe debeat liberum & exemptum a ſolutione annua dictorum ducatorum quinquaginta pro recompenſatione predicta. Declaramus itaque hunc eſſe modum concordie per nos invente pro quiete & pace ambarum partium predictarum, cui concordie perſuademus ipſis partibus, ut parere & obedire velint in omnibus, alioquin ſi quod abſit ſatore zizanie operante id fieri nequeat eadem auctoritate Apoſtolica procedere intendimus ad interiora juxta continentiam predictarum litterarum Apoſtolicarum nobis directarum ſervata juris forma. Condemnantes ambas partes predictas expenſis pro hac cauſa coram nobis ſecutis pro advocatis, Cancellariis, & nuntiis ad ſolutionem ipſarum expenſarum pro medietate. Declarantes ex

nunc pecunias in dicta Eccleſia S. Lucie pro helimoſina perceptas, & in manibus noſtris exiſtentes deſtribuendas eſſe a nobis pro parte ſolutionis dictarum expenſarum, quarum taxationem nobis impoſterum reſervamus. Et predicta dicimus & pronunciamus auctoritate Apoſtolica antedicta pro pace, quiete & perpetua concordia dictarum ambarum partium juxta formam, & continentiam predictarum litterarum Apoſtolicarum nobis directarum.

Lata, data, & pronunciata fuit ſupraſcripta pronuntia compoſitionis & concordie per prefatum Rev. D. Patriarcham Venetiarum commiſſarium & executorem Apoſtolicum ut ſupra, ſedentem pro tribunali in audientia Patriarchalis Palatii ſui Venetiarum. Preſentibus Venerabilibus Viris Dominis Laurentio a Turre S. Lucie, & Bartholomeo S. Martialis Eccleſiarum Venetiarum Plebanis, & Egregio Doctore D. Amadeo Nigro Veneto teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis die lune quarto Maii milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo octavo Indictione XI. Pontificatus vero Sanctiſs. in Chriſto Patris & D. noſtri D. Sixti divina providentia Pape IIII. Anno VII.

Ego Ludovicus q. Bartholomei de Canali Venetus publicus Imperiali auctoritate Notarius & prefati Rev. D. Patriarche Venetiarum, ejuſque Curie Scriba & Notarius, quia ſupraſcripta pronuntia compoſitionis & concordie, ut ſupra, auctoritate Apoſtolica late per prefatum Rev. D. Patriarcham executorem antedictum ex autentico originali ſuo fideliter extraxi, & in hanc publicam formam redegi, publicavi, & me ſubſcripſi in fidem, & teſtimonium premiſſorum.

FINIS.

I N D E X

PARTIS POSTERIORIS

UNDECIMÆ DECADIS.

De Eccleſia Parochiali S. Blaſii Epiſcopi & Martyris. pag. 3
De Monaſterio S. Franciſci a Vinea. 10
De Xenodochio B. M. V. de Pietate. 68
De Monaſterio Sancti Georgii Majoris. 81
De Monaſterio S. Mariæ Gratiarum. 290
De Hoſpitali Domus Dei. 320
De Monaſterio S. Luciæ Virginis & Martyris. 333

CA-

CATALOGO DE' SIG.RI ASSOCIATI,

Per ordine d' Alfabeto.

VENEZIA.

Il Sereniſſimo Pietro Grimani Doge.
Monſ. Ill. e Reverendiſs. Alviſe Foſcari Patriarca.
N. H. Miſ. Almorò Barbaro Proc.
N. H. ſ. Alviſe Giuſtinian Lollin.
N. H. ſ. Alviſe Co: Manin.
N. H. ſ. Alviſe Sangiantoffetti fu de ſ. Benedetto.
N. H. miſ. Alviſe Mocenigo K. Proc.
N. H. ſ. Ambroſo Priuli.
N. H. ſ. Gian Andrea Gritti, fu de ſ. Triadan.
N. H. ſ. Andrea Corner fu de ſ. Marco.
N. H. ſ. Andrea Memo de ſ. Piero.
N. H. ſ. Andrea da Lezze terzo K.
N. H. ſ. Antonio Co: Savorgnano.
N. H. ſ. Z. Antonio Riva fu de ſ. Alviſe.
N. H. ſ. Antonio Mocenigo K.
N. H. ſ. Antonio Vanaxel.
Ill. Sig. Alviſe Caortorta.
Il Molto Rev. P. D. Agoſtino Orzalli C. R. T.
Ill. Sig. Andrea Poletti.
Ill. Sig. Angelo Sabini.
Reverendiſs. Sig. D. Angelo Armetti Pievano di S. Silveſtro.
Reverendiſs. Sig. D. Angelo Ruopelli Pievano di Santi Apoſtoli.
Ill. Sig. Apoſtolo Zeno.
P. D. Anſelmo Coſtadoni M. Camald.
Ill. Sig. Dottor Arcadio Capello Med. Fiſ.
Reverendiſs. Sig. D. Antonio Buſi Canonico Patriarcale, e Pievano di S. Giuliano.
M. R. D. Antonio Speziale Curato in San Canziano.
Sig. Antonio Zanon.
N. H. ſ. Alviſe Bragadin.
Il Rev. Sig. D. Antonio Mioni.
NN. HH. ſ. Andrea e Marco Corneri.
Il Reverendiſs. Sig. D. Antonio Poli, Pievano di S. Margherita, e Canonico Ducale.
N. H. miſ. Barbon Moroſini K. Proc.
Sig. Eredi Baglioni. *per quattro*.
N. H. ſ. Bernardo Nani fu de ſ. Antonio
N. H. ſ. Bernardino Polani.
Reverendiſs. Sig. D. Bartolomeo Treviſan, Canonico della Cattedrale, Arciprete della Congregazione di San Salvatore, e Pievano di SS. Ermagora, e Fortunato.
Reverendiſs. Sig. D. Bartolomeo Carminati Pievano di San Polo, Vicario di San Marco.
Il M. R. P. Bernardo Maria de Rubeis.
Il Reverendiſs. Sig. D. Bartolameo Novelli Arciprete della Congr. di S. Silveſtro, Suddiacono Titolato in S. Angelo.
Il Reverendiſs. Sig. D. Bernardino Dottor da Re Pievano in S. Fantino.
Il Reverendiſs. Sig. D. Bartolameo Lanfranchi Pievano di S. Euſtachio, e Canonico Ducale.
N. H. ſ. Camillo Co. Scroffa.
N. H. ſ. Carlo Gradenigo.
Il Sig. Dottor Carlo Viſconti.
Reverendiſs. Sig. D. Clemente Petrobelli Pievano di S. Lio.
N. H. ſ. Domenico Gritti fu de ſ. Marc' Antonio.
Reverendiſs. Sig. D. Domenico Mazzoni Lettore dell' Inſtituta nell' Accademia de' Nobili.
Reverendiſs. D. Domenico Moselli Canonico di Caſtello.
Reverendiſs. Sig. D. Domenico Adamol Pievano di S. Martino.
N. H. ſ. Franceſco Piſani fu del Sereniſſimo.
N. H. ſ. Franceſco Abate Baglioni.
N. H. ſ. Franceſco Rota fu de ſ. Gregorio.
Reverendiſs. Abate D. Franceſco Rota de' Monaci Caſſinenſi.
Ill. Sig. Co: Franceſco Fanſogna.
Ill. Sig. Franceſco Contarini.
Il Sig. D. Giambatiſta Granzotti.

Il

Il Pad. D. Franceſco Vezelli Provinciale de' C. R. S.
Sig. Franceſco Rigoni.
Reverendiſs. Sig. D. Franceſco Dottor Bottion Pievano di S. Angelo.
Reverendiſs. Sig. D. Gaſparo Fanton Pievano di S. Felice.
N. H. ſ. Gerolamo Aſcanio Giuſtinian fu de miſ. Gerolamo Pr.
N. H. ſ. Gio: Antonio Crotta.
N. D. Giulia Rota Monaca in S. Andrea.
Ill. Sig. Gabriel Rombenchi Conſole di Spagna e delle due Sicilie.
Ill. Sig. Abate Giacomo da Riva.
Sig. Dottor D. Giacomo Bagattini.
Reverendiſs. Sig. D. Giacomo Marchetti Canonico di S. Marco, e Pievano di S. Maria Mater Domini.
Reverendiſs. Sig. D. Giambattiſta Toſelli Pievano di S. Samuele.
Reverendiſs. Sig. D. Giambattiſta Orſini Pievano di S. Giminiano.
Reverendiſs. Sig. D. Giambattiſta Brunello Pievano di S. Tomà.
M. R. P. Don Giambatiſta Borini Provinciale della Congregazione del B. Pietro da Piſa.
M. R. Sig. D. Giambatiſta Cadorin.
Sig. Dottor D. Giambattiſta Baroni.
Sig. Giambattiſta Recurti.
M. R. P. M. Giammaria Trocchi.
P. D. Gianagoſtino Gradenigo Monaco Caſſinenſe.
Reverendiſs. Sig. D. Giandomenico Tamagnon Pievano di S. Canciano.
Reverendiſs. P. D. Gianfranceſco Baldini Generale de' C. R. S.
Ill. Sig. Co: Gianrinaldo Carli Rubbi.
Ill. Sig. Giacomo Gorri.
Ill. Sig. Dottor Giovanni Paini.
Reverendiſs. Sig. D. Gio: Antonio Corſi Pievano di S. Baſſo.
Reverendiſs. D. Giovanni Ipſi Abate Generale de' Camaldoleſi.
Ill. Sig. Giuſeppe Comincioli.
M. R. Sig. Dottor D. Giuſeppe Bettoni.
Sig. Dottor D. Giuſeppe Piacentini di S. Maria Zobenigo.
Reverendiſs. Sig. D. Giuſeppe Petrogalli Canonico di S. Marco, e Pievano di S. Maurizio.
M. R. Sig. D. Giuſeppe Rimondi.
Padre Maeſtro Giuſeppe Maria Bergantini Provinciale de' Servi di Maria.
Il M. R. P. D. Giuſeppe Barra Prepoſito de' PP. della Congregazione dell' Oratorio.
P. Giuſeppe Zauli della Compagnia di Gesù.
P. Girolamo Lombardi della Compagnia di Gesù, per due.
Ill. Sig. Grazioſo Bertocco.
Reverendiſs. Sig. D. Gregorio Bianchi Canonico della Cattedrale, Arciprete della Congregazione di S. Angelo, e Pievano di S. Pantalon.
Sig. Giovanni Manfrè.
Sig. Giuſeppe Remondini.
Reverendiſs. Sig. D. Giovanni Centoni Pievano di S. Vitale, Canon. Ducale.
Reverendiſs. Signor Dottor di Theologia, Canonico Theologo della Baſilica Metropolitana Patriarchale di Venetia, Gaetano Depoutez.
Reverendiſs. Sig. D. Gianjacopo Pachi Pievano di S. Luca, ed Arciprete della Congregazione di S. Maria Mater Domini.
Reverendiſs. Signor Don Giambatiſta Spreafighi, Pievano di S. Geremia.
Reverendiſs. Signor D. Girolamo Moretti primo Prete di SS. Apoſtoli, ed Arciprete di S. M. Formoſa.
Illuſtriſs. Sig. Giuſeppe Smith Conſole di S. M. Britannica.
Reverendiſsimo Signor D. Giambatiſta Ghedini Pievano dell'Angelo Rafaele.
N. H. ſ. Ignazio Co: Barziza.
Reverendiſs. Padre Abate Don Iſidoro Manzoni de' Canonici Regolari di S. Salvatore.
S. E. il Sig. Leopoldo Conte Taſſis.
La Libreria della Caſa Profeſſa della Compagnia di Gesù di Venezia.
La Libreria de' PP. della Certoſa di Venezia.
La Libreria de' PP. Reformati di Venezia.
La Libreria di S.S. Gio: e Paolo di Venezia.
La Libreria de' PP. di S. Secondo.
La Libreria de' Monaci Benedittini di S. Georgio Maggiore.
La Libreria de' Padri di Liſpida Dioceſi di

ſi di Padova, della Congregazione del B. Pietro da Piſa.
Ill. Sig. Lorenzo Pezzana.
Reverendiſs. Sig. D. Leonardo Ferroti Pievano in S. Biagio, e Can. Patriarc.
N. H. miſ. Marco Foſcarini K. e Proc.
N. H. ſ. Marco Co: Flangini.
N. H. ſ. Marco Molin.
N. H. ſ. Marin Contarini.
Ill. Sig. Marc'Antonio Buſinello Segretario dell'Eccel. Senato.
Ill. Sig. Manfredo Piantoni.
Sig. Medoro Segatti.
Le RR. Monache della Croce della Giudecca.
Monſignor Marco Mainardi Vicario di Monſig. Patriarca.
Il M. R. P. D. Nicolò Giuſtiniani Priore Caſſinenſe.
Reverendiſs. P. Paulo Pacciaudi C. R. T. Cav. Geroſolimitano, e Storico della ſacra Religione di Malta.
N. H. ſ. Pier Gerolamo Capello.
N. H. ſ. Pietro Querini ſu de ſ. Marchiò.
N. H. ſ. Pietro Garzoni.
Reverendiſs. Sig. D. Pace Carnio Vicario perpetuo di S. Bortolamio, Canonico Patriarcale, ed Arciprete della Congregazione di S. Polo.
Ill. Sig. Pietro Franceſchi.
Li Reverendiſs. Preſidenti al Collegio delle Nove Congregazioni.
Li RR. PP. Domenicani di Caſtello.
N. H. ſ. Sebaſtian Piſani.
Ill. Sig. Santorio Santorio Segretario dell'Eccel. Senato.
Il M. R. Sig. D. Sebaſtiano Sandri.
Reverendiſs. Sig. D. Simon Giuſeppe Graſſetti, Arciprete della Congregazione di S. Luca, e Pievano di San Moisè.
Reverendiſs. P. Stupini C. R. S. Rettore del Pio luogo de' Mendicanti.
Sig. Tommaſo Temanza Architetto ed Ingegnere della Sereniſs. Repubblica di Venezia.
N. H. ſ. Vicenzo Gradenigo ſecondo ſu di miſ. Vicenzo Proc.
Sig. Vicenzo Tolazzi.
N. H. ſ. Zuanne Soranzo ſu de miſ. Franceſco Proc.
N. H. ſ. Zuanne Magno.
N. H. ſ. Zuanne Falier ſu di ſ. Franc.

ADRIA.

Illuſtriſs. e Reverendiſs. Monſignor Veſcovo Pellegrin Co. Ferro.

ANVERSA.

Li RR. PP. Bollandiſti.

BAVIERA.

Il Sig. Giampaolo Gaſpari.

BERGAMO.

Reverendiſs. Padre Abate Mazoleni de' Caſſinenſi, Priore di S. Giacomo di Pontida.

BOLOGNA.

Ill. Sig. Franceſco Argelati, per due.
Il M. R. P. Giambatiſta Giovanelli de' Preti dell' Oratorio.
Il Sig. Pompilio Lorenzo Co: Mitti.
S. Eccellenza il Sig. Franceſco Co. Zambeccari.

BRESCIA.

Reverendiſs. P. D. Giambatiſta Zucchi Abate di S. Fauſtino.

CHIERIGNAGO.

Reverendiſs. Sig. D. Vittorio Allegri Dottore, e Paroco di Chierignago.

CHIOGGIA.

Ill. e Reverendiſs. Monſ. Gianalberto Grandi Veſcovo.

CIVIDAL DEL FRIULI.

La Libreria de' RR. PP. Domenicani Oſſervanti.

FI-

FIRENZE.

Ill. Sig. Prepoſto Gianfranceſco Gori.
Il Sig. Giuſeppe Rigaci.
Il Sig. Giuſeppe Bouchard.

GEMONA.

L'Ill. Sig. Arciprete Giuſeppe Bini.

LIONE.

Sign. Fratelli de Tournes, per 4.

LIPSIA.

Sig. Giovanni Gledtiſch, per ſei.

LONDRA.

Ill. Sig. Houbly.

LUCCA.

Reverendiſs. P. Giandomenico Manſi.

MILANO.

Ill. Sig. Segretario Filippo Argelati, per ſei.

MURANO.

Reverendiſs. Sig. D. Girolamo Calura Pievano in S. Donato di Murano.
La Libreria de' PP. Camaldoleſi di S. Mattia di Murano.

NORIMBERGA.

Ill. Sig. Giovanni Baldaſſare Starch.

PADOVA.

Sua Eminenza il Sig. Cardinale Carlo Rezzonico Veſcovo.
La Libreria de' Monaci Caſſinenſi di S. Giuſtina.

PARENZO.

Il Convento de' RR. PP. Domenicani Oſſervanti.

PISA.

Il M. R. P. Raimondo Adami P. P. e nell' Univerſità di Piſa, e Provincial de' Servi di Maria.

PRAGLIA.

La Libreria de' Monaci Caſſinenſi.

RAVENNA.

La Libreria di Claſſe.

ROMA.

Il Sig. Gregorio Roiſecco, per due.

ROVIGO.

Ill. Sig. Lodovico Campo Canonico.

SIENA.

Reverendiſſimo P. M. Giampietro Maria Fancelli Generale dell'Ordine de' Servi di Maria.

TREVISO.

Ill. e Reverendiſs. Monſ. Paulo Franceſco Giuſtiniani Veſcovo.
Ill. Sig. Canonico Bocchi.
Ill. Sig. Canonico degli Azzoni Avogaro.

UDINE.

Sua Eminenza il Sig. Cardinal Dolfin, Patriarca di Aquileja.
Il M. R. Sig. D. Giandomenico Guerra.

VERONA.

Reverendiſs. Sig. Canonico Arciprete Gianfranceſco Muſelli.
Ill. Sig. Co: Ottolino Ottolini. per due

VICENZA.

Monſig. Illuſt. e Reverendiſs. Antonio Priuli Veſcovo.

3 2044 058 188 657

This book should be returned to the Library on or before the last date stamped below.

A fine is incurred by retaining it beyond the specified time.

Please return promptly.

356791

HALL USE

Cancelled

STALL-STUDY
CHARGE